




Reliqui
mscton
diplom

RELIQVIAE MANVSCRIPTORVM OMNIS AEVI DIPLOMATVM AC MONVMENTORVM, INEDITORVM ADHVC.

TOMO XI.


I. *Ioan.* GERMANI, episcopi Cabilonensis VITA PHILIPPI III, *Burgundiae* ducis, *an.* CIↃ CCCC LII.

II. Chronicon BOHEMIAE *ad an.* CIↃ CCC.

III. DIPLOMATARIVM MISCELLVM, rerum sacrarum & ciuilium, largitione IMPERATORVM; PAPARVM; EPISCOPORVM; PRINCIPVM S. R. I. *ab an.* IↃ CCCC. *ad annum* CIↃ IↃ.

Cum luminibus *medii aeui* & recensione, in quouis, *singularium* iuris *publici; feudalis; ecclesiastici; ciuilis.*

IO. PETRI DE LVDEWIG, ICTI,
FRIDERICIANAE CANCELLARII.



HALAE SALICAE,
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI,
CIↃ IↃ CC XXXVII.

PRAEFATIO
AD
TOMI XI.
RELIQVIAS
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
ET LIBRORVM VARII GENERIS,
CVM RECENSIONE SINGVLARIVM,
IN QVOVIS, ARGVMENTORVM.

DVODENARIVM numerum, sano mathematicorum iudicio, perfectissimum esse atque *iureconsultis*, in ultima uoluntate disponenda, communique diuidundo, commendatissimum: illud quidem eruditorum nemini esse potest ignotum. Sequitur ergo nostrarum RELIQVIARVM TOMVS XI. aliis, quod indice careat, infinitior, ideo: ut ad extremum, qui DVODECIMVS ordine, spes sit propior firmiorque, in *paschalibus futuris* Lipsiensium nundinarum. Tomus XI. *praecursor* XII.

§. II. Valedixi aeuo ac orbi uere, in DECIMO uolumine, ante triennium. Idque siue *nausea* seculi, parum grati musarum sacerdotio siue *senectae* causa, despicientis humana. Viuo tamen uigeoque etiamnunc idque ago serio; ut, ope operaque mea, litterariae reipublicae liceat prodesse. REVALESCENTIA praeter spem.

Rationes systematis de feudis S. R. I.

§. III. Quamuis igitur animus meus nunc potissimum defixus sit, in IVRIS FEVDALIS systemate concinnando; ut illud patriam meam, tam in IMPERIALIBVS; quam in PROVINCIALIBVS Germaniae FEVDIS, recte doceat; ostensis vbique illorum, a LONGOBARDICA rhapsodia, differentiis; quarum neglectu, nihil adhuc in hoc argumento extat, quod constet sibi inuicem cohaereatque: horis tamen subseciuis dedi operam quoque adparatui nostrarum RELIQVIARVM; ut nouum earum uolumen, ordine VNDECIMVM, in lucem nunc queat emitti.

BENEDICTINORVM *cultus nostrarum reliquiarum in Gallia.*

§. IV. Excitarunt, nos ad id faciendum, nouo quodam stimulo, BENEDICTINI sacri collegae in Gallia. Nam uti, industria eorum, prorsus singulari, FRESNEVM MEDIAE LATINITATIS GLOSSARIVM nouam accepit faciem, altera uere parte & luculentiorem & cumulatiorem: ita quiuis lector deprehendet; RELIQVIARVM NOSTRARVM monumenta in illis tantum non alteram facere paginam. Vnde facillimum fuerat, ad intelligendum; uolumina haec nostra extraneis etiam esse ad palatum.

Quid in ITALIA *cardinales?*

§. V. Nec minor, per ITALIAM, *nostrarum reliquiarum* fama. Communicauit nobiscum litteratissimus MENKIVS, quondam Lipsiae lumen, epistolam CARDINALIS, A*** in qua curas nostras, ceu *opus in-*

in-

insigne, uti scripserat, non solum extulit laudibus; sed etiam cupide requisiuit secutura *uolumina*; ut nouissima quaeque, quantocius, per celeres, sibi transmitterentur. Accedit, quod BELLA DIPLOMATICA nostra, recensione digna habuerint SOCII PALATINI MEDIOLANENSES. Quorum labor, in opusculum *latine* scriptum, aptius *latine* prodiisset; quam *Italice* (*). In qua eis lingua respondere, dubito ideo; ne impingam in barbari idiomatis ueneres. Faciam tamen illorum *obiectionibus* re ipsa (†) satis, in VOLVMINE XII.

SOCII PALATINI *Mediolanenses?*

(*) Liber prodiit hoc titulo: *In dissertationem* ITALIAE MEDII AEVI CENSVRAE *III. Viterbiensis, Veneta & Brixiana, cum* RESPONSIS *III. pro* ANONYMO *Mediolanensi.* BELLI DIPLOMATICI HISTORIA tertio *praemissa*, *paruula* MANTISSA *emendationum ac additionum, ad calcem subiecta*; PALATINIS SOCIIS *cuncta accurantibus*, Mediolani 1729. in 4t. *ex aedibus societatis* PALATINAE; *superiorum permissu.*

(†) Quod eo facilius fieri poterit; quo illae sunt brachii leuioris. *Principio* enim autor ea concoquere nequit, quae sacris collegiis *monachorum* sunt aduersa; *deinde* etiam ipsorum *monachorum* tueri uult autoritatem eosque liberare ab erroribus, illis oppositis; tum miratur, inter diplomatica haec bella locum non inuenisse HENSCHENII melemata de *tribus Dagobertis*; *denique* perhibet, quandoque doceri *contraria*; ad *extremum* nostra, bona fide, exscribit transfertque in suam uernaculam. Repono, ad *primum* quidem, pace mea, coli monachorum coenobia; sed illud stomachum mouere, iuxta superficiaria iura, adfectare illos iura *potentatus*, id est, regalia: *deinde* ad *alterum*; laudem meritaque *Mabillonii* negari nequicquam; sed neque unum omnia uidisse; neque exuisse eundem humanitatem, erroribus obnoxiam: *porro* cum nostrum fuerit institutum, subsistere intra limites Germaniae, non licuit uagari extra oleas ad Francicos Dagobertos: *praeterea* cum nihil noui sit, redimere litem, etiam temere obmotam, non ideo credendum, fuisse, partem transigentem in reatu: ad *extremum* gratulor

subsequente: quod instantes iam nundi- nae Lipsienses urgeant bibliopolam, ad librum, e prelo liberandum. Cum etiam PALATINI SOCII causam faciant communem, istius, ad *bella diplomatica, mantissae*; mallem uerum eius autorem rescire, siue PERETTVM siue alium; ut constet, cum quo, in hac arena, sit certandum. Quae tamen concertatio eo leuior fuerit faciliorque; quod palatinus socius notet paucissima; pleraque autem exscribat bona fide (*). Interim sciant hi SOCII PALATINI, Germanis cum alia eorundem uolumina; tum opuscula doctissimi MVRATORII gratissima fuisse: illorum tamen OBSERVATIONES PALATINAS multoties illis necquicquam esse ad palatum. Causas prodidimus in *singularibus iuris publici*. Vnde clare patent cum *principum* ITALIAE uestrorum *adolescentia*; tum nexus erga *Germanicum imperium*; clientelaris & seruituti proximus (**). Vt frustra sint transalpini; quod se GER-

Eorum censura.

mihi; quod liber nunc loquatur quoque *Italice*. Et *il Ludouigo*, quod Itali dicunt, transuolauerit alpes.

(*) Quod cum ita sit, ita autem esse, lector deprehendet, qui contulerit inuicem utrumque libellum; omnino *mendacissimus* est *abbas Gotwicensis*; quod socius ille *palatinus*, in *bello diplomatico*, aciem instruat rectius adaugeatque eam nouis cohortibus. Vtrumque falsum est; quod nostro uitulo ille arauerit omnino nilque absit a litterario plagio.

(**) *Cap. V.* ubi opus fuerat, *Italiae principibus* in memoriam reuocare: quod uictum, cultum, atque potentatum suum debeant *Germaniae imperatorum* indulgentiae ac liberalitati, profusae admodum.

MA-

MANIAE DVCIBVS AC PRINCIPIBVS uel aequare uelint uel cum illis conferre ideo; quod utrisque eadem nomina ſint. Cum diuerſiſſimus tamen utriusque ſignificatus. In GERMANIA PRINCIPE *dominii*, patrimonii, potentatus, LIBERTATIS nomina regnant: in ITALIAE autem *ducibus*, *marchionibus*, *rectoribus*, *comitibus* aliisque titulis, famulatus, adminiſtratiuus uere. Quae autem hodiernis regnatoribus ibi iura competunt; illa debentur largitioni & indulgentiae Germaniae imperatorum nouiſſimae. Contra patriae libertas noſtræ reipublicæ coaeua eſt; nullo unquam tempore, ſuppreſſa per uim externam. Vt adeo FORMVLAM: aliquandiu turbatam turpatamque a FRANCIS, claro poſtliminii iure, receperint ſub GERMANICIS IMPERATORIBVS noſtris, colantque eandem, inde ab octo ſeculorum interuallis, etiamnunc.

GOTTVICENSIS ABBATIS iniuriæ *in principem Germaniam*.

§. VI. Hoc *diademate* cum ABBAS GOTTWICENSIS GERMANIAM PRINCIPEM orbare ac deſtituere uel tamen conſpergere uoluerit maculis, impetieritque inprimis noſtram doctrinam uerbis acerbiſſimis; e re patriae libertatis omnino eſſe, credidimus; huic PRAESVLI reſpondere; illius opprobria & offucias repellere atque errationis cauſas indicare ſigillatim (†). Specimine requiſito, ex hiſto-

(†) Hebdomadatim, in gratiam *orphanotrophei Potsdamenſis*, cui lucrum cedit, eduntur HALLENSES DIVRNI; id eſt, *obſer-*

ria archiducatus AVSTRIAE, ideo: ut constet, hunc abbatem & largitorum sui collegii immemorem parumque gratum fuisse & in PRINCIPEM GERMANIAM iniurium penitus. Vellem, responderet ille argumentis nostris; quae non, ex inani cerebro, efficta; sed corroborata sunt plenae fidei *diplomatibus* & *monumentis*. Pudeat PRAELATVM, *beneficiarium* AVSTRIAE *clientem*; *coenobii* sui origines uel nescire uel, quod est opinabilius, dissimulare. Quae illum admonere debuerant; uictum & cultum coenobitis suis non CAESARES parasse uel parare etiamnunc; sed AVSTRIACORVM PRINCIPVM indulgentiam & pietatem. Verum infrunita quorundam *clericorum* audacia tanta est; ut nutritiorum suorum memoriam expungant; ne illis gratiam referre, obligentur; sed sacra patrimonia, quae habent, coelo delapsa esse, uideantur.

Offensa multiplex in nostris *opusculis.*

§. VII. Illud igitur uerum est mihique ipsi non ignotum: quod, in libellis meis, irritauerim crabrones duplicis generis. Vnum *ciuile*; alterum uero *sacrum*.

uationes multiplicium, imo omnis generis, argumentorum. Anno igitur CIϽ IϽ CC XXXIV. in illis actum est: *de uetustate, principis Germaniae*, id est, *de uera & genuina origine superioritatis territorialis Germaniae principum* aduersus erronea & perniciosa iuris publici dogmata, *abbatis Gottwicensis*, in *chronico Gottwicensi*; 1732. edito in lucem. Quod *opusculum* postea recusum est atque insutum *der rechtlichen erläuterung der reichshistorie* a p. 671. ad p. 760. libelli finem. Qui *Halae Salicae* prostat 1735. in 8t.

ſacrum. In *primo* blaterant, me plus iuſto dediſſe *principibus Germaniae;* in altero, me nimis iniquum fuiſſe in *ſocios Ieſu,* ut audire uolunt, *Ieſuitas.* Imo forte in ipſum *pontificem Romanum;* cuius iram prouocaui ac merui paſſim in ſcribendo. Praecipue in *iure, reges adpellandi;* in *naeniis Clementis XI.* aduerſus *regalem Poruſſiae* regis dignitatem; in *praecipui iure principis euangelici, prae Romano catholico;* in utraque *Sicilia, uindicata Graecae eccleſiae;* in *ſacro Petri patrimonio, Germanico imperio clientelari* etiamnunc; in *iure ſacrorum Germaniae principum ante paces religionis;* in *annatarum iure,* ad rationes, a *pontificiali fiſco,* reddendas illius pecuniae, uertendae, nunc & olim, in bella aduerſus Turcas & pluribus forte aliis. Quae *opuſcula* partim *miſcellis* (*) meis adiuncta partim exhibenda in SENILIBVS, *nouo uolumine* promulgandis. Verum vti egomet non ad ſenſus, ne quidem meorum, in fide chriſtiana, ſodalium, ſcribo, multo minus; ut placeam illis, quibus audio haereticus; uerum, in docendo, ſiue ore ſiue litteris, curae cordique unice habeo iuſtitiam & ueritatem: ſic ab hoc

in *pontificem* multifariam.

Praeſertim in *Siciliae monarchia.*

(*) Licet enim illa academica ſint prodierintque in *Fridericiana* noſtra ſigillatim: malui tamen iunctim illa quoque extare, ſub titulo: OPVSCVLA MISCELLA *iuris publici; feudalis; ciuilis Romani & patrii; canonici & eccleſiaſtici; hiſtoriae; philoſophiae & philologiae, tomis I. & II. Halae Magdeburgicae* 1720. *f.*

me tramite non dimouebunt ſparſa in me aliorum mala uerba; quae uel negligo uel, ſi forte, caſu magis, quam ſtudio, lego, concoquo &, recti conſcientia, me ſolor facile. Praeſertim aduerſus homines craſſioris mineruae; booeticas ſues; ſordidos *pasquillatores* & qui alii ſunt furfuris eiusdem. In qua claſſe *Antwerpienſis Ieſuita* aut potius uiliſſimus ſcurra nuper caput extulit, in gratiam ſodalium ſuorum, quorum cauſam tueri, uoluit non arguendo; ſed criminando & uilipendendo. Prouoco nomen criminatoris; ut ſtigmate eum notem, quod meruit perditum caput. Ceterum cum BENEDICTINOS; tum IESVITAS maximi facere & ego didici; ubi illud uel ratio exigit uel exempla requirunt doctiſſimo[illegible] uirorum. Neque diffiteor etiam hoc; [illegible] iſtorum quandoque operae etiam uincant noſtrates, in amplitudine & rerum adparatu. Quoniam eis non ſolum plus otii eſt; ſed etiam plures adiutores, ad unum opus perficiendum; quam noſtratibus; qui publicis plerumque muneribus funguntur diſtrahunturque cura rerum, unde ſibi ſuisque; uxoribus, liberis ac familiae panis, ad latrantem ſtomachum ſatiandum. Neque adiutorii aut ſodialium, gratis habendorum, ob cauſam eandem, ulla ſpes. Venia igitur digni ſumus; ſi, in opuſculis, relinquimus ſpicilegia illis, qui oleo & ſale abundant.

Patronus *Ieſuitarum* criminator.

Operae *collegiorum* aliis cur praeſtent.

§. VIII.

§. VIII. Lapis alter, ad quem offendere solent nostra, est argumenti ciuilis. Veterani enim praecipue iureconsulti, Latii glaucomatibus occupati, atque PRINCIPIS GERMANIAE nostrae ignari uere, eam allatrare solent, instar canum, dum parum cognita intuentur. *Principibus plus iusto dari*, blaterant, ad captandum eorundem fauorem. Verum vti multum semper animi, pro fide & ueritate, habui: sic DEVM testor! me nihil unquam docuisse, respondisse aut sensisse, cuius non fuerim, conscientia recti, conuictus. Cata sunt &, uetustiori aeuo, probata, quae in medium protuli ac erui ex uetustiori aeuo. Nulla eis macula adhaeret nouitatis. Stat, moribus antiquis, respublica nostra stabitque deinceps. Dummodo peregrina Latii instituta eam non porro agant in transuersum, errore iuris interpretum. Qui insolentiae incusant omne id, quod Romanis non est conforme. Malunt eius generis autores principes nostros, in REGALIBVS suis, in quibus per sanctiones imperii iam tuti sunt, *interceptores* praedae augustalis credere; quam nosse possessores originales, ex medii aeui statu. Tantum, in hoc maledicentiae genere, profecit olim M**** Wurtenbergensis tum professor, aduersus nos calumniator perpetuus & uelut mercenarius; idque in gra-

GERMANIAE *principi* infesta cohors.

Wurtenbergicus gerro & terro.

ex L. *diffamari* conuentus.

gratiam perditi quondam collegae; a quo promiſerat ſibi, neſcio quid, ſi non deſiſteret in conuiciis. Peſſime enim meum ille animum, uni DEO, principi ac regi uni addictum, ex ſuo aeſtimauit ingenio; quod uagum ſemper & uarium fuerat, pro uentorum flatu, cui uelificauerat ſemper; uertumno inconſtantior erroque perpetuus fere huc illuc. Quod an ſanae mentis & uiri boni indicium ſit, aliis iudicandum relinquo. Vtinam uir demum intelligat, ſapere, ſtabili ſede perſiſtere atque diſcere; munus, ſibi demandatum, exornare, non deformare, deſerendo & obtrectando bene merentibus. Quod ſi enim uel nunc pietati, ſed conſtanti & ſincerae, dicauit animum, quondam admodum fallacem; non dubito, fore, ut, quid in me peccauerit, ipſe ſit in pectore ſenſurus. Licet enim illud cum aliis pluribus uarii generis ſcommatibus concoxerim: me *placere uelle aulis*, licet a placendi ſtudio, cum iuſtitiae iactura, abhorruerim ſemper: illa tamen iniuria eſt grauiſſima; qua mea impetiit incuſauitque: me diplomata, ex cerebro, finxiſſe & ſuppoſuiſſe, pro ueris, in principum gratiam. Hoc enim idem eſt; quam *falſi crimine* me poſtulare. Ex lege itaque *diffamari*, in libera republica, quae muſarum eſt, hunc calumniatorem conuenio: ut aut probet

Reuocatus ad *frugem*.

ob-

obiectum crimen aut resipiscat poeniteatque eum maledicentiae olim suae aut stigmate pungatur in litterario orbe, indelebili nec eluendo, quam diu pretia manent genuinis rerum monumentis. Nemo mihi uitio uertet; quod stomachum moueam & de acerbissima iniuria sic expostulem. Iura talionis sunt, quae sentire ac pati debet mendacissimus sycophanta. uel *stigma*.

§. IX. Sed, a diuerticulo, in uiam, ad rerum huius XI. uoluminis singularium, recensionem. Principio illud exhibet *Ioannis* GERMANI, *episcopi Cabilonii atque primi* AVREI VELLERIS *cancellarii*

Ioan. GERMANI uita PHILIPPI *boni*, Burgundiae ducis an. 1453.

VITAM PHILIPPI III. VVLGO BONI BVRGVNDIAE ET BRABANTIAE PLVRIVMQVE BELGII PROVINCIARVM DVCIS AC PRINCIPIS POTENTISSIMI AVREI VELLERIS MVNIFICENTISSIMI CONDITORIS, *scriptam an.* CIↃ CCCC LII.

Cur libello codices desint *mscti*?

Cum rerum, ab hoc *principe* gestarum, tot scriptores supersint; nomen etiam huius autoris, inter *Cabilonios* praesules, sit celeberrimum: omnino miror, libelli huius nullibi fere mentionem factam neque in MSCTIS aliud facile exemplum reperiri; quam hoc meum, quod nunc in publicam lucem emitto, typis exscriptum. Si coniecturis vti licet; crediderim, libellum a filio suppressum fuisse, in cuius gratiam fuerat scriptus. Loqui-

Discordiae *patris & filii.*

quitur hiſtoria; PHILIPPVM *bonum*, patrem CAROLI *audacis*, filii ſui, animum proteruum ac ferocem aegerrime tuliſſe, increpaſſe uerbis atque, praeſagio inde quodam, hariolaſſe domus ſuae, filio olim regnatore, interitum & ruinam. Hoc igitur conſilio ſacer antiſtes, qui in patris intimo amore fuerat, illius prudentiam & uirtutes in litteras retulit propoſuitque filio in exemplum, quod, olim ſucceſſor, imitaretur; ſi quidem fortunarum Burgundicarum heres eſſe uellet, quibus, eo tempore, nihil aequari aut anteferri potuerat in Europa uniuerſa. Audiit PHILIPPVS ſuis populis *bonus*; extraneis quibusque *prudens* ac *ſapiens*; ipſis hoſtibus aequus ac *iuſtus*; omnibus uniuerſim *fauſtus*, *proſper* beatusque. Neque enim, in orbe chriſtiano, tum princeps creditus *felicior meliorque* PHILIPPO BVRGVNDO. Verum uti, patrem laudare, hoc idem uideretur, quam obiurgare filium: ſic admodum credibile eſt, more *Alexandri M.* CAROLVM audacem rerum, a patre geſtarum memoriae tantum non moeruiſſe; ut illam oblitterari mallet, quam ſibi, inſtar ſpeculi, ad imitandum, proponi.

Collatio *utriusque inuicem.*

Accedit; quod ipſe in alia omnia ſibi crediderit eundum. PHILIPPVS ſibi ac ſuae genti amicos conciliauit; CAROLVS quaeſiuit hoſtes: ille ut amaretur; hic

ut

ut metueretur essetque omnibus formidabilis: ille bella duxit, ut uiueret in pace; hic ex bellis seruit bella: ille foederibus sibi consuluit; hic unus credidit, se pluribus sufficere: audiit, populi sermone, ille bonus; hic ferox & audax: ille domui suae incrementa attulit, nouarum prouinciarum accessione; auxit opes; imo, uti fides est plurium, ipsam imperii Germanici maiestatem, sibi oblatam, modeste recusauit; hic abusus est bonis prouinciisque atauitis, ausu fastuque turgidus, dignitatem regalem Caesari ac orbi extorquere maluit, quam mereri & expectare amisitque cum sperato diademate uitam, regni candidatus. In qua morum dissimilitudine, libello hoc suo paraenetico, nihil profecit EPISCOPVS. Vt opinabile sit; eum, praesensione, hinc metuendae immorigeri filii offensae, partum hunc, bona spe conceptum dicatumque eidem nunquam obtulisse; sed celasse sibique retinuisse uel oblatum, a principe iuuentutis despicatui habitum suppressumque esse, atque sic illud exemplar librarios, qui describerent, nullos porro inuenisse. *Libellus qui suppressus.*

§. X. Ceterum autor opusculi huius paraenetici est episcopus Cabilonienfis, *Ioan.* GERMANVS, cuius uitam descripsere plures autores. Aliis plenior est *anonymus* libri insolentioris frontispicii: *l'illu-* Ioannis GERMANI *biographi.*

Compilatoris anonymi. *ſtre* ORBANDALE. Quod nomen, ſiue uerum ſiue fictum, uetuſtiori aeuo, fuiſſe dicitur urbi, quae nunc eſſe debet CABILLONIVM (1). Clarius *collectionem* diceres *uariorum* ſcriptorum de *ciuitate, epiſcopatu rebusque Cabillonienſibus aliis* (2). Occupauit deinde hoc argumentum *Lud.* IACOBI de *claris Cabilonenſibus* (3) atque *Petrus de* SANCTIVLIEN *dans ſon diſcours, des antiquitez de la uille & cité de* CHALON *ſur Saône* (4).

Iacobi.

Sancti Iuliani.

(1) Doctus ceteroquin autor, *Pierre St.* IVLIEN *dans ſon diſcours des antiquitez de* CHALON *ſur Saône p.* 392. figmenti cauſas reddit, uerbis, quae ſequuntur: *on peut cognoiſtre, que* CHALON *eſt celle memorable* ORBANDALE, *iadis tant chantée par noz anciens Romans & uieils hiſtoriens François. Les* TROIS CERCLES *de* BRIQVE DOREE, *desquels tout* CHALON *eſtoit* BANDE *& ceingt, ſe monſtrent encores és lieux où les uieilles & premieres murailles, que le uulgaire dit d'*OVVRAGE SARRAZIN, *ont quelque choſe d'entier: ſpecialement deuers la porte des carmes & deuers celle portion adiouſtee au uieil* CHALON. *A noſtre opinion conſent auſſi, que pour cauſe & en memoire des* TROIS CERCLES, *qui ceingnoyent* CHALON, *lors qu'elle eſtoit nommee* ORBANDALE, *la dite uille de* CHALON *a encores en ſes* ARMOIRIES TROIS CERCLES D'OR. Verum, quicquid eius rei uel fabulae ſit; illud tamen, nulla ratione, adprobandum; egregia haec rerum *Cabilonienſium* uolumina, hoc ORBANDALIAE commento inani, inſtar nubis tecta & obſcurata fuiſſe. Niſi in eius generis titulis adprobaueris aenigmata.

(2) Inſcriptio libri integra eſt: *l'* ILLVSTRE ORBANDALE *ou l'hiſtoire ancienne & moderne de la uille & cité de Chalon, ſur Saône, à Lyon* 1662. 4t. Deſcriptio autem uitae noſtri epiſcopi habetur in operum *tom. II. p.* 495. *ſqq.* Quicquid de *Orbandaliae*, id eſt, *aureis circulis colligatis* moenibusque inſcriptis ſit; in limine tamen, uerbi huius inſolentia, offendere, non debuiſſet utriusque uoluminis collector.

(3) *Libro I. de Claris Cabilonenſibus*, ſuae patriae.

(4) Scripſit autor ediditque plura ſigillatim. Poſt iunctim eius opuſcula collecta editaque ſub titulo: *de l'origine des Bourgougnons & l'antiquité des etats de Bourgongne, plus des antiquitez d'Autun; de Chalon, de Maſcon; de l'Abbaye & uille de Tournus à Pa-*

Vt

Vt illos praeteream; qui *Ioannis* GERMANI mentionem fecerunt obiter. In qua classe fratres SANMARTHANI, in *Gallia christiana* (5); *Claudius* ROBERTVS in libro argumenti eiusdem (6): tum AVREI VELLERIS scriptores, *Iul.* CHIFLETIVS (7) atque *Ioan. Baptista* CHRISTINAEVS (8) aliique forte, praesertim in Burgundicis.

Sanmarthanorum.

Roberti.

Chifletii.

Christinaei.

§. XI. Summa historiae est haec. Natus fuit IOANNES GERMANVS noster *Cluniaci*, patre *Iacobo*, pauperculo. Eductus, ad bonos mores & litteras, inter ducissae Burgundiae alumnos. Cuius etiam beneficentiae debuit, quod in *academia Parisina* principio *artibus*, deinde *theologiae* operam potuerit nauare & eo proficere: vt alterius *magister*, alterius *doctor* ediceretur publica autoritate. Inde re-

BIOGRAPHIA *Germani* contracta.

Natiuitas.

Educatio, Studia academica.

---

ris 1581. f. Vitam autem *Ioannis* GERMANI descriptam habes *p.* 478. *sqq.*

(5) *Tom. II. p.* 451. ad an. 1436. ubi *bulla* EVGENII, *papae* ad *Ioan. Germanum* legitur, an. 1437. scripta: unde constat, quod hic antistes, in *curia Romana*, fuerit nominatissimus ob facundiam, probitatem & Burgundiae ducis amorem, in quo fuerat praecipuo loco.

(6) In *Gallia christiana p.* 281. qui *Sanmarthanis* quidem est breuior: sed in temporum rationibus adcuratior pleniorque. In margine addit: COQVILLE, *sur la Coustume de Neuers, dit; qu'en la chambre des comptes se uoit la* MANVMISSION *du dit* GERMAIN, *par le seigneur de* PERRIERE, *aggrée par le* COMTE *de Neuers.*

(7) Quod & ipse adspiraret ad *aurei uelleris cancellariatum* 1648. In infima margine nostri CODICIS MSCTI leguntur haec uerba, propria manu, scripta: *Hic* LIBER *mihi, Iulio* CHIFLETIO, *Balernae abbati, nuper eiusdem ordinis* VELLERIS AVREI CANCELLARIO, *dono datus fuit Salinis in comitatu Burgundiae* 1666. Tout selon Dieu.

(8) *Tom. II. iurisprudentiae heroicae p.* 160. Vbi omnium aurei uelleris cancellariorum uitae describuntur.

Principis consortium.

quisiuit eum dux Burgundiae, PHILIPPVS *bonus* adsciuitque in curiam Palatinam; vt, eius consortio, proficeret; mox, doctrina, facundia & prudentia eius cognitis, illius etiam consiliis vteretur, in rerum grauissimis argumentis.

Promotio ad *episcopatus.*

In *illis* res gestae.

Curauit inde, vt primum NIVERNENSIS; postea CABILONENSIS episcopus fieret. Dubium, num ab his episcopatibus ipse plus acceperit; an uero utrique contulerit plus, in opibus, dignitate priuilegiisque obtinendis a pontifice Romano; cum in nouis ecclesiis cogendis; extruendis & adornandis templis; reditibusque adaugendis.

Monumenta eius.

Quorum omnium monumenta ac reliquiae in istis locis hodieque supersunt. Illud omnibus annalibus istius aeui est testatissimum: quod

Legatio ad concilium *Constantiense.*

Excitata lis BVRGVNDIAE D. de *praecedentia* ante *electores* S. R. I.

Friuola *decisio concilii.*

BVRGVNDIAE DVCIS, in CONSTANTIENSI CONCILIO, *orator* missus, splendidae huic legationi, cum magna autoritate, praefuerit. Cum enim principum Germaniae electorum legati, de priori loco, in itu ac reditu, contenderint cum ipso, suffragiis sacrorum ibi collegarum, uicisse dicitur. Quod CONCILII SENTENTIA esset haec: PRAEFERRETVR BVRGVNDIAE DVX ELECTORIBVS IMPERII: CONTRA IN ELECTORALIBVS CONVENTIBVS CEDERET ILLIS LOCO. Quod fuerat lepidum satis: quoniam in illis, ne REGIBVS quidem fas est, electores a latere imperatoris auel-

auellere. Sacro igitur hoc CONCILIATORVM EDICTO electorum legati maximopere offensi fuerant; ut, RECLAMATIONE facta, coetum desererent. Est enim problema hoc contentiosum etiamnunc. Licet illud dubitatione careat: omnes principes, qui in *Germanici imperii clientela* sunt, frustra illud ambire; ut illis praeferantur, qui PRIMAS habuerunt, inde a principio GERMANICI IMPERII, cuius archiprincipes electores *columnae* & *sustentacula*. Quorum robore iudicioque stat caditque augustissimi corporis & systematis anima & compages. Quod cum ita sit, uictoria haec non meretur lauros; quas tamen spargere ei solent biographi: quasi lis iam conclamata sitque triumphata Germania archiprinceps. Felicioris consilii fuerat illud; quo noster principis sui *institutum, ordinis* ac *sodalitii palatini*, inuoluit decoris *aenigmatibus*. Cum enim alii REGES, in hac curiali elegantia, adhiberent nomina DEI, CHRISTI, S. SPIRITVS; aut DIVI alicuius DIVAE*que*, instar *symboli*, sponsae fidei ac societatis, non sine opprobrio numinum: ipse *tesserae* autor fuerat, quae & religiosos sensus haberet, cum christianae, tum paganae theologiae. Nam & IASONIS & GIDEONIS uellera commemorant historiae. Vt adeo utrique haberent; quod meditarentur atque expenderent sensibus, in

Electoralium *reclamatio.*

Iniuria illis ab *imperii uasallo.*

De *institutione sodalitii* AVREI VELLERIS.

Aenigmata 1) IASONIS 2) GIDEONIS,

3) LANIFICII Belgii. hoc *uelleris* consortio. Accesserat vtrisque noua ac tertia meditatio: quod, redituum & lucrorum Belgii, non infima pars esset in lanificio & pannis praeparandis mollioris & praestantioris sortis. Quum, eo tempore, *pannificia* quaeque in *Anglia* exularent. Lana tamen inde in Belgium exportata & reportatis hinc, in Angliam, pannis. Quicquid sit non potuerat tamen huius *ordinis* conditor

(4) MVLIEBRIS pubis, euitare satyras & calumniam. Quasi *toison* hoc idem esset, quam mulierum lana, circumsepiens muliebria pudenda. Quod scomma est ineptissimum, ideo: quoniam *tesserae* autor fuerat *episcopus*, uir grauis & alienissimus a spurcitie ac

Quod ultimum *confutatur* argumentis. sordibus. Deinde si haec origo tam foeda & lutulenta fuisset; credibile non est, pontificialem autoritatem huic ordini accessisse & episcopum ei præfuisse cancellarium. Maiori autem affirmandum [illegible] *Ioannem* GERMANVM hanc palatinam [illegible]cietatem destinauisse ad bella in *Tur*[illegible] & *Saracenos*, in quos acuerat calamum sigillatim. Quod ex recensione librorum, ab illo scriptorum, potest intelligi.

Opera *Io.* GERMANI episcopi. §. XII. Est enim eorundem *matricula* haec, quam hic damus, ordine, qui sequitur:

I. MAPPA SPIRITVALIS, *cum libro supra eam elucubrato, dicata principi & nutritio suo Philippo bono.* Quae extat in *codice*

codice membranaceo hodieque in *Cabilonensis* ecclesiae bibliotheca (9).

II. COMMENTARII *in magistrum sententiarum* in quatuor libris, *Petrum* LOMBARDVM.

Recensio operum I. GERMANI.

III. *Contra* ALCORANVM TVRCARVM *aduersus Muhamedanos* libri V. qui in regis Galliae bibliotheca adseruantur. Quo etiam pertinent eius argumenti alia.

IV. PSEVDOLEGES Saracenorum.

V. *De* REGIMINE *ecclesiasticorum & laicorum suae dioeceseos*, uulgo ITER COELI nuncupatum opusculum.

VI. *De* CONCEPTIONE *diuae uirginis, Mariae* libri duo.

VII. THESAVRVS PAVPERVM, *ad instructionem Parochorum.*

VIII. SPECVLVM MORALE *Vincentii.*

IX. QVODLIBETA THOMAE & GOFFRIDI.

X. *Purgatio animae.*

XI. *Aduersus haeresin* AVGVSTINI *de Roma*, scriptum *in concilio Basileensi.*

XII. Vita PHILIPPI BONI, *Burgundiae ducis*, ad filium *Carolum*, cognomento *audacem.*

quem, in hoc *reliquiarum XI. uolumine*, demum typis exscriptum, damus in lucem. Cuius libri nemo mentionem facit;

(9) In qua probare uult fidei christianae dogmata, ab apostolis propagata fuisse per orbem, tunc quidem cognitum, uniuersum.

quam *Petrus* SANCTIVLIANVS, in ſupra laudatis *Cabilonenſibus*.

Codicis MANVSCRIPTI fata ac facies,

XIIII. Reſtat autem dicendum illud: CODICIS noſtri quae *fata* & *facies*? Nam eſt ille *chartaceus* ideo; quod, ſeculo *decimo quinto*, iamiam cognitus fuerit in Germania noſtra, *papyri* ex *linteo contuſo*, vſus.

qui *a) chartaceus?* *b)* eius *orthographia*,

Deinde admodum deprauate eſt ſcriptus. Quas *orthographiae* corruptelas num ſeculi; an librarii uitio tribuere debeam, fere ignoro. Nos, more noſtro, in aliorum uetuſtioribus *praeſertim monumentis*, emendamus nihil; quod ipſi quandoque errores praebeant ad ueritatem, lumen.

c) ſermo lutulentus

Deinde, licet auctoris tantopere laudetur facundia, illud tamen accipiendum eſt, pro more ſeculi, cui barbariſmi inſtar leporis & ſuauiloquentiae fuerant, omni uerborum elegantiae perpetuo indicto bello.

d) deformitas elementorum

Praeterea *litterarum elementa deformia* omnino ſunt a librariis tantopere diſtorta; ut lectori difficile ſit, eadem internoſſe ac inuicem diſtinxiſſe. Iterum hic ſeculi barbaries incuſanda: quae in ipſa hac deformitate poſuit *calligraphiam*.

e) abbreuiaturae.

Et licet, lege *Iuſtiniani*, prohibitum fuerit; in ſcribendo vti *ſiglis* ſeu *abbreuiaturis*: ſcatet tamen illis noſter codex. Vix enim in vna linea, duo uerba inuenies plene exarata: cum pleraque curtata ſint & interpolata *notis*. In quo ſcribendi modo ſibi non minus

minus placuit barbara aetas. Quasi praestaret, in libris sensus & uerba diuinare, quam legere, plene exscripta. Desunt tamen in *litteris initialibus rubricae* & *picturae*, isti aeuo admodum solennes alias. Vnde *Andreas du* CHESNE dubitare uult; codicem esse *autographum*. Verum potuit autor haec ornamenta uel omittere ideo; quod CAROLO audaci displicerent eius generis *offuciae* uel etiam eo differre, usque dum certior fieret, principi libellum non fore ingratum. Quod tamen ita euenisse, diuinauimus supra. Vt autor causas habuerit maiores, premendi libellum; quam uulgandi & offerendi uel ipsi principi uel uiris palatinis.

f) qui desiderentur *picturae.*

§. XIV. Quae forte culpa est; quod, praeter nostrum, uix exemplum eius libelli aliud uideatur superesse. Cuius, diuerso tempore, *possessores* diuersos indicabimus. Anno CIↃ IↃC XXXVI. illud uidit legitque *Andreas du* CHESNE (10).

CODICIS huius *possessores.*

1) *Chesnei* uenditor.

(10) Epistola haec *Andreae du* CHESNE, in meo *Codice* fuerat descripta, ex autographo. *Parisiis* dato die XXII. *Februarii* anno CIↃ IↃC XXXV. uerbis, quae sequuntur: I'ay veu *ici* un ouvrage ecri *latin* intitulé de *Vita & moribus Philippi ducis Burgundiae ad Carolum eius filium, auctore Ioanne* GERMANI *Episcopo Cabilonensi.* C'est un *petit* in 4to d'environ 60. feuillets sur papier, du quel un certain *libraire* m'a permis l'inspection entre ses mains, mais sans que jamais j'en aye pû avoir autre communication. Il dit, qu'on luy a baillé a fin qu'il soit mis entre mon *Recueil d'Historiens,* mais que celuy, au quel il appartient en demande pour *cent escus de livres.* Cette proposition m'a semblé si ridicule & des-

Quo fine ad amicum ille litteras ſcripſit; quas damus uerbatim in vltima margine. Vbi ridet poſſeſſorem, qui aeſtimauerit libellum tanto pretio aeris. Deinde dono accepit eum anno CIↃ IↃC LXVI. *Iulius* CHIFLETIVS; cuius narrationem recitauimus ſupra (11). Tum repertus ille fuit in muſeo *ſecretarii ſtatus* Galliae, magni FOVQVETII; quod teſtatur Mr. *le* LONG (12), in bibliotheca Galliae hiſtoricorum. Porro accepit eum *Nicolaus Ioſephus* FOVCAVLT *comes Conſiſtorianus* Galliae regis (13). E cuius libraria ſupellectili eum, noſtro aere, redemimus in Belgio, publica haſtae fide, qua fuerat expoſitus ad emendum, uoce praeconis (14).

2) *Chifletius.*

3) *Fouquet.*

4) *Foucault.*

raiſonnable, que depuis je n'ay pû avoir le *courage* de *revoir* ni *parler* au dit libraire. Je ne ſcay ſi en vos *quartiers* il ne s'en *trouveroit* point quelque *exemplaire*. Car je ne puis me perſuader; que celuy là ſoit *l'original*, eſtant aſſez *mal eſcrit* à couuert ſeulement d'une *meſchante peau* de cuir ſans *ornement* quelconque.

(11) In *nota* 7 ſuperius.

(12) Teſtis locupletiſſimus *Iacobus le* LONG *dans bibliotheque hiſtorique de la France lib. III. artic. 3. num.* 10246. *p.* 540.

(13) Poſſeſſor hic ſuſpendit, in codicis frontiſpicio, ſuam *gentilitiam teſſeram*, quae *leonem* habet cum binis *leonibus*, inſtar *telamonum* additaque epigraphe: *ex bibliotheca Nicolai Ioſeph* [illegible] *comitis conſiſtoriani.*

(14) Ex ingenti hoc [illegible] ſupellectilis FVCOLTIANAE [illegible] ſauro, alios etiam *codice*[illegible] *branaceos*, pretio, non ita [illegible] noſtris muſis compara[illegible] Quibus Gallia nunc caret, [illegible] detque noſtrum muſeum. [illegible] illis principe loco habeo [illegible] ſequuntur:

I. EPISTOLAS S. GREG[illegible] *codice membranaceo* uetuſt[illegible] ſeculi XI. Qui fuerat olim [illegible] batiae *Moiſſiacenſis*, uti ſcrip[illegible] in prima margine, in f.

II. *Bernardi* GVIDONIS [illegible] chronicorum, in *codice mem*[illegible] *naceo* ſeculi XIV. qui olim [illegible] *abbatiae* b. Mariae de *Montisbur*-

Hoc

Hoc cum ita ſit, fruſtra requiret eum in cimeliis ſuis GALLIA LITTERATA. Quamuis reddamus eum nunc, typis exſcriptum, cum plurimis gratiis.

§. XV. Ceterum adſeruamus, CODICEM ipſum, licet editum, in gratiam poſteritatis, nihilominus etiam nunc. Nam, multiplicium munerum functione obruto, non uacat otium; ut, quae amanuenſes deſcripſerunt, cum autographis uerbatim liceat conferre & menda quaeque cauere. Vt adeo omnino e re ſit; ne uel ſic pereat autographum; ad quod, quoties opus fuerit, queat recurri. Et cum priuata *muſea*, quale meum eſt,

go ordinum S. Benedicti Conſtantienſis dioeceſeos in 4t.

III. LEGVM WESTGOTHICARVM *codicem membranaceum* ſeculi XI. qui pariter inſcriptum habet nomen abbatiae *Moiſſiacenſis* in 4t.

IV. LEGVM NORMANNICARVM *codicem membranaceum* ſeculi XII. editum in *tomo VII.* reliquiarum.

V. VITAE S. DESIDERII *codicem membranaceum* ſeculi XII. In cuius fine ſcriptum aliena manu: *iſte liber eſt eccleſiae S. Deſiderii, Cadurcenſis epiſcopi* f.

VI. MARTINI POLONI *codicem membranaceum* ſeculi XII. quem, regi ſic uolenti, obtuli an. CIϽ IϽ CC XXX Wuſterhuſiae. Cuſtoditur ille in regia *Berolinenſi bibliotheca* etiam nunc. in 4t.

VI. MARTINI POLONI *codicem* alterum *membranaceum* aeui aliquantum recentioris in 4t.

VII. *Petri de* VINEIS dictaminum flores in *codice membranaceo* ſeculi XIV. 4t.

VIII. GVILIELMVM PERALTVM, de *petra alta* uulgo, *de regimine & eruditione principum*, qui archiepiſcopus obiit an. 1275. in *codice membranaceo*, ſeculi XIV. 4t.

IX. ARTVSII *Britanniae R. res geſtae ab* 516 *ad* an. 542. in *codice membranaceo*, ſecul. XIV. Gallice in 4t.

X. *Anonymi* CHRONOLOGIA & GENEALOGIA CAROLI M. & poſterorum an. 1248. Gallice, in *codice membranaceo* ſeculi XIV. Taceo alia plura uolumina, reportata ex auctione *Fucoltiana* generis ac pretii eiuſdem.

pluri-

pluribus expoſita ſint caſibus: ita diffi-
cilis non eſſem; praeſtantioris notae co-
dices e mea ſupellectili dimittere; ſi qui-
dem illis locus eſſet futurus in latercul
publico, tuto ab incendiis omnique ali
caſu. *Ioannem* GERMANVM meum iam
olim deſtinaueram BIBLIOTHECAE CAESA-
REAE, quae, auguſtiſſimi imperatori
indulgentia ſingulari, inſtructa eſt Vien-
nae nouoque iam nunc palatio honeſta-
ta, in plenam ſecuritatem. Inſignem
litterarii orbis polyhiſtorem atque ar-
chiatrum, CARELLVM, ei praefectum eſſe
ſcio. Illi igitur ſi ita uideatur, litteris
ab eo expectandis ideo, curabo, vt fiat
quod uoui & libellum transmittam pro-
tinus. Eſt enim domus Auſtriaca, Bur-
gundicarum fortunarum, heres facta, in
prouinciis ac opibus ex aſſe. Igitur ratio
exigit; ut nihil Burgundici reperiatur
in orbe, quod non poſſideant Auſtriacae
camoenae. Taceo ſcriptorem noſtrum
AVREI VELLERIS primum CANCELLARIVM
eiusque inſtituti ac ſchematis autorem
actoremque fuiſſe. Licet eius fere argu-
menti, ille in codice noſtro, parum narret.
Forte ideo; quod princeps hereditarius
huius *ordinis ſchemata* tantum non ſpre-
uerit. Maior *caſtrenſis* militiae; quam
palatinae amator. Vt adeo mallet hanc
hiſtoriam leui brachio tractare, quam,
deſcribendo eandem prolixe, ad hunc

lapi-

MSCORVM pericula in *priuatis* muſeis.

AVREI VELLERIS mentio.

lapidem offendere. Habet aliqua, eaque maxime, quae excitare debuerant uelleris socios ad instauranda bella sacra. Ast quanti fiat ordo AVGVSTISSIMO IMPERATORI, solemnia docent festorum dierum, singulis trimestribus, in eius gratiam feriandorum. Qui etiam notari solent in FASTIS VIENNENSIBVS PALATINIS, annuatim. De aliis maximi momenti ineditis libellis, diplomatibus, ac monumentis, disponam in posterum; ea quidem lege ac fine; ut promulgentur, nisi uniuersa, illa tamen, quae carceres uidentur diu iam momordisse.

XVI. Sequitur, altero loco ac libro, CHRONICON BOHEMIAE A PRINCIPIO AD ANNVM CIϽ CCCL. AVTORE ANONYMO.

Recensio CHRONICI BOHEMIAE ad an. 1350.

Attulit eum PRAGA, in hanc urbem, artium studiosus; a quo illum redemi meo aere. Diu haesi; num facerem in hoc TOMO XI. ei locum? Quoniam tanta BOHEMIAE SCRIPTORVM est copia; ut eo facile carere queant homines litterati. Verum, cum perlegerem autorem, causas reperi plures, quare illius participes facerem uiros eruditos. Nam principio scriptor, SLAVICAE linguae peritus, plurimorum inde nominum causas aperuit ostenditque origines, ignoratas aut falso creditas adhuc. Deinde, quo magis sermo eius est quidem lutulentus ac barbarus;

Cuius autor prodit a) *Slauicae* linguae plura.

b) *Venedus*, magis, quam Latinus.

eo magis probat ille uetuſtatem & quod Venedis ſcriptoribus magis vſus ſit, quam Latinis. Tum ille quo ſimplicior eſt, eo etiam uerior & magis ſincerus. Nullo partium ſtudio uel fraude corruptus actusque in transuerſum. Qua labe Bohemici fere ſcriptores omnes contaminati; qui ſcripſere poſt tempora Huſſitarum. Nam alii id agunt, ut papae & clericis placeant probentque ſua: alii, ut Huſſitarum cauſam tueantur. Vtrique plus igitur ſenſibus dant; quam incorruptae ueritati. Vt taceam recentiores poſt cladem Pragenſem. Quorum alii Auſtriacis fauent; alii NOBILIVM BOHEMIAE ORDINVM cauſam libertatemque tuentur, quam laeſerint conculcauerintque FERDINANDI II. adminiſtri. Porro pretium autori etiam illa faciunt; quod oſtenderit BOHEMIAE regni, regum ac principum cum Germanico imperio nexum ac clientelam. Imo etiam iura Germanicae ciuitatis ſuffragatoria adſerit eidem in ſolemnibus quibusque S. R. I. comitiis. Praeterea non temere hoc facit fingitque ex cerebro: ſed munit pleraque *diplomatibus* & plenae fidei *codicillis*. Tandem, adpendicis loco, etiam SILESIAE ducum ac principum fata & uiciſſitudines aperit, quibus, deſerta Polonia, acceſſerint ad Bohemiae regnum. Vt eo magis adiuncti; quam innexi uideantur,

c) ſimplicem *ueritatem* ſine fuco.

d) *Sileſiae* cum *Germanico imperio* nexum.

e) iura comitialia in S. R. I.

f) *diplomata* plura.

g) *Sileſiae a Polonia* ſeceſſum.

h) eius *iura* ſingularia.

tur in vnius corporis coagulo. Illud non minus clare intelligitur eo; quod SILESIAE PRINCIPES, non ſolius *Bohemiae regis* clientelam ſubierint; ſed etiam *Germanici imperii*. Vt ultimi quoque *ſubuaſalli* facti ſint; eadem formula, qua in prouincialibus Germaniae feudis, nexus erga principem & imperium conſiſtunt in amicabili harmonia. Quo iuris ordine CAROLVS IV. imperator in imperialibus comitiis & *Sileſiae principes* & ſuffragatores habuit & ſubſcriptores imperialium decretorum. Licet aliis illud uideatur ſuſpectum; quaſi Bohemicus imperator, his artibus, uoluerit adaugere adſeclarum ſuorum, in imperialibus comitiis, numeros. Illud, in *commentario* ad AVREAM BVLLAM, docui, comitiis, eius legis cauſa, coactis, SILESIAE DVCES & interfuiſſe frequentes & eadem, cum reliquis Germaniae principibus, ſubſellia occupaſſe (15). Ad extremum illud quoque eſt admodum ſingulare: quod licet SILESIAE PRINCIPES inter prouinciales ordines egerint cum PROCERIBVS BOHEMIAE; illis tamen REGALIA, in ſuis territoriis, necquicquam in dubium uocata fuiſſe, id eſt, iura potentatus. Quod magis

i) *Subfeuda imperii.*

Qui *Carolus IV.* Sileſiae principes habuerit in comitiis S. R. I.

k) *Sileſiae principum regalia.*

(15) Tantum abeſt, de *iure Germanicae ciuitatis* ipſius Bohemiae regis, ulla ratione, dubitari poſſe. Errantium ſectam diſpulimus in *miſcellis tom. II. lib. I. opuſculo 15. cap. 2. p. 600. ſq.* Quod eſt de *ſuffragio regis* BOHEMIAE *an.* CIↃ IↃCC VIII. *recuperato in comitiis.*

eſt:

non emendicata, sed reseruata.

est: non collata haec illis fuisse, instar beneficii, demum a regibus accepti: sed reseruata sibi esse. Quoniam, sub hac lege & conditione, ne illius aliquid amitterent, sua obtulerint Bohemiae regno in clientelam. Quo autem loco haec talia nunc sint: illud docebit autor anonymus libro III. exhibitus in *tomo* praecedente harum *reliquiarum*.

DIPLOMATARIVM *multiplicium causarum.*

MSCTORVM uoluminum MMM possessor.

§. XVII. Claudit uolumen *liber III.* qui sistit DIPLOMATARIVM MISCELLVM, multiplicium causarum & argumentorum. Cum enim, in tanta MEORVM VOLVMINVM MANVSCRIPTORVM COPIA ET VBERTATE, quorum numeri *ter millesimum* superant, passim quoque se offerant *diplomata;* quibus maior semper fides, quam uulgaribus *chronicis* & *annalibus* nostris; omnino illa habere soleo maximi laetorque eorum lectione. Quarum delitiarum usu, delectabunt se pariter harum reliquiarum possessores. Vix enim occurrit aliquod, ex quo nequeat aliquid disci, ad ueritatem, in omni scientiarum genere, nunc detegendam iterumque firmandam uel illustrandam. Larga eorum messis etiam ex his, quae in DIPLOMATARII huius fasciculo, suppeditamus. Quorum recensione occuparer nunc, more meo; ut, indice digito, constet, quid, in quouis, singulare aut utile occurrat: sed festinat bibliopola urgetque typographum, ad imponendum libro finem, ob inchoatas iam Lipsienses nundinas. Facilis & ego sum in parendo. Quod causa haec iusta sit illudque in *XII. tomo* cum *indice* possit suppleri, quod nunc cogor differre. Paruo quidem unius semestris spatio. Vbi spem factam datamque fidem TOMI XII. explebo ac liberabo abunde. Scripsi in FRIDERICIANA die III. iduum *Octobris* anno CIƆ IƆCC XXXVII.

In quibus primus locus *diplomatibus.*

In *tomo* XII recensio *singulariam* explenda.

RELI-

RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM,
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
AC
MONVMENTORVM,
INEDITORVM ADHVC,
EX
MVSEO LVDEWIGIANO.
TOMVS XI.

Ioan. GERMANI,

CABILLONIORVM EPISCOPI
ATQVE PRIMI AVREI VELLERIS CANCELLARII

VITA
PHILIPPI III. uulgo BONI,

BVRGVNDIAE ET BRABANTIAE
PLVRIVMQVE BELGII PROVINCIARVM
DVCIS POTENTISSIMI;
CONDITORIS AVREI VELLERIS
SCRIPTA AN. CIϽ CCCCLII.

Ex autographo chartaceo iamnunc edita primum.

Latuit idem hic CODEX MSCTVS in *bibliothecis*, primo SALINIS, CHESNEI; deinde *Iulii* CHIFLETII; tum magni FOVQVETI; post *Nicolai Ioseph.* FOVCAVLTII. Demum, meo aere, redemtus, ad hastam praeconis in Belgio. Suppleri ita debet huius libri migratio, a *Iacobo le* LONG narrata; ne porro, in suis cimeliis, eum requirat Gallia. *Migratio* codicis msc͡ti.

INCIPIT TABVLA PRESENTIS LIBRI.

ARGVMENTA *Capitum*, sigillatim.

III. *de* iusticia *eiusdem.*

IV. *de* temperancia *eiusdem.*

V. *de mirabili* fortitudine *eiusdem.*

VI. *de suis fortunis, & primo de* obsidione *& captura montereoli supra yonem.*

VII. *de bello* equestri *sancti Richarii.*

VIII. *de bello de* Tranauto *pedestri.*

IX. *de bello* nauali *in Ollandia contra ducem Clocestrie anglicum.*

X. *de obsidione & captura* Zenembergne.

XI. *de bello pedestri de* Bossaure *contra Anglicos.*

XII. *de reddicione* patriarum Ollandie, Zelandie, Dordracinorum, Carmel[illegible]m, & Vltraiectanorum.

XIII. *de* apperatu Ducis *pro* duello [illegible] Ducem *Clocestrie.*

XIV. *de capturis pontis* Athosii *& [illegible]ne* puelle.

XV. *de congressu Leodiorum aduersus* [illegible] censes, *leuatione obsidionis de Bo*[illegible] *strage Traiectens. per capitaneos Duc*[illegible]

XVI. *de acquisitione Ducatus* Brabancie *per Ducem.*

XVII, *de bello de* Barro *pedestri.*

XVIII. *de commocione* Catellanorum.

XIX. *de commocione opidi de* Bruges.

XX. *de diuersis* bellis *in* Burgundia.

XXI. *de obsidione de* Belleuille *& concordia Ducis Borbonii cum Duce.*

XXII. *de captura* Granceii *& diffidentia* Imperatoris.

XXIII. *de miseriis regni* Francorum *propter guerras.*

XXIV. *de*

XXIV. *de* releuatione *regni* Francorum *per pacem.* ARGVMENTA. *Capitum*, sigillatim.
XXV. *de conuentione* Actrabatens.
XXVI. *de oratione exortatoria* legatorum *principis & concilii ad partes contendentes.*
XXVII. *de practica* pacis *generalis.*
XXVIII. *de iustis* oblationibus *Francorum.*
XXIX. *de reffutatione* Anglorum.
XXX. *Exortationes pro* pace *particulari, &*
XXXI. *de optimo affectu* regis *ad* pacem *cum Duce Burgundie.*
XXXII. *de* requisitione *Ducis per Dominos* legatos.
XXXIII. *de* responso Ducis *de pace particulari.*
XXXIV. *de practica pacis &* penis *contra* infractores,
XXXV. *de* fructu *huius* pacis *pro Rege Francorum.*
XXXVI. *de excercitu Ducis contra* Calesios.
XXXVII. *de conquesta Ducatus de* Luxemburg.
XXXVIII. *de captura* Luxemburgi.
XXXIX. *de bello Ducis* Cliuorum *contra Saxones.*
XL. *de cohortibus quas* estorcheras *appellant.*
XLI. *de nauibus &* galeis, *missis in* orientem, *per Ducem ad auxilium Imperatoris* Constantinopolitani.
XLII. *de obsidione* Roddi *per* soldanum *Babilonie.*
XLIII. *de* oratione *Domini* Ioffroy *de Thoysii primicerii ad* magistrum hospitalis *Roddi.*
XLIV. *de puna contra* Mauros *in Roddo.*

ARGVMENTA Capitum, sigillatim.

XLV. *de uictoria contra* Mauros.
XLVI. *de concursu* nauigiorum Ducis *sub capitaneis de Waulurin, & dicto de Thoissy apud Constantinopolim.*
XLVII. *de* Festo *de* VELLERE AVREO *in montibus* Hannonie *prima Maii.*
XLVIII. *de sancto* proposito Ducis *pro succursu fidei in oriente.*
XLIX. *de* Ambassiatis *missis per orbem a Duce ad istum finem.*
L. epistola *Iohannis, Episcopi* Cabilonii actoris huius libri *publice pronunciata ad finem predictum, dominisque principibus transmissa.*
LI. *de* conquesta Maurorum *in Surya.*
LII. *de conquesta* Turci *in Asia & Grecia.*
LIII. *de* negligentia Christianorum.
LIV. *de* triumphis Christianorum *in oriente.*
LV. *de pia* exortatione ad principes, *quod uelint resumere* passagia antiqua *contra fidei hostes.*
LVI. *de guerris* Regis Polenorum *in Hungaria & uictoriis Iohannis Albi.*
LVII. *de* pace Christianorum *inter se.*
LVIII. *de excercitio* Christianorum *pro* succursu fidei.
LIX. *de recuperatione* Normanie *per Regem super* Anglicos.
LX. *de recuperatione* Aquitanie *super eosdem.*
LXI. *de commotione* Gandensium *contra* Ducem.
LXII. *de obsidione* Gandensium *apud Odenarde.*

LXIII. de

LXIII. *de* apparamento Domini Symonis *de la Lanii contra predictos.* ARGVMENTA *Capitum*, sigillatim.
LXIV. *de exercitu Domini Ducis contra* Gandenses.
interitu Gandeorum *ad pontem, ut & obsidione leuata de* Odenarde & interitu GANDENSIVM.
de bastilla *erecta prope* Terremonde.
de bello Domini Comitis Destampes *ad pontem.*
LXV. *de diuersis* stragibus hostium *&* Bolonardis *conquisitis in terra de* Wrayse *& pugna* Hollandunorum.
LXVI. *de* transitu *Domini* Ducis *per conquisita de* Wrayse.
LXVII. *de pugna de* Ryperemonde *& uictoria contra Ganden.*
LXVIII. *de induciis ad Requestam* Ambaxiatorum Regis *datis Gandensibus per principem.*
LXIX. *de sententia contra* Gandenses *per* arbitros *& resilitione ab ea per Gandenses.*
LXX. *de* conclusione Actorum *huius libri.*

Ad KADRELESIORVM Comitem incipit liber de uirtutibus sui genitoris, *Philippi Burgundie* & *Brabancie* Ducis.

IO. GERMANI liber de uirtutibus PHILIPPI BONI.

PROLOGVS.

DOmino KAROLO *burgundie*, Cadrelesii *Comiti* illustri, potentissimi Principis *Burgundionum ducis*, filio unico & *heredi* suo *metuendissimo* IO-

Eiusque prologus, ad CAROLVM *Cadre*.

lesii Comitem, PHILIPPI *filium*.

IOHANNES GERMANI, CABILONIORVM *episcopus* & *uelleris aurei ordinis cancellarius*; in *theologia* parisius *professor*, salutem & in futurum prospera cuncta. Quia multa sunt posteris profutura, magno labore & exacta cura, conquisita; quae tamen frequentius per iniuriam uarios temporum successus & occupationes iuges in obliuionem ducuntur; ueluti si nunquam in lucem prodiissent, periitque adeo eorum memoria; ut paucissimam uicem & nec dies multos decurrant uixque orta pereunt & que longissimis diebus atque sollicitudine multa ALIQVANDO, claruerant; suaque *maiestate*, quibus nota erant, plerumque gaudium & admirationem non modicam subiecesserant; ita ut magnis laudibus prosequerentur commendatione ac memoria longa digna censerentur, *uelut dies una que praeteriit & fenum, quod hodie sua uiriditate floret, precisum arescit*. Sic apud homines, que memoria perpetuari putantur, alluuio & rubigine innate conditionis, ac si nunquam apud eos constantiam habuissent, contabescunt. Proinde rei publice auctores, ut tantum nephas de suo cetu *ambigerent*; ne, quod profecturum posteris erat, per incuriam laberetur; Acta digna laudibus; per annales cronicas, membranas & cartas consignare studuerunt. Vt, que natura mota continuo rerum uetustate consumpserat, annotatione scripturarum perpetua firmarent. Vt, si aliquando ad suos posteros deuenirent: quae oculos eorum latuerunt, per scripturas nota fierent.

Posterorum gratia, ne pereant acta gestaque.

Acta digna laudibus conseruantur litteris.

rent. Et quotiens lectione iterata, longa etate pertransita ad memoriam perduxerint. Toties lecta reminiscunt. Et si etiam fuerint, ut sua dignitate posteros monere debeant, legentes serio coniectent, suos priores in *seculis magnos* apparuisse uiros, consilio ac animi cura queque fuisse prosequutos. Neque ea, quae suos honores concernunt, aliquando fuisse neglectos: sed tenacissima mente sese figentes ab hiis, que sui maiores elaborarunt, nusquam desituros. Et limites, quos sibi consignarunt patres eorum, ad mortem seruaturos & pro uiribus ampliaturos, ac si quodam naturali ductu a suis progenitoribus imitationis ac exemplaris doctrinae genus quodam imbibissent. Quodque ab hiis que paterna cura multo sudore extorserat, minime pertranseundum; quinimo in hiis pede fixo ac manibus conglutinatis persistendum. Vt quemadmodum sagitariis opponitur signum, quatenus frequencius iaculantibus innatus brachiorum frangatur torpor & inflectendi arcum & traiciendi iaculum inseratur sedulitas. Aut forsam in stadio certantibus in aera brauium appenditur; ut, quotiens ad ipsum oculos conuerterent, totiens acrioris pugne exageretur auiditas. Aut ueluti apud orientales, si quando pugnas elephantum adiecerint, eis sanguinem uue offerunt, quem si obtutu prospexerint et longiore pugna & irruptione imperterrita cum hostibus confligant. Eapropter, PRINCEPS ILLVSTRIS, quem, natura commonita,

in imitationis exemplum.

Principis illustris.

magnum facere contendunt, qui adiumento paucum non subseruient, si impe[illegible] peculiari signo exposito brauio & expansa [illegible] *liquore* uox, uobis exemplar natiuum in quod accuratissime intuitum conuertatis ante uestros oculos producatis. Non quidem de *barbaris* nationibus exquisitum aut *maris* pertransito aduectatum, potius quae omni hora oculi uestri conspiciunt et intra uos conuersantem [illegible] uestre officiose contrahant, potentissimum [illegible] *principem* [illegible] AVSTRASIORVM, GOTHICORVM, VVOLSEGORVM, dominum genitorem uestrum. Hunc precamur, O *clarissime princeps*, uestra accipiat indoles in *exemplum*. Sit iste vobis pro *sanguine* uue; sit in signum ad *sagittam*; sit *uexillum*, quod conspiciunt militantes. Et, si ad *honoris apicem* conscendere uelitis & inter *procellas* huius *seculi* ad portum optatum peruenire, *patronum* & in *uelum* super *malum* expansum uestra delectetur *adolescentia*, hunc amplecti *ductorem*, quem habuit *genitorem*. Ille uobis assit auctor *morum* qui fuit & *naturae*. Sit uobis ipse *princeps* in *exemplar*, qui, post *Deum* nascendi dedit inicia & sequamini *doctorem*, quem habetis *nutritorem*. Quod si uobis summa gloria *fuerit* ab eo *generari*; maior erit commendatio eum *imitari*. Poscite, requirite *supplex* ut ille sit uobis morum *magister*, qui fuit secundum corpus & *pater*. Et, quod si uobis fuerit pater *genitura*, inprecemini continue, & ipse sit

pater

terra marique.

titulus ducis.

Adhortatio ad *Carolum*, ut patris sui indolem accipiat in exemplum.

Parum est, nasci a bono, nisi & ipse talis.

pater *disciplina* atque cura. Nec sic uanum, norum esse *discipulus*, cui uobis perpetua aus est, secundum *carnem* fuisse *filius*. Si patris pro deliniatione *membrorum* speciem eritis, *gloriosissime* sue mentis magis *ornamentum* excipere studeatis. Quid enim proderit si a parentibus, quod *brutis* commune, duxeritis, si, eis auctoribus, in speciem hominum prodieritis; si per eos a *Francis*, *Hispanis* & *Germanis* ortum *duxeritis*; si forsitam *deorum* nomen & genus traxeritis; si amplissimorum *dominiorum* superstes heres permanebitis: nisi *parentum mores* contrahatis, & uelut *degenerans* earum sanctarum parentum *traditionum non* fueritis imitator, quorum estis futurus successor? Nec uos extollere poterunt aut in seculo facere *magnum origo* parentum. *Opes accrescentes* aut principandi *potentatus*, si *uirtutum* non fueritis uerus *sectator*, quorum hereditatis estis *detentor*. Vos autem clarissimum efficient, si *mores*, si *consilia*, si *actiones* uestras, si *curas* priuatas & publicas ad exemplum, quod uobis monstratum est, *principem* & *genitorem*, queque composueritis & ad *calculum* singula moderaueritis. *Viuetque* rursus in *uobis* qui uos *genuit* neque *uiuentibus* abesse putabitur, si suorum *optimorum morum* uos superstitem reliquerit. Pensandum quippe putaui, magnum *pietatis opus* fouere, parentes & dum *senio* confracta membra destituta apparuerint: se promptum *senectutis baculum* ad obsequium exhibere. Sed non pauce admirationis si *filii sue generationis*

Frustra *heres bonorum*; qui non & heres *uirtutum*.

rationis auctores, ad temporalem uitam, reducerent &, qui dudum *nature debitum* exsoluissent reuolutis temporum ciclis, *iterat* uice, *uiuentes* comparerent. Et non ambigimus de cunctis, humanitate hac potiori erga *uestrum genitorem* perfrui: si suarum optimarum uirtutum sedulus fueritis prosecutor. Namque in sua *prole iuuenescet* auus in *filioque* uiuet *pater*, qui mortuus putabatur. Tandiuque in *prole* uitam agitabit parens; quamdiu in sobole parentum more seruabuntur. Vt neque *excercitui milita*cium abesse aut concionantium *coronis* fa sit patrem putari, quam diu deffigiati mores in *filio* militabunt; tantumque morti *angustia mutauisse* locum minime tamen animum. Vbi *nichil* aduersitatis attulit *mor* *parentis*, nisi quia *uetustate* consumptum *cor*pus ad *parentum busta* incinerandum *mollite* deposuit, *sanctimoniam* uero animi in fili *complantauit*. Itaque in *prole superstite pa*trem & quem genuit *prolem* una *uenerando*. Tunc enim *planctus*, *gemitus* aut *desoluti* subiectas *patrias* minime uastabunt quum non ypocritam potius naturalem *filium*, patriarum traditionum *imitatorem*, super *se re*gnare conspexerint, magisque *applausi* grandi DEO & *patri* grates referent qu quemadmodum *naturali federe* eis de fruct *uentris* sui *ducem* prestituit? ita ad suam *rem publicam* gerendam *moribus* adornatum *principem* condonauit.

Anastasis inde patris demortui.

CAP

CAP. I.

De RELIGIONE PHILIPPI *Burgundie* ducis.

SI ad discretos casus descendere libebit, Clarissime princeps, paternam religionem imitandam exhortamur, quam tanto cultu amplexus est, ut usque ad uos uestigia ipsa manauerunt. Pro namque affectu pro sancta religione christiana, cum a Martino Papa, ut uicem ageret, pugnaturus aduersus Boemios, qui ab ecclesia de heresi dampnabantur promptum se exhibuit et queque, huic rei accommoda pro munimentis bellicis coaptauit. Vt nichil deesset huic operi quod uoluntas principis parata milicia & belli armamenta supplere non ualerent. Nec tacuerim, quod, ab imperatore constantinopolitano pro auxilio impetitus, galeas armatas transmisit, ac per plures annos, cum milicia per mare fluctuantes ad queque sua placita mancipauit. Quibus fuere adeo fortune grate, ut cum forti manu & pugna graui, Egyptiorumque lacrimabili exitio ab obsidione, qua Rodum uallauerant, machinis infractis disruptaque sua *acie*, turpiter uicti mauri desisterent & in suas paratas galeas sese, cum suorum tumultuoso excercitu conferrent. Nichil amplius suo soldano nisi gemitum aut turpem fugam reportantes. Testorque apud eum hanc semper infixam uoluntatem, ut uobis ad regendas suas patrias comisso si cetera huic sancto operi commo-

PHILIPPI *Boni* religio s. pietas elucet ex

1) bello aduersus Böemos,

2) subsidiis bellicis *imperatori Constantinopolitano* missis.

moda se offerrent, cum ceteris principibu christianis, pro sanctissima fide & republic christianorum, corpus, miliciam & opes ali quando applicaturum. De cunctis romana ecclesiam eo affectu semper incoluit, ut plu rimis ab ea deficientibus, ab obedientia pe eum concessa, tamquam immobile saxum, et iamsi caro & sanguis aliud reuelauerat nus quam discessit. Episcopus reliquum quoqu clerum in suis dominiis tanto fauore prose cutus: ut neminem ledi suo iure, aut pri uilegiis fraudari unquam argutus sit. Pociu hos coluit, pro successu suaque prole sempe optauit habere intercessores. Quod & te statur eius singularis cura, quod domum qu fuerat ad palacium, *patrio* composito, & ec clesiasticis uiris ordinatis claustrum & no palatium, *computares*. Inibi *iuge* sacrificium Cantorum laus summi Dei ad publicum ad pensum; diuinorum misteriorum uarius i celebritatibus ordo. Easque tanto ab e frequentari affectu: Vt quem ducem profi tebaris pontificem cerneres. De priuati orationibus, abstinenciis, adorationibus a piissimo cultu ab hiis, qui nouerunt, nec a me referendum. Hoc ipsum frequencius dixis se testor dum apud eum, ut *absolet*, hiis qui pu blicam rem moderantur aduersa queque su peruenirent. Vbi putabat humanum auxi lium defecturum per sanctissimas ad Deum fusas preces, desperatos casus gloriosos re portasse exitus. Ob inde erga Deum tant religione se deuouit, ut neque ab eo, nec or suorum, iuria aut periuria & minus Dei exe

cra-

3) affectu erga *romanam* ecclesiam,

4) amore erga *clerum*,

5) Priuato Deum colendi modo.

crabiles blasphemie usque quaque audirentur. Potius sui Deum tanta pietate coluit: ut & in missis audiendis & orationibus apud Deum faciendis, non militares, sed uiros in Deum suspensos concederes. Hunc uestrum commendatissimum genitorem sicut & in temporalibus ducem, sic in sancta religione contemplantes. Nec mirum frequencius enim ipse audiuerat: *Iacta cor tuum in Domino & ipse te enutriet;* & euangelium scriptum: *Primum querite regnum Dei & omnia adicientur uobis.*

CAP. II.

De PRVDENTIA principis

PRogenitorum auorumque uirtutibus prudencia, iustitia, fortitudine & temperancia animam sortitus bonam sicut & originem optimi, etiam consilii si uestram indolem, illustris iuuenis, tenaci glutino sigillare curabitis. Itaque prudenciam sequamini genitoris, quam ab auo, sicut & nomen, sic eam traxisse putatus est. Nam sua uigilancia nedum Francorum regnum de Anglorum tyrannide eripitur & optima pace componitur. Amplius orbis principes in eum tamquam in diuinum ducem commendatissimumque prouisorem, prospexerunt. Quem sequutus patrem inter huius regni fluctuationes, post deflendam mortem sui parentis magis ad onera, quam ad felices successus euocatus; ea prudencia, eo astu, ac intentione *iugi* sic iuxta temporis uices cuncta

PHILIPPI *Boni* prudentia patet exinde, quod

1) *Francorum* regnum ab *Anglorum* tyrannide liberauerit.

cuncta composuit, ut mortis pericula, hostium impetus, suorum & malignancium fraudes, futuram dominiorum ruinam se omni iure tutum saluaret, et queque obsistencia deuitaret. Ea humanissima & prudenti arte usus, que suos affinitate & consanguineitate iunctos, aliosque nunc beneficiis, nunc pactionibus & sub titulo sui ordinis de *uellere aureo*, coniunctissimos detineret. Quibus sub optima confidencia suam rem publicam deffendendam commisit. Huic unam alteri aliam, prout rerum urgebat necessitas regendam prouinciam, toto cogitatu deuitans, ne sue domus secreta hostia extraneis paterent, putans ex hoc euenire dissidium, *quam* per hos suum peculium conseruari. Nam eorum cetibus & cohortibus reiectis, suos quos natales uasallos fidos patria detulerat, bellorum duces & pugnatores prefecit pluris existimans suorum naturalium fidem. Quam uagantium profusum excercitum. Proinde suorum *conuicinorum* ab exteris regionibus & patriis consumptis & tamquam ab hostili manu cunctis in direptionem & predam deductis: ad hunc diem sibi perpetuos subiectos integros reseruauit. Et si in gerendis bellis uestrum genitorem prudencia usum constet: ut ex omni parte sue reipublice moderande auxilia praestaret, sibi a Deo iniecto speciali consilio ad se uiuos doctos acciuit. Frequencius enutriuit cum quibus, de sue reipublicae profectu, familiari murmure ageret & fideli obsequio cum a publicis oneribus quem

2) suos *necessarios* nunc *beneficiis* nunc *pactionibus* & sub titulo sui *ordinis de uellere aureo* coniunctissimos detinuerit,

3) suos *uasallos* militiae profecerit,

4) conuicinos

sibi *perpetuo subiectos* integros reseruauerit,

5) doctos *consiliarios* aluerit

quem maiora comprimebant, attentius subleuarent. Sic de cunctis consiliantes operam darent, ut nichil obueniret, quod publicum bonum infestaret aut supprimeret. Et si plerumque, fragore armorum ac militum forti brachio, plurimas deficientes patrias ad se reduxerit, aut nouas adduxerit, multo amplius per astuciam multam & consultationes ingessit. Namque uix multorum pugnatorum ualidissimi excercitus, cum igne magno & sanguine christianorum fuso ac uastata prouincia, id ipsum facere putauerunt, ut gentes lingua, moribus & forti manu tumultuantes reducerent: quos ipse, absque suorum dampno aut suorum populorum planctu, intra paucissimos dies, in suam plenam deditionem suscepit, multa deliberatione coniectans huius populi turbam, facilius duci quam uinci magisque opportuisse sue condescendere infirmitati, quam in eam crudeliter deseuire. Propterea a suis usque ad hos dies tanto honore excolitur, ut non principem, dominum aut ducem, sed patrem patrie, patricium & delicias populorum publicis uocibus acclametur. Nam, more piissimi *patris*, suos optimis legibus corrigi mandat perniciosas quascunque *immutat*, ecclesiam, ut matrem colit, nobiles tamquam fratres amplectitur, & plebeios, pro collatis beneficiis, cariores facit. Apud exteros orbis principes maiores omni tempore legatorum uice fungitur, dulcius expectaturus, quid consilium *poterat* humanum, quam euaginandus gladius. Ad contrahendas amicitias rarus, ad tenendas

6) gentes forti manu tumultuantes

duci magis, quam *uinci* maluerit,

7) suos *legibus* correxerit,

8) *ecclesiam*, ut *matrem*, coluerit, *nobiles*, ut *fratres*, dilexerit, ut plebeios amauerit.

in amicitia *rarus* est

firmissimus. das firmissimus; ad gracias mutus & ad lassessendum quenquam iniuriis nunquam subductus; lentus uerbo in agendis; grauis in consiliandis & in exsequendis paratissimus. Qualem eum prudencia fecerat, emicuit, quod post mortem patris strictam domum, sorte uaria, perditioni expositam suis parentibus de quorum copiis sperare debuerat destitutus, incidiali consideratione plurimas noctes ducens insompnes, sic cuncta optima consideratione resarcuit, ut cum pauca, sed fideli gente, suis aduersantibus, obsisteret. Et patriam, quam a parentibus regendam accepisset, honore, diuiciis & dominorum multo ambitu ampliauerit. Vt nedum domus una prouincia una, sed amplissimum uideres sufficere, ad regnum aut imperium.

lentus in *agendis*, grauis in *consiliandis*, & in *exsequendis* paratissimus fuerit, 20) *domum* suam, *perditioni* expositam, resarcierit patriamque ampliauerit.

CAP. III.

De IVSTITIA Domini *Ducis*.

EQuidem iusticiam, per quam reges regnant & pro tribunali sedentes recta decernunt iudicia, prosequutus gloriosissimus princeps, qui uos genuit, deuotione intenta. O inclite princeps, precor in exemplum trahi. Namque se omni tempore cui debito nature astringitur Deo, conditori suo, supplicem exhibuit: que ad religionis obseruanciam aut sacrorum suorum conditionem pertinerent numquam omisit. Qua de re leges sacris Christianorum obseruanciis congruentes, publica sanctione, firmauit. Ceteras uero, quia forsam in per-

PHILIPPVS *bonus iustum* se praebuit

Deo, *religioni*, *sacris* christianorum legibus,

perditionem animarum uergerent, aut religioni sue obsisterent catholico affectu damnauit, hereticos ac de dogmate peruerso increpatos tamquam sacrorum hostes, ecclesie relinquendos mandauit. Sodomitas quia federis humani sunt corruptores, absque discretione status aut sexus plecti iubet, diuine maiestatis blasphemos, demonum inuocatores, & de futuris coniectantes, quos diuinatores nuncupamus, sollerter respuit. In singulis quoque prouinciis, ad *populos* regendos, prefectos & presides consignat quatenus iudiciorum uices agant. Imperans ut ciues se mutuo foueant, dissentiones uitent, nec fraudes aut insidias in sese conficiant, quod si tales inuenerit de presidibus prouinciarum prefectos, de prefectis consulares uiros, amplificatos honoribus eleuat; eos ut patres colit. Qui sic corruptos in uiam hominum ambulantes conspicit atque, laxata *conscientia*, manus ad munera extensas a tota conditione hos aborret. Consortia refugit & qui apud suos caros contra hos satiras componit; uelut publice rei fraudatores existimat, atque sepius, uti arborem, a uento proruptam, de apicibus honorum in opprobrium deicit, fraudatores milicie atque fisci corruptores, uelut hostes punit, quecunque conuenta, sigillo aut manu propria communita, infringi admodum dolet: nichil sibi, curiosius obseruandum putat, quod sibi, aut ipse alteri, pepigerit. Quemobrem infractores pacis, treugarum, conductuum aut commendaticiarum, tamquam dampnandos persequitur, inde apud or-

perditionem *animarum praecauendo*, *hereticos* ecclesiæ relinquendo, *sodomitas*, *blasphemos*, demonum *inuocatores*, *diuinatores* respuendo; prouinciis iustos *iudices* praeficiendo eosque *colendo*, *dorophagos* in opprobrium deiiciendo, *fraudatores* militiae atque *fisci* puniendo, *conuentiones* obseruando, infractores *pacis* prosequendo.

bis maiores ſicut & uerax, ſic & iuſtus commendatur.

CAP. IV.

De TEMPERANCIA *Ducis.*

PHILIPPVS *bonus* fuit *temperans* *in cibo & potu*

AMplius, princeps illuſtris, ſi libuit patris imitari prudenciam, neque ſuam pigebit conſequi temperanciam. In cibo enim & potu ſuo euo uniformis apparuit, temperatus uino nusquam precipitem, aut procacem linguam detinuit. Ventrem ingluuiei minime laxat. Crapulas abhorret & longo tractu letus, cibos deguſtat; cum atritu multo cibum rumpere ſolitus eſt, niſi bis in die & magno interpaulato temporis ſpacio, [illegible] ſuſcipit [illegible] quam ſine appetitu decumbit. [illegible] carnibus & piſce paſci ſolet; ne[illegible] magis, quam aliis, afficitur. Curioſum [illegible] rum apparatum ad arbitrium ſuorum [illegible] quit. Intenſiſſimus eccleſie ieiunia [illegible] frequentius quadrageſimam; [illegible] tuor tempora & uigilias ſanctorum iei[illegible] Noſtre domine uero, beatorum Iohann[illegible] Petri, ſolo pane & aqua decurrit, [illegible] ſit additum morti die ueneris numqu[illegible] mit. A curioſitate ueſtimentorum [illegible] temperat. Pannos aureos jam a multo [illegible] pore abiecit, nigro tamen colore [illegible] Cunctis ſue domus optime contemper[illegible] exemplum relinquens. Geſtu, in [illegible] triclinio & contione, omni tempore [illegible] poſitiſſimus; ad reuerentiis [illegible] quibusque faceciſſimus; raro ſede[illegible]

ueſtimentis

flexo orat; erecta ceruice, protenso collo, rigida corporis hasta, non succliuis equitare solet, lento passu graditur. Exhilaratus, diffusius ridet. Sepius tristiciam uultu contegit, quod si palluerit, ceruleus color eius conturbatum spiritum indicat. Per lecturam otium uitat; illi admodum intendit, neque sibi finis in exagerendis libris. Vltra annales & cronicorum libros in moralibus multum delectatur. Inherciam ludo pilae depellit. Numquam taxilis, nusquam aleis, rarissime ad scathos uicem exibat. Venationi temperancius intendit, raro aucupicie. Numquam domesticorum percussor: uix irascitur. Et nisi saturatus opprobriis, motum substinet; aduersa equanimiter tollerat; nullum iniuria lassessit; neminem conuiciis prosequitur; raro odio persequitur, qui dum humilitate attrectatus fuerit, omnis iniurie obliuiscitur. Ad iuria, periuria, ad blasphemias nusquam moueri uisus est. Hostes eciam morte dampnandos uix punit: precatus, facilime indulget. Prouocatus uix bella mouet. Compassionem populi libidini uindicte anteponit. Semper penas inflictas misericordia contemperat. Reconciliatos hostes eo, quo prius, fauore prosequitur. Si se tamen prouocatus ad unam partem fixerit, non facile demouetur. Apud omnes de clemencia commendatur: penes suos uero cum omni humanitate agit; nullum offendit strepitu, neminem uerbo collidit, nusquam cachino subsannat, nullum exasperat; neminem deprimit; omnes subleuat; raro uituperat; plurimos

affectibus,

otio, quod *legendis libris historicis* ac moralibus triuit ut plurimum, raro *pilae* lusu.

Temperauit sibi a *uenatione,* ab *ira,* ab *iniuria,* a *conuiciis,* ab *odio,*

a *bellis,* a *uindicta.*

a multo *risu,*

rimos laudat. Iuuenibus compatitur; eos moribus instruit. Virtuosos senes colit. De hiis gerit magnum creditum, quibus suorum gerendorum summam libenter committit, hiis aperto ore loquitur, &, quamuis admodum secretus, sua concilia pandit, eadem corde & ore gestit. Nichil apud eum dupplum; si intenderit, promittit; si pollicitus, intendit. Numquam apud eum aliud dictum & aliud corde cogitatum. Super omnia ueritati congaudet fictionem, dissimulationem & dupplicitatem abhorret. Adulari nusquam & tales, ut morum corruptores, deuitat. Pocius maxime in secretis corrigi sustinet & correctus ad meliorem frugem se conuertere solitus est. De ingluuie autem legerat ex Ysaya: *Ve qui potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes, ad miscendum ebrietatem. Et de luxurie pruritu propterea dabo pueros principes & effeminati dominabuntur eis.* Et illud ARISTOTILIS ex *ethicis* dictum, similia passus Sardinapalo qui Assiriorum & Medorum rex inter scorta mulierum, gladiis suorum, regno & uita priuatus obcumbens dicebat: non plus de fortium uirorum gloria se ferre ad superos, nisi quod uentris ingluuies & spumosa luxuries sibi contulissent. Et ad commendationem ueritatis, quae dupplicitati opponitur de *psalmista* legerat: *Virum dolosum abhominabitur dominus:* & de canonica IACOBI *apostoli: Vir duplex animo inconstans est in omnibus uiis eius.*

a *fictione* & dissimulatione.

CAP.

CAP. V.

De FORTITVDINE *Ducis.*

IAm, inclite princeps, ſi de fortitudine patris libebit agendum nos rediiſſe ad uiros fortes, Herculem, Hectorem frigium, Achillem grecum, & Aſcanium latinum putabitur. Et eum hoſtes audacter aggredi, ad uices diſgredi, non efferri proſperis, non deprimi aduerſis, uti uoluntas diuina dederit; immotus cuncta preſtolari; ſi proſpera, cum gratiarum actione recipere, contra aduerſa ſe paciencia communire probatus eſt. Cum enim ex anno domini milleſimo cccc xix. dolo aduerſantium, immatura morte, cum planctu tocius orbis quia pro republica Francorum, ſuis caris ad hoc renitentibus, ne ob ſui abſenciam tantum rumperetur aut differretur bonum, ad conuentus compactatos aduenisſet, ut agnus pro ſalute populorum, inſidiis malignancium, iugulo & uulnere multo eius genitor occubuiſſet: admodum iuuenis ducibus Brabancie, Bauarie & Niuernenſium comite ſuis auunculis, aduerſa ſorte, ab hoc ſeculo decedentibus; non aderat auxilium, niſi de illius miſericordia *qui docet principum manus ad prelium & ſuos digitos dirigit ad bellum.* In eum ſpem omnem figens, defuncti dominia & poſſeſſionem, abſque motu, ſuſcipit. Infantiles mores exterminat & in uirum perfectum transformatus, uniuerſa diſponit. Clero milicia & plebe ſibi coniunctis ab hiis quos ſibi natura coniunxerat concilia & opem attentius implorat. Et quem olim

PHILIPPVS *fortem* ſe geſſit omnibus modis, a morte ſtatim ſui genitoris, MCCCCXIX.

olim eius progenitor apud Leodios & Gallos excercitum fortiſſimum coniecerat, diſperſum coniungit eiusque duces & capitaneos quorum transducte lancee & uibrati gladii, uictorum triumphis, tingebantur ſollerti cura aduocat & prioribus officiis preficit. Preſidia & munitiones regni, quas potiores detinebant, ad ſe retinet & prout etas iuuenilis ferebant, & rerum *neceſſitas* urgebat, de conſilio prudentum, ſibi & patriis conſulit & ſeſe in tuto collocat.

CAP. VI.

De ſuis FORTVNIS & primo de *obſidione* & captura *montereoli* ſupra Yonem.

arx *Montorgeula* uocatur ab Heutero.

AD monteriolum, ubi Yona in Secanam defluens nomen commutat, quia inibi ampliſſimum hoſtium coierat preſidium, noſter profuſus conſidet excercitus tentoria & papiliones - - -

* *Heic quaedam deficiunt, quae pro- bio hominum magis quam temporum iniuria.*

CAP. XIV. *

ſubintrant. Ductili ponte in altum ducto hoſtes in fluuium ruunt: plurimi humanitate noſtrorum, cum lancearum adiumento, de fluuio emergunt. Illa obteſtanda mulier, mulierum riſus & uirorum offendiculum, more militancium, armis contecta; lancee ictu aduerſo deicitur equo: ſua figmenta pereunt, ſueque ſortilege euanuere artes. Varia

Iohanna, ſic dicta puella *Aurelianenſis*,

ria gesticulatione sese occultat; cognita capitur; principi offertur, a fidentibus armis exuitur, quod se uirum fuerit mentita sexus discernit. Nam prelo armorum constricte mamme laxate ad uentrem fluunt turgide nates ad nenyas matrum aptissimarum consignant, gesticulatione tamen atque procaci uerborum audacia se uirum mentitur. Postremo unde sit & gestorum seriem patefacit; ad Anglos mittitur, & ecclesie iusticia mediante Rothomagi ignibus adiecta, penas debitas luit. Nostri bastildias erigunt; pro uice murorum ligna compagibus ligant; amplum uallum construunt. Pro bitumine cuncta ferro constringunt; acias ad pynacula facienda comportant. Ductiles pontes ad portas consignant; intro casalia ponunt; ad petrarias plombatas & sagittas iaciendas exedras concidunt, aggerem protensum ad circum componunt, armorum munimento & annona plurima presidium instaurant. Iamque in admiracionem duceres non uallum, sed amplissimum subito extructum palacium, pons supra rapidum are fluuium in decliuo, miro opere, conficitur; ad meridiem propugnacula eriguntut, fossa uallantur & milite multo complentur.

capitur

quæ hactenus se *uirum* mentita erat cognoscitur *Rothomagi* comburitus.

Descriptio *Althosii* pontis expugnati.

CAP. XV.

De congressu LEODIORUM aduersus *Namurcenses*, leuatione obsidionis de *Bouines* & strage *Traiectens. [per] capitaneos Ducis.*

Leodienses res nouas moliuntur.

INterim Leodii iniuriam patris in filium comportare temptant, per aduersarios concitati, res nouas molliuntur pitarcias, quas rusticas bannerias dicunt, in foro erigunt, arma corripiunt, falangas componunt & in campum se se conferunt. Petrariis grossis nostros inuadunt, castra ex insperato fortia capiunt & dirimunt, hostiliter ubique, ut assolet, plebeorum manus furiunt. Quo rumore percepto militarium nouus colligitur excercitus. Huic Domini Anthonius & Iohannes de Croy fratres praeficiuntur & nouellis hostibus occurritur. Ab obsidione de Bouines ut aderant XL. Mill. forti nostrorum manu propelluntur. Traiectenses feriores ad auxilia hostium festinantes a nostris circumcepti, ad bellandum constringuntur. Pugnatur acriter; ad nostrorum sagittas & transductas lanceas turbatur rustica manus. Balistas reciunt; bipennes de manibus labuntur; mortui, ut porci, ruunt, suas uxores & filios gemitu deplorant perit hec infatuata multitudo, & uix pauci ad triumphum saluantur. Breuique temporis spatio, quod orbem videbatur suo horrore concussurum, audacia nostrorum consopitur bellum. Inde conuentiones petunt, ad resarciendum queque dirupta se offerunt, atque pro hiis in dies quater centena milia victori principi exsoluunt & se ad conditiones ab eo datas parituros iuramentis adstringunt.

quibus *Antonius* & *Iohannes* de CROY occurrunt. Hostes ab obsidione de *Bouines* propelluntur, *Traiectenses* quoque, hostibus succurrentes, caeduntur; & sic bellum consopitur.

CAP.

CAP. XVI.

De acquiſitione Ducatus *Brabantie* per Ducem.

INterea de morte domini Philippi Brabancie Ducis rumores audiuntur. Cunctis ad compendium compoſitis princeps ad Brabanciam feſtinat, Mechliniam pertingit; de patria ſuſcipienda, que ſibi hereditario iure pertinebat modos agit. Status prouincie mandantur, querulantes compeſcuntur, & trium menſium ſpatio digniorum oppidorum & locorum inſignium abſque belli cuiusque mota poſſeſſio detinetur. Noua ſiniſtra audiuntur quod de multis prouinciis Francorum coierat ad Compendium excercitus, baſtildiis transuadunt & noſtris inſultant. Diu certatur, deiciuntur municipia, capiuntur noſtri, & quo exagitato ſpiritu Anglici de ſuo preſidio ſe ſe coiciunt & concidunt ad flumen, grandeque ad pontem municipium a noſtris patulum exponitur, armamenta queque hoſtibus linquuntur congeritur fortis acies de noſtris; diucius expectant quid agerent hoſtes. Tandem, ignibus per queque caſalia flagrantibus, & ſtatione relicta noſtri ad propria ſe transferunt. Dein princeps noſter poſtquam Ducatus Brabancie & Limburgie marchionatus ſacri imperii & Anerpie dominia ad ſe contraxerat, concito greſſu ad ſuos de excercitu feſtinat pro itinere poſitus ſuorum motum percipit diu ad Royam opidum moram trahit agmine grandi hoſtium collecto ſub mareſtallo bouſſat, ſtandaria ad iactum

PHILIPPO Brabantiae Duci, ſuo patrueli, ſuccedit PHILIPPVS *bonus* iure hereditario.

ad Compendium a *Francis* ſtragem patitur.

ſed recollecto exercitu

ctum lapidis opidi in uentum ueniunt a no-
stris ad hostes uarii ingeruntur sermones: d
pugna sollicitantur: fortis nostrorum usqu
ad portas sepitur acies, & tandem compli-
catis signis ad decem leucas profugiunt ho-
stes; resarcitis cuneis, in campum progredi-
tur princeps. Castella capiuntur; igne cre-
mantur, multa diruuntur. Abbatis sanct
pharaonis laginati presidium igne confla-
tur, ipse capitur & ad festa natalia celebran-
da ad Brabantinorum sedes nuper recepta
uiam carpit.

pugna haud tentata

profugiunt hostes.

CAP. XVII.

De bello de BARRO *pedestri.*

PReterea temporis paruo interposito
spatio, a Barrorum duce Burgundioni-
bus tacitum comminatur bellum. In-
de inter se conuentus agunt & Dominum
Anthonium de Toulonton Burgundie Ma-
reschallum, consulturum principem supe
hac re demittunt. Causam sanctam fotu-
rus expeditam aciem de picardia transmit-
tit, his se adiungit comes Vademontis qui-
bus occisis gens Burgundorum, electa ferme
ad quingentas lanceas & quinque milia pu-
gnatorum, festinantur ad Barrum: hostium
castella & burgos diruunt & more hostili, in
predam omnia ducunt, maiori existimatio-
ne gerentes, si hostem sese infra sua conti-
nentem, quererent, quam ad suos fines ad-
ductum expectarent. Aduerso Barrorum
hostes uada preocupant & ad XXX. Mill. in
faciem nostrorum sistunt; uela deplicant;
uexilla

Paulo post a *Barrorum* Duce bellum comminatur *Burgundionibus*, cui se accingunt.

idque suscipitur

uexilla ad uentum proiciunt; arma parant; acies construunt; manum rusticam pro cornuleuo trahiciunt & omnimodo se pugnaturos indicant. Auxilia conducta de germanis, palatinis, argentinensibus & opendonibus, quatenus fortiter agant, multo fauore sollicitant, pugnam equestrium adhibent, illam plurimo balistarum cuneo quos creuequiners uocant, communiunt & maximo apparatu se continentes, sese futuros uictores portendunt. At uero nostri, numero pusilli, aptissimum promontorium capiunt, equitatum reiciunt, preliaturos bello pedestri se deuouent, ad girum collicant carrucas, pro uallo circum construunt. Eius anteriorem partem stipite raro communiunt; coartati nimium, fossam non agunt. Sed pro aggere fustes ad pedes complantant, aciem instruunt, leuem armaturam suis sedibus collocant, eam lanceis ualidioribus suffulciunt, subuersis doliis ad cassides ciphorum uice, cum magno haustu, uinum ebibunt, raro pene sese reficiunt. Et exhilarati mutuo bene acturos hortantur: quadraginta ab hostibus equites ad preludium, immittuntur, a nostris clam demissis circumsepti acri certamine uincuntur & occiduntur, relatis spoliis, fit pro sorte ingens leticia etiam nostri optime de uictoria coniectant. Namque galearum fastum & hostium pompam sibi pro preda existimant, personantibus utrinque tubis celum mouetur & longo hostium equitatu, caliginatur aer uelutique nebula inter acies sabuli deuolat fuligo. Ordune multo Anno Domini Millesimo CCCC-

& cum *hostium* strage finitur.

Ordune A. 1431. rursus se mouent hostes

CCCCXXXI. menſe Iulio ſe mouent hoſtes. Pro leua ſuos plebeios magis angariant, quam collocant. Ad cornu dextrum miliciam cum baliſtariis traducunt ſuis transuerſatis cuneis, ad noſtri preſidii partem poſteriorem ſe conferunt, fortiter inuadunt, per carrucas & ualli interſticias noſtros urgent, ad lanceas & tutides uallum deffenditur, gladiis feritur & cum magno noſtrorum emiſſo uictorie ſigno, ualli repacula manibus militum deiciuntur; ultra uallum tranſilitur & propelluntur hoſtes. Alemani, qui torace leui pugnare ſolent, nunc lancea nunc ſagitta confodiuntur. Mortui ruunt & ſeſe manibus noſtrorum condonant: leuis armature noſtri, contorto arcu, enudato corpore, illam uaſtam ruſticorum congeriem, ſagittatu multo & complurimo ictu ſubito comprimunt & deuinciunt, pro ſigno fuge dorſa monſtrant; more pecudum ad ſiluas confugiunt. Omni ex parte municipii durum protenditur bellum. Iam noſtri ſpem gerentes alacrius demicant; hoſtem perquirunt. Ad cuneum Domini de Barbaſan applicant, acrius ſolito pugnatur. Sed, forti manu, fractus tandem corruit hoſtis & rapta caſſide intra ſuos ſuccumbit. Tunc aduerſantium undique cuneus profligatus ſternitur, hic ad necem, hic ad predam & ceteri ad fugam. Barri dux, Metenſium epiſcopus, Comites & militares multi in ſortem ueniunt captiuorum. Dolenter ſeſe reſarciunt hoſtes &, quaſi nouum bellum ex profugis facturi, in palam prodeunt hinc apud noſtros lacrimabile geritur bel-

ſed itidem minus proſpere pugnant.

& Burgundi uictores euadunt.

bellum &, laxata fide, quisque in ſuum gladium conuertit ne contra innouatum hoſtem & captiuos periculoſa ageretur pugna. Inde ad maius excitium trahitur hoſtis & pauci reſident ad triumphum. Sic, feliciter conſummato bello, noſtri ad equos conſcendunt; ex uictoria agiliores fiunt ab equis ocius uectitantur, profugos equis deiciunt, ſpolia detinent, planiciem ſanguine multo conſpergunt, predam & captiuos ad ſua caſtra deducunt. Tandem a loco pugne diſceditur; ſaucii curantur; ad carrucas locantur, & glorioſi uictores ad propria alacres transuolant. Deo grates exſoluunt, uota adimplent; Baſilicas, quas ſibi delegerant ſignis ſuis & aduerſariorum conquiſitis ſtandaribus adorant.

cum totali hoſtium excidio.

CAP. XVIII.

De commotione Catellanorum.

AB hocque, tam glorioſe conſummato bello campeſtri irruitur in bella ciuilia. Apud Flandrenſes ſurgit funeſta manus Catellanorum; ad XL. mil. infra montem ſeſe muniunt; prouinciam inuadunt; Conuicinos ad rebellionem inſtigant; pro libertate certaturos denunciant. Sed forti noſtri principis ad noua foſſata deducta manu conſtringuntur & paucis decurſis diebus, armis proiectis, ſe ſuæ optioni offerunt.

Poſthac oriuntur bella ciuilia apud Flandrenſes.

CAP.

CAP. XIX.

De commotione oppidi de BRVGES.

apud Brugias

ITerum apud Brugias nouum ciuile bellum confligitur; ad forum pitarcie portantur. Cornu argenteo personat opicium; fustes pro lanceis congeruntur; res nouas molliuntur; sed ad exclusas fortissimo congesto presidio ad deditionem rediguntur. Hostes capitibus detruncantur & ad conditiones quas uoluit dare uictor obstringuntur.

ast uterque populus breui temporis spatio in deditionen redigitur.

CAP. XX.

De diuersis *bellis* in BVRGVNDIA.

InBurgundia eodem modo diuersa finiuntur bella.

RVrsus in Burgundiam progreditur princeps ad Muciacum & Aualonem pugnatur; usque ad senonas cuncta principi redduntur. Preocupatos hostes apud Matisconas non alio genere belli quam suspendio, profligi iubet. Contra borboniorum ducem, qui ab eo defecerat, per disesias ualidissimum excercitum usque Auernos traicit, attrito hoste & cum preda multa ad nostros sese contulit. In bau locos cuneos demittit; ad Freuo pugnatur utraque pars Araris, quam sagonam dicunt detinetur: utrinque in hostes furit gladius.

CAP

CAP. XXI.

De … dione de *Belleuille* & … ordia ducis *Borbonii* … cum duce.

… lla obsidio plantatur, hic con… gium hostium presidium. … ia coartatur hostis petra… turres & propugnacula dei… ixidarii, quos coluuriniers appel… in medium; perlongas pixi… grossas bombardes dicunt, ad … complantantur, eas forti … dis nuncupant, colligant; quas, puluere sulphurato, manibus compresso, adimplent. Igneque ad uncum ferreum interiecto pixidis latera contunduntur & orbici quos, pierre de bombardes nominant, igne & fumo artati, decutiuntur partemque murorum obiectam, horribili actu, quatiunt quassatumque prosternunt; muri suffodiuntur; ad portas omni die pugnatur; fossa completur & ad peruagandos Lugdunensium fines cohortes destinantur. Tandem attritum opidum, cum milite suo uicto ri, principi nostro sese reddit, & de nostris ibi fortium pugnatorum nouum congeritur municipium. Ad Burgundiam se confert princeps, ab hoste duce, pro pace, sollicitatur; homagium prestatur, & qui defecerat frater, pio principi reconciliatur.

Descriptio obsidionis de *Belleuille.*

eiusque expugnationis

& Ducis *Borbonii* reconciliationis cum PHILIPPO *bono.*

CAP. XXII.

De captura *Granceii* & diffiden-tia imperatoris.

Grancey-um occu-patur.

AD Granceyum concluso campo si... tur, castrum funditus euertitur ... strum uillanum per scalas, sub... arte, surripitur & res mollitus nouas ... dominus, ad optionem sese principis ... dit. Rursus Romanorum imperator Sig-mundus cum hoste principis facit liga... eius fauorem, eum diffidat & cum ... stiliter acturum comminatur. Diuione ... uultu claro, cesareas litteras suscipit: ... gratias agit, quod cum orbis monarcha, ... priscos bellorum motus, se uiribus exce... ret; larga conferuntur dona & securi ... suum principem nuncii remittuntur; null... inde adicitur dampnum. Potius, ad meli... consilia tractus imperator, principem ... concordia sollicitat, neque usquam ap... eum facto aduersari, habuisse intentum ne... tum facit.

Imperator *Sigismundus* foedus cum Philippi hostibus simulat.

CAP. XXIII.

De miseriis regni FRANCOR... propter guerras.

Delineatio miseriarum regni *Francorum* ex tanta bellorum serie.

VErum quia triginta annis campestribus & ciuilibus guerris gloriosissimum Francorum regnum ad interitum pene deciderat; preciosa queque eius im... tata nihilque in eo, quod obscuram ruin... & fortune durissimos casus non portenderet. Minime namque aderat, qui boues ad carri-

carriculas iungeret; qui iumenta aratris ligaret, qui utriusque maxillas fascia obuolueret & iugo connexo cornua perstringeret, qui stimulis aut flagello urgeret; qui burim protensis Brachiis contineret; qui terram uomere finderet; qui campanias furcis diuideret; qui desurcatis aruis sementem immitteret; qui uili stemate sata cingeretur; qui ad sarculum uirentia gramina lolio purgaret qui segetes colligeret; qui, repetito ictu flagelli, granum de folliculis excuteret; qui ad horrea frumenta deponeret; qui molis asinariis farinas eliceret; qui placentas & azimos aut subcinericios panes confingerent. Etiam non occurrerat, qui uinetis incolendis insisteret; gobio putaret; contonderet fossorio; palmites complantato alligaret stipiti; qui propagine surculos dilataret; qui uindemiandis subnigris racemis operam daret; qui insideret torcularibus; qui a compressis uiuis uina extorqueret; qui dolia constringeret; qui ad fossas profundiores ea reconderet. Neque eructuabant eorum promptuaria aut uasa uinaria musto redundebant. Ad tabernas rari conuentus neque falerni bannerie, per uicos, uentilabant. Sed nec qui faucibus raucis Bachi solennia exclamaret, calices uino flauentes, per, uicos, ferebant. Sistebant quoque balantium greges & oues fetose habundantes, ingressibus suis, desierant arietum cornute scale neque per arua, se ad modum castrorum, extendebant. Aberat utique uigil pastor; ierant collapsa tuguria & ad terram prostrate caule ad greges seruandos. Canis

Neglecta agrorum cultura.

Vinetis excolendis nullus adhibet operam manus ue. Inde tunc uini penuria in Galliis.

Rei pecuariae curam nullus habet nec potest habere.

molosus non ligatur ad stipitem. Neque fecarum dulci stercore arua prestantur fecundiora, quia aberant caprarum cunei: barbatus hircus totus petulans uagus peragrat. Non erat qui auferret, de ouili, pecus & armentum de presepi uitulus saginatus & pinguiores uduli raro ueniunt ad conuiuas. Non clamant in medium conuicanea uxor, quod uicini pecus pinguius uber habet. Papille copioso lacte minime tument neque ad terram protensas fetose mammas confricant. Non est, qui solis ortu aut occasu mulgeat, aut ex mulso de fixella coeffigiatos educat caseos. Ad alueolos lac cerum aut butyrum minime congeruntur. Nam compresse mamme uix, sanguinem aut marcidum dabant succum. Iam adolescentule cum pastorellis ad fontes, sub tegmine fagi, suos desierant agere conuentus. Perpetuo silentio fistula canere dampnatur. Desunt puellarum chori & nullus erat qui saltibus & composito gressu plangeret adonidem. Magis pro uictu non sarculis aut biffulcato ferro, sed digitis aut ungulis disserpentibus euulse herbarum radices aut arborum extorti surculi uix satis aderant. Cupiebant impleri de silliquis porcorum, si proximus affuisset, qui tante humanitati uicem ageret. Sic inedia & fame consumti, impetigine multa circumcepti, per stamulas cum scalida cute in terram deffluebant, atque in ethiopicam carnem conuersi, suis horridum prebebant aspectum. Inerant namque ora pallencia; fauces constricte, frons obducta rugis; nasus emunctoriis madebat;

Hinc fames ingens, Franciam premere, incipit.

debat; labra arebant, lingua ſuo inherebat palato. Caligabant oculi; obaudiebant obtuſe aures; negabant brachia tactum; pedes non dabant greſſum; Conuexe ad crura tibie; corperis haſtam procuruam reddebant; per plana opida & burgos ſuppreſſe ceruice; demiſſo uultu, expanſis brachiis, comploſis manibus, eorum more, qui uino madent, tranſuerſatis tibiis; doloribus deficientes; titubantes incedebant. Ad celum caligantes oculos; manus tremulas; cum euiſcerato eiulatu ſuas anguſtias actori ſuo deo notas fieri preſtolantes. Ilico conſequitur mors, ſexum utrumque rapit. Seni aut ſuggenti ubera minime parcit. Violentum aufert ſpiritum; principum & ſubiectum uulgus funeſta nece depaſcit. Quidam acuta febre, torrenti incendio, ſpiritum exalant, hii diſſinderia diſſoluuntur, alii ydropiſi, tumentibus uteris, prorogata morte langueſcunt. Ceteri inguinaria, quam boſſiam appellant, ſimul cum hanelatu ſpiritum emittunt, ubique gemitus, ubique langor, & uix pauci reſeruantur ad ſepulturas agendas. Sed neque hiis qui reſcidui fuerant, dabatur requies ſub nuditate corporis, media, intemperie, frigoris algore, ſolis *caumate*. Per condempſa ſiluarum abdita, nemorum cauernas, ſpeluncas deffoſſas, uoragines, ad mortuorum ſepulchra latitabant: qui prodibant in patulum, cathenati ad caudas equitum ad caſtra trahebantur. Carceribus & diris ergaſtulis ſub forti claudebantur cuſtodia, nunc uerbere, aliquando tormentis, aut uictus angaria ad ex-

Famem inſequuntur morbouem diuerſa genera; quibus magnus hominum numerus abripitur.

Qui morbos effugerant, hoſtium pereunt ſaeuitia.

exactas financiarum sommas signabantur & frequencius, ere multo redempti, si a propria deuenissent, tristem & languidum emittebant spiritum. Ceteri ad arbores & truncos laqueo finem uite dabant; ad sep pro longissimo carcere, tedio correcti, la crimabiliter dies claudebant extremos. E si foris furiebat gladius non minus intus u gebat timor. Iam ad excubias, iam a muros, semper ad uigilias, iugiter ad arma ad portas, aggeres fodiendos, turres resar ciendas, fossas agendas, ad belli gerenciun stipendia releuanda pro omni tempore pel lebantur. Non dabatur lassis requies neque aduenerat oppressis auxiliator. Nulle com mutationes in foro. Non personabant nun dinarum Kalende, deerant ciuium solit conuentus, absque commutatione, sin pactis mercantium, absque commercio & institoribus Francorum ducebatur ciuilitas Desierant onerarie naues nusquam ad por tus appulse. Non prodibant in altum Ve netorum ad Iannensium bonis conferte ga lee. Non atterebantur classes exacto curs Picardorum, Britonum aut Normanorum portus. Rostrate naues sub solis ardore pro otio dissoluebantur neque aderat qu earum concissuras, pixato bitumine, resarci ret, torpebant remigantium lacerti, & non aduenerat qui transtris nauigaturus inside ret, quod si forsam paucos liburnos aduen tare contingeret non nisi ad arma bellic sagittas, spicula, lanceas aut sulphuratum puluerem pro strage hominum; ut si carcere famem aut pestilentiales morbos euasissen

Omnia languescunt commercia terra marique:

noui

nouis adminiculis morte perirent. Ad cumulum autem priorum dolorum contra deum tantum nephas exarsit, ut nec a sacris gladium suum continerent. Ruunt monasteria, ecclesie dantur ad solum, pynacula consternuntur, in flamme uoraginem templorum ponuntur structure. Sub incendio pereunt claustra. In cinerem uergunt pretiosa templorum edificia, ausu sacrilego temerantur sacre uirginales. Virginibus aut sponsatis minime parcitur. Deo dicata sup pellex usque ad calices & reliquiarum tecas in sortem ueniunt pugnatorum; uenduntur cruces, pontificales tyare, infule sacerdotales & librariarum pretiosa uolumina sub mensa nummulariorum transeunt. Cessat diuina laus nullibi psalmodie; nullibi hymni aut organorum exquisita melodia pro ministris; pro choris psallencium, pro composito clero; patent ecclesie uulpibus & ferarum coaseruatis gregibus. Vlule foramina petrarum habitant, & conuexa templorum testudo bubonibus requiem dabat. Ex equo pereunt templa & misteria templorum; magis pereunt anime: nam absque baptismo, absque uiatico, absque ceteris sacris, ex aduerso rerum turbine, suam salutem obliti, migrabant desperantes. Sed nec paucum detestandum, quod hii, qui sub tantis fuerant enutriti malis ea uesania ferirentur; ut non alios, preter suos, quos agebant, existimarent mores. Nichil enim de uirtute; nichil de sciencia minimumque de moribus apud eos precii erat. Agendum enim

Ecclesiarum aedificia, monasteria aliaque ferro flammisque uastantur.

Deo dicatæ uirgines militarem etiam experiuntur furorem.

Cuncta militibus in prædam cedunt.

Hinc *templa desolata* fiunt auium ferarumque habitaculum,

unusquisque putat, quod interius temptatio aut malignorum suasio suggerebat. Inde in omnem luxum, auariciam, mendacium, fraudulenciam, periurium, effrenatum furorem, & inueteratum odium prolapsi, priorum suorum approbatam abhominantes disciplinam, nichil in claustris de silencio aut institutis principum; in uniuersitatibus, de exacto labore, detinebant. Potius absque religione, absque obediencia, absque dei timore, tempus, quod fuerat ad salutem datum, ad sue dampnationis augmentum commutabant. Itaque si urbes, castra, templa, palacia & curiosas edes, disruptas plangeres, magis luendum omnium uirtutum & morum intra Francos obrutam disciplinam: ea dampnatione percussos, ut equa lance uirtutem & uicium prosequendas ducere Neque, ab hiis cladibus, exhortes pu qui maiores aliis presunt. Eisdem ne que gradibus sacerdos cum rege, & pri ceps cum populo incedebant. Nunc, compositis aciebus & collatis signis, forti percussi gladio, ad tumulos moriebantur: nunc in cursibus, nunc insidiarum subitis occursibus, sepius insultancium impetu & longo obsidionis uallo compedibus alligati; uix pro magnis pecuniarum summis uitam redimebant, transferuntur regna ad gentem, quam non nouerant. Coram eis alienigene deuorant regionem; detinentur urbes; surripiuntur castra & opida; pelluntur a propriis sedibus; scrutantur hostes cunctam eorum substantiam & dominantur eorum, qui

Tandem *desperatio salutis* omnibus uitiis portas patentes praebet.

In aulis & ecclesiis morum bonorum inde iactura.

qui oderant eos. Sed ubi queso! Francorum senatus? ubi patres conscripti? ubi prouinciarum presides? ubi prefecti? ubi tribuni? ubi questores? ubi priores officii? equestrium nobilium cunei? ubi legionum ueterani duces? Pro piis principibus, tyranni; pro consulibus, exules; pro equissimo iure, pura uoluntas; pro errario, questus; pro fisco, sacrilega pecunia; pro legionibus, diffuse falange; pro equestri apperatu, ignobilium pitarcie atque pro iusta pugna, furor in suos; homicidia in conuicaneos; proditio in domesticos, hii, a suis defficientes, ad hostes adibant, municipia, que acceperint tuenda, hostibus pretio uendunt. Mutuis uulneribus contendunt. Gladium magis in suos, quam in hostes, deuibrant, quod si foris furiebat gladius & cuncta in sortem ueniebant homicidarum. Non minus in ciuitatibus & firmatis opidis huius tante cladis furor debaccatur; inibi coniurationes; monopolia; delationes adinuenta scelera; accusationes, falso obiecta crimina; tumultuosi conuentus; insultus populares; intestina bella & in alterutrum inuectiue. Proinde ut caprarum greges trahebantur ad carceres; claudebantur, uinculabantur; ferro stringebantur: ad fossas turrium iaciebantur; si extracti pugnis, auribus & manu truncabantur; spectaculis nadebantur; flagellis puniebantur; cadauerum suorum sternebantur platee; conscissa corpora, ad pauimenta iacebant; sub lugubri cornu clangore omni hora ad

In omnibus reipublicae muneribus maxima confusio oritur.

Vrbium & oppidorum calamitates enarrantur.

Variis cruciatuum generibus eorum afficiuntur incolae.

capitolium curritur; capitibus obtrunca- tur; hastis complantantur; cesorum capi membratim parciuntur; per singulas port fustibus conseruntur conscissa membra; qu dam, de fossa educti, sub rapidis fluuioru undis, demerguntur. Alii laqueo; alii i gulo; quidem suffocati & toxico dies cla dunt extremos. Omni tempore ex tabu proscribuntur; in natali solio illusi pellunt nauibus immittuntur; applicant ad insula exulare dampnantur; ignoratis sedibus ma cipantur; edes forenses inhabitant; agro colunt abditos; coacti cedere prauis lingu & barbaris moribus assuescunt & uitam, d tantis eructam periculis, sub perpetuo se uitutis iugo, calamitosam deducunt. Eo rumque bona confiscantur; sub ratiocini ponuntur; in sortem ueniunt malignorum Ex hoc iugis parentum luctus, filioru paupertas, & continua uxorum desolatio Et si pauci hec ea tanta euasisse discrimin putarentur, continuus adiectus timor, n falsa delatione talia paterentur, quosque ex quisitos dolores superabat. Sic proch do lor! agitabaris publica res Francorum; f sola sedebas princeps prouinciarum. Si sub tributo degebas domina gencium, qu dudum imperans ceteris, legem dabas, bar baras pateris conditiones; que pro tribunal regio dyademate, florebas, sub tyranno rum contremiscis edicto: Que Gallorum Francorum titulos exteris contuleras, adue narum notis inscriberis. Facto es in cuncta rum nationum sibillum & fabulam. Letar tur omnes in contricione tua & qui te no

nd

nouerant, mala imprecantur; sic derelicta moriens uiuis & in caput tuum hostes tui & inimici tui iudices tui.

CAP. XXIV.

De releuatione regni Francorum per pacem.

SEd quia non potest mulier obliuisci infantis uteri sui, aut sponsa sua fascia pectorali: sic dominus recordatus sibi peculiaris gentis Francorum, continere in ira sua non potuit minas suas. Et quasi non complacentior sit adhuc de nobis in eundem ulcisci potius, federe tactus, quod pepigerat cum principibus nostris, Francorum regibus, Clodoueo, Karolo Martelli, Karolo magno, Ludouico sancto, quorum dextris & brachio extento, ad iugum fidei nationes barbaras adduxerat aliquando respexit in faciem Christi sui & nos in beneplacito suo uisitauit oriens ex alto emisitque de celo spiritum suum, ut terram Gallorum dirutam celitus superinducto decore adornaret. Cum sua interna inspiratione felicis memorie Martinus & Eugenius Romani pontifices commoniti, non obliti, quantos auxilia opem & fauores a diuis principibus regni suscepissent. Ne suo neglectu dudum gloriosum regnum, ad exteram gentem, quam non nouerant patres eorum, adueniret possidendum. Manus mittentes ad fortia huic sancto operi se deuouerunt intenturos. Inde de latere demissi nuncii plenissima legatione funguntur. Iussi ab urbe de-

Tot tantisque miseriis perpessis *Francorum* regno succurritur.

ope MARTINI & EVGENII, pontificum Romanorum

missis nunciis

decedunt ut iniuncta compleant. Via arripiunt. Quidam alpibus, aliis pericu mari sese immittunt, labores, inedias, humana pericula, eciam confracti senio n uerentur. Nichil aduersum sub celo e stimantes: si sue legationis fructum con qui ualerent, hii ad Francorum regem, a quando ad Anglos, persepe ad Burgund rum ducem Philippum suos dirigunt gr sus. Nam de Anno Domini Millesim CCCC. XXII. quo in Francia Henricus A glorum rex, post conquisitam Normaniam de suis hostibus triumphabat; in optimis p tribus uenerandus episcopus Bononiens Cardinalis sancte crucis posterius appella dus, Parisius applicat; que a Papa in mand tis susceperat, regi Anglorum intrepide p tefacit, quo ad suum Anglie regnum se de ducet. Dans pacem populo Francoru summi pontificis edicto, consulit & ammo net, expectans, si quid fauoris apud eu regem inueniret, longam Parisiis moram trahit, sese mutuis sermonibus exasperan & re infecta anxius abscedit. Qui tamen pontificis piam exhortationem contemple rat, ad paucos dies uitam deponit, assum- ptus que in cardinalem sancte crucis a pap Eugenio, legatus ad Francos constituitur le gatione functurus Millesimo CCCC.XXXI rediit in Franciam. Regem Karolum Bitu ris uisitat, que fuerunt fundamenta pac future sollerter perquirit; ad Burgund rum ducem inuentum Bruxelle festina Cum amplissimo legatorum cultu suscipi tur. Priuata cum principe agit colloqui

ad Francos, Anglos, Burgundiones.

Et si quem apud eum de pace apparatum inuenit, memorie insigillat. Rursus anno sequenti conuentus in Antisiodoro designatur. Occurrunt per suas partes dissidentes; longi de treugis & pace ingeruntur sermones. Sed nec fructus expectatus reportatur. Conuentiones Nouedunoni indicuntur & per trium annorum spacium, legatus in Francia moram trahit non mora, non tedio, aut fatiga fractus. Iam unam, nunc aliam de hac sollicitat. Ad Eugenium papam, secreta rei patefacturus, proficiscitur. Magnus conuentus in ciuitate Attrabatensi, pontificis edicto, per suas litteras partibus indicitur. conuentus Attrebati indicitur a pontifice.

CAP. XXV.

De conuentione Atrebatensi.

INde anno millesimo CCCC. XXXV. idem legatus, ut inchoata perficiat, cum plenissimo mandato, in Franciam demittitur. Per Germanias Basiliam, ubi tunc generale concilium considebat, pro rebus ecclesie componendis appulit. Ab hinc Atrebatum pertingit. Auctore pacis commoniti patres, consilii uirorum illustrium commendatam conficiunt. In ea de singulis nationibus orbis, quos partibus placere putabant, annotant. Pote cardinalem *Chypri* illustrem Vexoniensem, Dacum; Albiganeum, Italum episcopos; magistrum Iohannem de Cracouia Polonum; magistrum Bartholomeum Metensem, archydiaconum; quos cum plenissimo mandato ad diem conuentionis, Atrebati inditam, demit-

Basiliense concilium generale. Conuentus *Atrebati*

Legatorum nomina, quos misit *pontifex* romanus.

mittant. Applicati ad locum desideratum cum legato apostolico, consultationes agun modum & formam rebus gerendis adhiben Ad conuentum adueniunt de parte Fran corum, potentes principes Borboniorum dux Richamiuntis & Vindocinensis comite Remorum archiepiscopus; Beluacensiu episcopus Christoforus de Haricuria; Do minus de la fayete, mareschallus; magiste Adam de Cameraco primus presidens, ma gister Iohannes Fuder, decanus Parisiensis magister Guillermus Cherretier in legibu doctor &c. Nec desunt ab Anglis depu tati. Io. archiepiscopus Eborracensis; Pe trus Lexouiensis; Io. Nomoniensis. Gui lermus Nornitensis; Thomas Menensis epi scopi. Io. Wthiensis; Guilermus de Thus fort comites &c. Neque absuit Burgun die dux genitor uester, magnorum & illu strium principum cuneo constipatus: Inte quos Cliuensis & Guelrie duces; Niuerno rum; Destembes; Sancti Pauli de ligny do strenant. Et de Portiem comites. Leodio rum; Cameracensium; Tornesiorum; A trebatorum & Ambiemiensium episcopi In sancto Vedasto locus conuentionis desi gnatur. Aule patentes cum cenaculis gran dibus, auro texto tepete, uestiuntur. Tri stege cum tricliniis pro partibus consignan tur. Ad ecclesiam de parte legatorum, pro implorando diuino auxilio, conuenitur solemnia aguntur & cum piissimis uotis ma iestas diuina exoratur, quatinus rei agend inicia talia condonare uelit; ut finem, quem totus mundus expectat, consequutum am

plect

Francorum rex.

Rex Angliae.

PHILIPPVS *bonus* ipse conuentui interest

locus conuentionis.

plecti ualeat. Inde omni hora ad locum inditum se conferunt legati & queque, pro pace prosequenda, se presto partibus offerunt. Itur ad consilia; pro rostris sistitur; edilibus heretur; componitur senatus; prudentum circina corona grandeuorum fingitur chorus & contionantes sese fouent; mutuo obtutu statur in foro; pro tribunali sedent maiores; mediocres insident cathedris. Notariis sternuntur subsellia & scabellis pedes subleuant. Pro scribis mense parantur hic iacent extorti proflui de cortice bibli, nec desunt papirei ad tabellas codices sisti. Cartim abrasa membrana congeritur fossa. Calamus & bipennis pro atramento colligantur; pro amphiteatro circus; pro poetarum scena, pulpitum, quibus insident qui, pro contendencium iure, perorare solent. A legato apostolico, qui solio residet, partes singule aduocantur, bulle pontificales cum benedictione offeruntur; oblate franguntur, perleguntur & credencie note fiunt. Inde qui pro consilio litteras presentant, sibi credita partibus referant.

Congressus inchoatur & auctor *apparatum* refert inseruientem praesentibus legatis ac eorum ministris.

CAP. XXVI.

...ione exortatoria legato... principis & *concilii* ad partes contendentes.

...hortatorias orationes fieri mandantur & qui dediti quasi diuinitus inspirati orationes commendendas ex pulsequuntur. Qua funguntur aucto... quasque partes precantur & monent: Inue-

Exhortatio PHILIPPI *boni* & concilii legatorum ad partes contendentes.

squamulas forte legi debet.

Inueterati rancoris ac oculis *scamulas* decu-
tere & claro perspectu intueri; qualia &
quanta guerra Francorum beneficia sui
contulit: stragem hominum: lamentabilem
casum nobilium: confusionem principum
tirannorum super erecta cornua; uastatio-
nem populorum; Vtrinque furientem gla-
dium & per nationes profugos & exules.
Iamque satis aut satius in alterutrum tamdiu
deseuisse in christianum, in fratrem, in con-
sanguineum; magisque conuenire reipu-
blice Francorum, ut conticeant petrarie
horridos conflare mugitus, ne amplius cas-
satus ruiturus contremiscat murus. Non
ultra refulgeat sol in clipeos aureos, neque
montes resplendeant ab eis. Cesset chorui-
scus ensis ombone retundi, contineat
transducta, toracem confodere, hasta neget-
que conscisam ceruicem transfigere tudes.
Nec fulgens galea sub plombato suste pale-
scat, aut iacto de muro pondere obruatur.
Non tynniant aures horridis tubarum clan-
goribus nec amplius de specula lugubre cor-
nu personet. Conuertantur gladii in uo-
meres & lancee in falces commutentur.
Non obrigeant aures armorum fragoribus
neque ociores equorum strepitus aerem
caliginent. Ad tecas subcludantur sagitte
acute cum carbonibus desolatoriis; fortium
arcus & baliste abeant retrorsum: procul
assit ille a seculis, inauditus bombarum
mugitus & perpetuo sileant columbrinarum
sibili. Sere portarum uim substineant nec
occurrat qui mane aut sero eas concludat:
pateant introeuntibus & qui abscesserunt
salu-

Cassatus pro quassatus.

salutes condonent. Diuinis laudibus & sacris agendis, intendatur & non sit, qui psalmodias dissoluat. Reformandis studiis insistatur sitque pro nefas malos inseruisse mores pro homicidiis, pro strage hominum, pro nece populorum, matrimoniis intendatur. Nec assit qui uiolento tumultu adolescentulas profanet, pro adulteriis, pro raptu, pro incestu & pro sacrilegio, pudici coniugum celebrentur thori, & ad nenyas assuescere matres inuitentur pro furtis, rapinis & uiolenta preda ad laborem manuum sese conuertant. Magis gaudeant iuste possidere pauca, quam extortis affluere diuitiis. Terram, quam sanguine fratrum suorum asperserunt, semente impleant. Frugibus delectentur qui opulentos agros in uastam solitudinem deduxerunt. Purgent uineta arbustis &, quas induxerant, curent educere labruscas. Ciuitates, uillas & castra, obrutas resarcire studeant, eas legibus & optimo more componant. Quasque priorum odiorum reliquias locum habere minime patiantur. De caritate & amicitia confoueant, qui tamdiu, euaginato gladio, se confodierant. Amplexibus se constringant & mutuis se foueant obtutibus, qui pridem, sinistris oculis & brachiis extentis, in alterutrum impingebant; per uiscera Domini nostri Ihesu Christi primarum innimiciciarum non meminerint; sed ad oscula pacis se recipiant. Indulgeant omnia commissa, qui suarum, omni hora, postulant ueniam culparum. Gaudeant suam rempublicam restaurare, qui ab ea tan-

Recensentur denuo belli istius calamitates &, ut illis tandem finis inponatur pax belligerantibus commendatur partibus.

Amnestia suadetur

tandiu deffecerunt. Monarchiam suan leuare curent, a qua pridem, maiores sui corruerant. Super eos emineant liliorun insignia, qui tandiu ab hiis exortes fuerun Obduratos animos & contumaces non re spuant emolliri: corda, saxo duriora, maio rum precibus, uti lanam, deliniant & se ad mores pacis, procliuos reddant. Pro guerris extirpandis mores inquirant, au inquirentibus obedientes prestent aures Clara mente & clariori uerbo, que ad pa cem fuerint, afferant in medium. Nichi apud eos excogitatum aut loquutum, in quo non splenduerit pacis desiderata facies Suas operas & actiones iuges tante re agende libere applicent. Neque apud eos quidquam admittatur, quod adueniend paci censeatur contraire. Non subinflen grate fortune; non obdurent uictorie; nor subleuent pugnancium cohortes neque ob duratos conficiant diffusi excercitus. Non circumcingat fortium animum dampnatu ambitus nec plurimorum uirga sceptrorum Non stringat arbitrium dominandi libido Sed nec auaritia, que est ydolorum serui tus, a tramite pacis abducat. Hinc tante rei intendere submoueant conscientia pura compositus animus & timor Dei dampno sum existimantes, pro terrenis, perdere cele stia; pro caducis perpetua; pro transitorii eterna & pro leuioribus dignissima. Magi utique magis comites assint pius ad Deun affectus; ad sacra reuerentia; professe reli gionis fauor; amor ad proximum; com passio ad emulum Zelus; ad natale solum

Rogantur ut, cuncta simulatione omissa, ex bono & aequo pacis conditiones proponant.

a

d patriam pietas; ad conuicaneos curiali-
as & ad domesticos ciuilis conuersatio &
ro hiis perpetua annotatio; ad glorie ce-
estis conciues fierique de ciuibus terrenis
omestici ciuitatis eterne.

CAP. XXVII.

De *practica pacis* generalis.

Vix qui a pulpitis exclamabant, oratio-
ni finem dederant & ecce qui pro-
uoluti auditores astabant, nescio
uo uiue uocis contracti spiritu, super facies
uas repente procidunt uelutque mortui
rosternati, pauimentis adherent; ad alter-
trum oculos conuertunt. Labia tantum
ouentes nullisque colloquiis sollicitant,
t iam letargia passos, aut raptos extasi,
omputares, donec paululum uitali, qui
buerat, resumpto spiritu, iteratis suspiriis
alternatis singultibus, dolorem magis in-
icant quam uocibus. Ita ut sub quodam
emulo & confractu uerborum eiulantes,
iee sermonis, mugitum immitterent ta-
nen, quibus poterant uerbis, celum & acto-
em eius, super eos, qui tandiu suos prin-
ipes, hiis excitiosis guerraram actibus,
nplicitos tenuerunt, inuocantes eisque,
ti pacis aduersariis, mala queque impre-
antes; piissimis exhortantes desideriis, ab
iis perpessis cladibus aliquando liberari:
pacis dulcissimis enutriri fructibus, qui
ere triginta annis, sub continuo armorum
agore, contabuerant. Neque minus
rancorum generosi principes, in secretio-
D 2 ribus

De effectu praedictae exhortationis.

Franci pacis negocium iterum resumunt.

ribus cordis compuncti, animos dudu[m] ueluti saxa obduratos, emollitos profite[ban]bantur; paratosque, omnes condition[es] optime pacis, prout futurus comproba[uit] euentus, suscepturos neque apud eos furip[...] quo sanctissime paci prosequende obsistere[.] Vt causam impartitam deducant a presid[i]bus; partibus comparituris statuitur die[s]. Inde rumpuntur coffri, de archiuis abdi[ta] pendunt; Ciste franguntur, de armari[is] trahuntur tituli. A thesauris prodeun[t] consignate carte. Inuesticantur codices, [&] ueterate membrane de fossa resurgunt. Ad[d]iciunt thomos, contortos rotulos ante ponunt. Si pragmatica desunt, cyrograph[a] admittuntur. Visuntur delate littere; a[n] subscripte? an communite sigillis? si corrupt[e,] si perintegre, iam conficiuntur articul[i,] applicantur memorie nec breuia desun[t.] Quid pretendant partes, per capitula no[tae] fiunt, & ad singula notas ingerunt. Cu[n]cta leguntur suspenduntur animi longa tr[a]huntur consilia, & communi indito quo[d] se in debito ponant ad partes instatur.

CAP. XXVIII.

De iustis OBLATION[...] *Francorum.*

Francorum prae-

A Stricti contendentes, ad ob[...] descendunt, &, quia longe[...] ab intentis, aptiores adhib[...] amplior Christi agnorum fundatur [...] utque pacem darent regno, qui pr[...] corum rege aderant ad clarissima pa[...]

dia ſeſe ponunt; quod ſi Anglie rex titulo & armis, in Francorum regno, pretenſis abnunciet; ſi homagium, feodum & reſſortum de corona Francie agnouerit, ducatum Normanie & que, ante has guerras, in ducatu Aquitanie & Picardie poſſederat cum ſuis pertinenciis perpetuo tenendum relinquebant. Sed nec ſic Anglicis ſatisfuit ſuum regem neminem, preter Deum, ſuperiorem cogniturum proteſtantes. Sollicitatique Franci prioribus oblatis addiciunt ſuis, quas promiſerant, conditionibus inherentes de filia Francorum regis matrimonium conſummandum, quod homagium per alterum filiorum Anglie regis preſtaretur. Et quia ſepius Angli iuuentutem ſui regis obiecerant, poſtquam ad maturam etatem deueniſſet, de homagio, ſi preſtaret deliberare ualeret. Ita tamen quod quaſque terras a predictis per Anglos detentas Francis reſtituerent.

ten[illegible]ones & oblat[illegible]ones intuitu Anglorum

CAP. XXIX.

De reſſutacione ANGLORVM.

Sed nec ſic proch dolor! contenti, omnem ſpem pacis abſcidunt. Nichilque nouus aduentus cardinalis Anglie conſo- [illegible] lit, magis pac[illegible]nter ſe agunt, [illegible] tio & armis Francorum, pro [illegible]ciatos ſed nec eundem [illegible]a parte regni Francorum, [illegible]ac [illegible]ibutarium, re infecta ab [illegible]ur, nulla pacis tractande ue- [illegible]es. Ampliusque a legatis [illegible] parti aduerſariorum menſium con-

Anglorum refutatio prætenſionum & oblationum Francicarum.

concedunt ſpacium, quibus deliberare ua-
leret Anglie rex, ſi oblationes preſcriptas
acceptandas duceret. Pro hiis exequendis
de parte legatorum; cum ſuis transſcriptis
litteris, nuncii ad Angliam demittuntur.
Sed nec ſic ſollicitatus Anglie rex, ad me-
liora conſilia ſe conuertit. Nichil acceptat;
cuncta reſpuit &, requiſitis nunquam inten-
turum, palam ſe firmat. Sic heu! deſide-
rata generalis regnorum pax in uentum de-
fluit, neque fructus, tamdiu expectatus,
aduenit. Inde planctus; inde gemitus: di-
uiſionis & pacis inimicus ſua per auras de-
plicat uexilla. Iam non de agris colendis,
uinetis fodiendis aut dulci Francorum ciui-
litate ſermones aguntur: proſternantur ani-
mi; deſperant incole; nil aliud, niſi totale
regni excidium, preſtolantes. Qui paucu-
lum ſopuerat, truculentior furit gladius;
quasque guerrarum clades, qui ad tempus
continuerant, absque modo, absque freno
reſumunt. Duriores pugnas, exſecrabiles
uindictas, intollerabiles populorum uaſta-
tiones, qui partibus preſident, comminan-
tur. Letantur inimici fidei &, pro incom-
poſita pace, leti tripudiant. Nichil magis
eis ceſſurum ad dampnum quam tam poten-
tum regnorum perpetuas intueri amicitias
quod neque, hiis diffidentibus, cetera de
chriſtianiſſimo usquam bella mouerent.
Super omnes condolent transmiſſi legati
qui ſuſceptum opus inficiendum, cernerent
laboresque penas & dampna, quos aſſum-
pſerant, ſpectate pacis fructum non detu-
liſſent; ſed magis uerituri ad ſuos reuerti
uacui

Exſpirat ſpes pacis generalis.

uacui. Nec minus ingemuit princeps illustris Burgundorum dux, qui huic generali paci, a pluribus annis, ſe deuouerat, damna & expenſas grandes detulerat.

CAP. XXX.

Exortationes pro pace particulari.

Aſſunt qui pro hac pace, ex pulpito, tamdiu orauerant &, intentiſſimo uultu, proſternatos legatos adoriuntur. Quid conturbamini, optimi patres, & aſcendunt cogitationes in cordibus ueſtris? An ne plures in Iſrael inerant leproſi, ſed ſolus Naamam curari meruit: Multe uidue orbate filiis & nulla, niſi in Sarepta Sydoniorum, pro genito, reſurrectionis beneficium obtinuit. Sed numquid, centum quibus, in deſerto relictis, ad centeſimam perituram occurritur? Si generalem pacem queſiiſtis, ſi pro hac longo decurſu inſudaſtis ſi obduratos Francos, ueſtro ductu, ad propicia media reduxiſtis; ut, oblacta per eos, acceptanda cenſueritis; ſi Burgundorum ducem, ut hanc ſequeretur pacem, omni momento procliuum inueneritis? Anne ad eas, qui uos miſerunt, redibitis manes & uacui forſitan, de neglectu aut ſiniſtro effectu, obloquia perpeſſuri? Itaque, patres conſcripti, ſi non potuiſtis componere regna, ſatagite componere regnum; ſi non profueritis in populorum pace, Francorum, populum ad pacem reducite. Si potentiſſimas Francorum & Anglie domos,

Exhortatio pro pace particulari promouenda.

 ad

ad unius moris glutinum, trahere minime ualueritis, sit uobis magni precii, gloriosissimam Francorum domum resarcire. An ignoratis, quod ab intestino & ciuili bello gentis Francorum, desolatio serpsit quodque membris, in alterutrum dissseptantibus, tandiu corpus publicum elanguit; donec, qui aduena putabatur, in eo fixit pedem. Et si huius collapse domus disruptos parietes, ad suum angularem lapidem, copulaueritis, sceptrumque Francorum, semi fractum, coerexeritis; nichil apud orbicolas, nichil in celestibus, a uobis maius actum computabitur. Salus regni, populorum pax dolorum inimicus atque optata quies, a uesttis manibus, pendent sangisque effundendus innoxius, a uobis requiretur. Iam uobis coram tenetis partes contendentes, uestro suasu, pene demollitas. Contumacesque animos, uestro ortatu, delinitos. Quod si ad generalis pacis aptissimos modos, opera uestra, hos duxistis, frustratos ab ea, ad particularem facilius pertrahetis. Quod si Anglis fieri concordes desierint; intra se pacem tenere, pro gloria computabunt. Anne, patres, usque adhuc obrigent uestre intente aures ad piissimos Gallorum planctus? An continere poteritis super eorum repetito rugitu, ubi palam restant innouandi dolores &, qui aliquando continuerat, funestus euaginatus gladius. Non more minimo, patres, spem pacis resumite, priuate intendere curetis a generali propulsi; conuocare partes; ad eam prosequendam, paterno affectu, intendere

cum Francorum rege CAROLO.

dere moneatis. Si resilierit quis auctoritate uestra, compescatur. Pro munere pro lucro pro solatio uobis assuerit quod, priuata Francorum pace composita, Anglici quia sedi apostolice consilio & uobis non detulerunt, pro futuro ingemiscent.

CAP. XXXI.

De optimo affectu regis ad pa- [redacted]rgundie.

ET ecce quasi qui graui sompno aut morte suscitantur, exhilarati Francos ad se inuitant. Dominum Carolum, Francorum regem, paci, cum Burgundorum duce, intenturum sciscitantur &, si quos excogitare modos. Qui omnes uno ore pandunt, nichil sub celo regem amplius optaturum; semper huic se deuouit, cogitatum omnem ad id conuertit, ad gloriam optimam habiturum, si domus sue partes, in unum reductas conspiceret, & quos unius moris natura & parentum propago coniecerat, animorum solidus affectus stabiliret. Apud eos de diffidiis regni paucum imputandum, quos petulenta iuuentus excusabat. Pro eo namque facile coniungi, qui neque ueteratis odiis dissecabantur; ad omnes, quas optauissent legati, conditiones obtemperaturum: neque de generali pace nunquam existimaturum si eum quem natura cognatum & affinitate fratrem, Burgundorum ducem, detineret amicum.

PHILIPPVS *bonus* tentat pacem cum rege Francorum Carolo.

CAP. XXXII.

De requiſitione ducis per dominos LEGATOS.

Legati pontificis inſtigant PHILIPPVM *bonum* ad pacem particularem cum *Francis.*

STatim ducem aduocant. Romani pontificis ac concilii generalis auctoritate hortantur & ammonent; quod pro dei honore & populi Francorum ſalute, quantum in eo ſtaret, pacem regno & ingraueſcentibus guerris finem donaret. Sub honore & conſcienciis ſuis nichil deo gracius, aut commendacione maius in ſeculis facturum. Si ſua humanitate ad piiſſima uota & profunda gentis Francorum ſuſpiria, aures prebuiſſet exorabiles. Neque a peccato abſoluturum mortali, ſi requiſitus eccleſie mandatis non paruiſſet. Quin etiam pacta federa ſeu ligas cum Anglis &, ſi iuramento aut aliis modis, ſtringerentur, minime obſeruandas. Et quia Franci, plus debito, egerant, & condigne oblata, reſpuerant Angli introieratque medius dux, compactata queque cum Anglicis, ex tunc irrita decernebant. Ipſum ducem a quibuſque iuribus & promiſſis, in ſpiritu ſancto, releuantes, rurſus, eodem in ſpiritu, inſtantius monentes & auctoritate, qua prius ex iniuncto, mandantes, ut ad media pacis oportuna, cum rege, ſe redderet proclitum. Inde conſilia agit genitor ueſter, quos ſanguine & dominio fidos conſpexerat, pro conuentu, ſollicitat. Super poſtulatis eorum diligenter inquirit ut ſibi ſalubriter conſulant, orat & precatur. Vna uoce, animo uno palam referunt, quod do-

minis

minis legatis, tamquam domino nostro Ihesu Christo parere debeat. Iam adest consignata dies; insident presides pro tribunali deo grata ducis responsa suscepturi.

CAP. XXXIII.

De responso ducis pro pace particularis.

Duenit obediencie filius Burgundorum dux. Ex organo sui cancellarii, quid concluserit, notum facit ...bus, deuotione intenta, de impenso pro pace generali, sanctissimo domino nostro pape Eugenio, concilio generali, prudentibus legatis grates agit immenses. Anxio & tristi corde gerebat Anglos, ad eam, quam semper aspirauerant, generalem pacem intendere desiisse. Quod si adhuc pre manibus pro hac media conuenientia tenerent, eciam corpus & bona impensurum & quia ultra se facturos nescire testabantur, ad priuatam pacem cum aduersario suo, sub magnis penis, mire eum sollicitabant: absque scrupulo conscientie & honoris, eandem amplecti &, nisi cum discrimine salutis sue, ab ea resilire nusquam debere, tamquam ecclesie filius & suorum maiorum uolens parere mandatis, pro honore dei, & plebis Francorum salute; ad quasque congruas pacis condiciones, cum rege Karolo, intenturum. Eo tamen quod de superius irritatis & declaratis suas litteras, eorum sigillis munitas, expedirent, deo largissimas grates referunt. Commendant

PHILIPPI *boni* studia ad pacis huius negotium.

dant ducis responsa &, quod in eo perse ueret proposito, intente suggerunt. Ma nus applicant exquirendis conditionibu pacis. Tante rei accuratius inuigilant. Di screti exarantur articuli & transscripta anno tantur capitula.

CAP. XXXIV.

De practica & poenis contra infractores.

Tandem negotium *pacis* particularis feliciter *finitur*, cui adiiciuntur contra turbatores poenae; solemnia circa pacis huius confirmationem.

DEo actore pacis, pauco fluxo te re, concordie concepta media pr deunt in palam. Ea partes disiu acceptant &, legatorum censura, con firmantur. Sub sue religionis sacris, prin cipes queque passata rata detinent. Con tra fractores horrende adiciuntur pene & auctoritate ecclesie, perpetuo anathemate plectuntur. Itur ad ecclesias & ex omni parte, populus confluit. Aguntur solemni & de ambone compactata leguntur; uoti celum propulsant & pro agitatorum fide testem inuocant deum; techas sanctorum euangelii codices ad manus contingunt, se se astringunt uotis & iuriis, cun colli gant. Ceteri sursum dextras protendunt & coagitatis palmarum articulis; queque pact profitentur grata censeri. Laudibus insisti tur & clariori uoce, qui cancellis insident Te deum laudamus concinunt. Organo rum melodiis resonant chori; tubarun clangore contremescit ciuitas & musicorum exquisito genere, errantia sydera sistunt Accenduntur faci & per aera pyramidale flam

flamme uentilant; aguntur tripudia & pro applaudencium iubilis, saltitant orbes. Gens Gallorum exhylarata, respirat. Et quiqui Franci pro hac pace leticia fruuntur, tamquam auctores pacis commendantur legati, & a cunctis magnis persequuntur triumphis. Diuina exoratur maiestas, ut nouellam plantatam pacem in frugem erigat, diesque u tustos continuata percurrat. Senescat in folio regni, qua absente dirutum elanguit. Vota essequuti legati, cum gaudio, remeant de actis: eos, qui miserant, instruunt. Ab hiis agitata probantur & proprio motu singula acta firmant. Conscribuntur bulle & partibus, si petierint, benigne largiuntur.

CAP. XXXV.

De *fructu* huius *pacis* pro rege *Francorum.*

hinc ciuitates, opida cum burgis, uille cum presidiis, castra cum municipiis, districtus, portus & queque stationes cum infinito populo Bur- orum, Niuernorum, Kadrelesiorum, Ma- rum, Toruerriorum, Heuertiorum, iorum, Campaniorum, Tornesiorum, orum, Arthesiorum, Morinorum, anorum, Atrebatinorum, Nouionio- Pariseorum, decusso Anglorum iu- absque guerrarum motu, ad ducis cem nutum & obedientiam regis se unt. Neque defuerunt superiores ndi, Montisbellicardini, Apxonii, atini, Limburgii, Anerpienses, Hanouii, — Commoda huius pacis.

nouii, Namurcenses, Hollandrini, Zellandrini, Frisii, Dordracini, Meglinienses, Luxemburgii & Chunsii, ex composita pace, cum suo principe duce regis & corone Francorum perpetuos efferentes amicos. Rursus princeps illustris de uobis per contracta cum domina Katherina Francie sponsalia noua suboriuntur federa, & rex qui auunculus fuerat, fit & alter pater & simul filius regis & ducis. Sed aduersa sorte quam accepturus fuerat in coniugem planxit deffunctam.

CAP. XXXVI.
De *exercitu* ducis contra *Calesios.*

Narratio belli contra *Calesios.*

COmitatum de Guines & Calesias supra Anglos uentilaturus, de Picardis magnum conficit excercitum genitor uester. Spondent Flandrensium phalange se & Angliam conquisituros. Prosternantur castra, deciduntur opida, pro arce de Guines sistitur, petrariis concutitur, & dedenda ad paucos dies prestolatur. Cum Flandreorum diffusis cohortibus ad Calesiam progreditur princeps; per mare m[illegible] congeritur nauigium. Plurime in campi circuitu stipantur stationes & sub umbraculis plebiorum resident tunc. Incursus & preludia ad portas omni die aguntur, sese infra suum presidium continent Angli. De transmarinis auxilia intromittunt. T[illegible] aduenit per mare a principe conducta [illegible] sis dumque exacta consilia, de plantan[illegible]

ob-

obſidione, ageret princeps & omni hora de arce de Guines triumphare conſideret, Flandreorum ruſtica manus res nouas mollitur, mendacia fingit & uelut porcorum grex, intra ſe commota gruit. Non confoſſa, lanceis non compreſſa ſagittarum ictibus, non expugnata gladiis, neque ſuis uiſis hoſtibus ſolo nomine territa principem in campo ſunt. Deturbata prolabitur fuga, absque mora, absque ſerie expoliatis armis, proiectis ſarcinis, ad ſua ſeſe recipit. Magna tamen humanitate ad ſuos utitur princeps, diſtrictus obſeruari mandat; pontes militibus tuendos relinquit. Ipſe cum ualido nobilium excercitu turbatos poſtergat. Vt ſi aduenirent Angli quamdiu ſubſtineret impetus, ſe absque dampno Flandriorum gens ad tuta conferret. Incolumis reducitur excercitus; diutius, per Flandriam, uagatur hec infatuata gens & uix, de conſilio prudentum, in ſuum opidum concluſa pauſat. Adueniunt mandati Burgundi ad quingentas lanceas; confinia Caleſiorum preocupant; per municipia partiuntur & omni hora ad portas hoſtium nouos aſſultus donant. Aduerſarios ea lege arcent, ut nec extra muros uix pedem mouerent.

Flandros terror panicus inuadit, ut deſerto eorum duce, domum eant ab obſidione.

CAP. XXXVII.

De conqueſtu ducatus de LVXEMBVRG.

Eque obmittendum quod anno domini Milleſimo CCCC.XLII. menſe Auguſto cum paruo, ſed forti, excercitu

An. 1442. PHILIPPVS bonus.

Luxemburgum hostiliter inuadit.

cercitu se princeps mouet; per Wolfego transitum facit. Luxemburgiam applicat eam hostiliter inuadit: &, peruasa prouincia, stationes per singula opida sigillat. Irruptiones agit, plebegos angariat; annonam dissipat; in predam cuncta ducit fame, inedia, carcere & uictus penuria, suos, constringit hostes. Et quia a Saxonum ducibus famosis comes de *Clif* constitutus patricius cum plurimo hoste a Theodonis uilla Luxemburgum defensurus, intro per posticos se concluserat quo genere pugne in Luxemburgum & eum comitem, se excercere genitor uester, accurate pertractat. Si pro municipiis milites ad presidia locaret, qui cursibus inedia & fame opidanos constringerent constrictosque, ad deditionem, sollicitarent. Et cum gesta obsidione fortuallaret opidum, & petrariarum iactu assiduque grandi inuestaret incolas, a maioribus non facile expugnandi coniectatur pro eo quod in montanis positum alto & conspissato muro cingeretur & turribus in celum protensis emineret quod, si defierant cementati muri, suppleuerat loci natura. Ruppes subnexe; in longum ducte alpes, prominentes scopuli; iugorum crepidines, sue pynulis äera supperabant. Promontorium que per circum adeo magnis principiis muniebatur ut solis pennatis uolantibus patent accessus. Nam turgida saxorum prerupta, inflatis uteris, forinsecus prominebant, que nedum conscendere, etiam respere, uetabant. Et si ex menr orum cinctura se horridum ostentaret municipium no

quam a *Saxonum ducibus* comes de *Clif* defendendam in se susceperat,

Illius loci situs, describitur quem natura & ars muniuerant.

non minus ex admirabili situ. Minime enim per plana uilla componitur, magis in colle & decliuo & per latera montium; ut neque leteritio aut tegulis operiatur, sed ab antrorum hyatu, suffosis grandibus tabulatis, incomposito stemate, cooperiuntur edes. Proinde uici se ipsos substernant, ut magis super tecta quam per stratam progredi te putares atque in supercilio montis, pro arce castrum, in altum porrigitur & lunarem temptat contingere orbem. A quadratis lapidibus, muro congesto, cingebatur; inflate turres, singulos angulos, constringebant. Et quia fundamenta iecerat saxorum natura, nec cemento opus fuit profundiori fossa, ordinatis propugnaculis, armamento multo, annona collecta; deambulatoriis circinatis, se inexpugnabile autumabat & neque militancium assultu aut petrariarum ictibus tunderetur. Nam si orbiculos, quos bombardarum petras appellant, conieceris a concussis rupibus; nisi reflexos sonos, quos echones dicunt, pro risu reportabis. Si columbrinarum sibilos temptaueris a concauis saxorum antris, ex sufflatis spiritibus illuduntur. Si focos immittere curaueris, a concluso infrigidato aere extinguuntur. Neque cratibus cuniculis aut uineis certandum, ubi silicis innata duricies nec ferro cederet sileretque cornutus aries concutere murum, quem nec, deuibrati lacerti, hasta prolonga contingere possent. Pro sua dignitate regia, opere magnifico, hoc imperterritum castrum, diue memorie Henricus Luxemburgorum dux, inde

ut *nulla ui aperta* expugnari potuerit.

HENRICVS, Luxenburgorum

dux inde Romanorum *Imperator* A. 1310. uitam & coronam ibi moriens deposuit.

inde Romanorum imperator, qui anno domini Millesimo CCC. decimo Italia conquisita uitam in ea & coronam moriens deposuit.

CAP. XXXVIII.

De captura Luxemburgi.

Luxemburgum expugnatum a PHILIPPO *bono*.

ET ecce sub noctis medio silentio, quo compositas excubias muros gyrantes transitos iri, nostri nouerunt, ad eam que fortior inerat, partem, ductiles scalas, per membranas conscissas subleuant &, subleuatas, ad muros applicant. Conscendunt nostri propugnaculis inherent & dextris immissis, se in tuto ponunt. Supra pynacula murorum diu insident; scalas a foris introponunt, quibus longior descensus quam ascensus futurus erat. Nunc protensis cordis, aliquando disiunctis scalis, plerique saltibus, per saxa & petrosa loca intro descendunt. Sic subtili arte alias non recepturum surripitur opidum. Colligunt se nostri in posticos, irruunt & cum magno ferri pondere, cassatos excercitium quod forinsecus peruigil incombebat clam intromittunt. Tunc a promontoriis nostrorum uictorum personuerunt tube & per concaua montium adeo impingebat tubicinum emissus spiritus ut magis tonitrua quam ductilium tubarum clangores existimares. Hoc subito exterriti hostes mugitu congloborati fores preoccupant. Illo nostri uictores, faciculis accensis, ordinatis cuneis, pugnaturi se conferunt. Ad uer-

uersarios horribili pugna aggrediuntur, congressas perturbant & in fugam committunt; portas, quas detinebant, referant. Ciues & cohortes aufugiunt. Comes de Clif se colligit in arcem. Paulo post incidere in nostrorum manus ueritus presidium relinquit; ad Theodonis uillam, a qua deuenerat, se recipit. In capturam ueniunt opidani; ere se redimunt. Cuncta in predam & queque preciosa suppellex iure uictorum in sortem uenit pugnatorum. Opidum intrat cum triumpho genitor uester; qui residui fuerant municipii, arcem principi reddunt. Cuncta componuntur & de eo, quo se opido receperat comes, iteratis armis abire compellitur. Itaque uix duobus exactis mensibus Luxemburgam cum comitatu de chignii suo fisco copulat princeps. Denarios auri quos florenos appellant ad dorsum sancti Andree figurat &, suis armis, insignitos prouincie praefigit. Tyrannidem ac potentiorum assuetas interdicit predas. De prudentibus senatum instruit, qui subiectis promptas dicuntur de querelis reddere iusticias. Presidia & municiones per loca decernit & se tandem gloriosus uictor ad sua recipit.

Comes de Clif in arcem & post ad Theodonis uillam, se recipit.

sed & hinc abire cogitur.

Luxemburgum, cum comitatu de Chignii, PHILIPPI *boni* fisco copulatur.

CAP. XXXIX.

De bello ducis Cliuorum contra Saxones.

PAuco decurso tempore cum Coloniensium Maguntinorum & Treuerorum archiepiscopus Saxonum duces ligam agunt.

Saxonum duces cum Coloniensium, Moguntinorum & Treuirorum archiepiscopis foe-

agunt. Luxemburgum supra genitore[m] uestrum uentilaturos comminantur pro hi[i]s ad confinia Cleuorum congerunt exerc[i]tum. Sed per nepotem principis heredei[m] de Cleues, nobilium forti composita aci[e] expugnantur hostes deuincuntur & tur[pi] fuga dilapsos uix uita saluos suos Saxones a[d] sedes proprias deducunt eoque conflic[tu] quod suo horrore inruerat orbem consop[i]tur bellum.

dus pangunt, *Luxemburgum* uindicaturi; sed per nepotem principis heredem de *Cleues* uicti sedes proprias repetunt.

CAP. XL.

De cohortibus quas Estorcheras appellant.

IAmque pertransitis campestribus Gue[r]ris hiis pene temporibus, intra Franco[s] ad ciuilia reditur bella. Etenim Fra[n]corum diffuse phalange absque more, si[ne] lege, hostibus deteriores impugne per r[e]gnum uagantur. Omnia in predam ducu[nt] ignes immittunt &, que residua a bellis ca[m]pestribus, permanserant sua malicia in u[a]stitatem hostilem reducere contendu[nt]. Sub clipeo amiciciarum Burgundiam incu[r]sitant; sed ad Hiberniam Burgundionu[m] consident legiones; ab hiis preocupati h[o]stes, tamquam reipublice & pacis comp[o]site infractores, rupti, interfecti, arm[is] exuti, penas debitas luunt. Demum pi[is]simus Francorum rex, ne suum, quod n[u]per continuerat, regnum ab hiis cohortib[us] furientibus rueret, ad optima tractus co[n]silia has phalangas quasque abicit de ualid[o] lancearum amplissimum supputat exerc[i]tu[m]

Finitis campestribus bellis ciuilia rursus suboriuntur intra Francos, quorum copiae hostiliter regnum peragrant. Burgundiam inuadunt, sed ad Hiberniam ceu pacis infractores debitas luunt pœnas. Rex Francorum has cohortes in ordinem &

tum. Leuis armature sotios electos lanceis adiungit; nemo, suo arbitrio, arma corripit &, nisi ad militandum uocatus, ceteris se inmiscet. Sed nec tyrones scutarii aut circumtenentes si, non ascripti, stipendium de sumptu publico recipiunt, probiores preficit capitaneos; de stipendio militibus prouidet & donatiua militantibus confert; pro annona leges statuit, hominum capturas, exactas financias, predarum sarcinas, furta, rapinas & sacrilegia auferri iubet. Castrorum assultus, ignes incensos, reibladarie uastationes, tectorum & domorum conscissuras, inficit & prohibet. Continent Francorum legiones in uaginas gladios, nisi in regni hostes publicos, usquam euaginaturos. Itaque inter copias regis, adeo militarium, seruatur disciplina, ut neque maioribus deferatur, qui a compactatis defecerit, nunc morte, nunc stipe, aliquando militari priuatus statu penas inditas plorat. Iam absque timore absque dampno pugnatorum castra transitur; aurum & queque pretiosa ad capita feruntur; applaudunt populis militantes, quorum solus aspectus horrorem incusserat: ut, si armigerorum castris occurrisses, magis contionantium senatum, quam pugnantium scarras, reputares.

disciplinam militarem redigit.

Debita illis stipendia subministrat quidem sed neminem ciuium, iniuria, ab eis affici patitur.

Mira inde, inter utriusque generis homines concordia oritur.

CAP. XLI.

De nauibus & galeis missis in orientem per ducem ad auxilium Imperatoris Constantinopolitani.

Compositis campestribus pariter ac ciuilibus bellis PHILIPPVS bonus a Papa Eugenio V. & imperatore Orientis instigatur contra fidei hostes in oriente.

QVia pridem, campestribus & ciuili bus bellis, se implicuerat genito uester maioremque sui eui parten in hiis consumpserat, ut queque erra tam sancto compensaret opere: A domin papa Eugenio quinto, imperatore Co stantinopoleos & Hungarorum maiorib sollicitatus, pro religione christiana & su sacris, contra fidei capitales hostes, apu orientem, se deuouit acturum. Nam i ciuitate Cabiloniorum Paleologi imperato ris Romeorum, qui & Constantinopol aut noue Rome dicebatur, letus suscip nuncios: quod in periculo sisteret Con stantinopolis ciuitas eamque obsidione ua landam, se iactaret Turcus, amarissim corde concipit. Sue admodum afficitu religioni suaque sacra prophanari condole Imperatoris maiestati compatitur &, quo Constantinopolis in oriente relictum pre sidium, in deditione Turcorum decurrat ingemiscit. Pro hiis cum imperialibus le gatis capitula firmat & de uiis quibus occur rendum diligenter inquirit. Ad eos, q miserant, consolati redeunt & tempore su pollicita executioni mandat. Galearun fustes a Venetis obtinet: armat milite mul to: annonam colligit: armamenta quequ supplet: &, de stipendio ad plures anno suos tutos facit. Dominum de Vanurun militem huic sue preficit classi. A Vene tiis per sinum adriaticum, quod Veneticun mare appellant, cum ceteris pape galeis sese Constantinopolim dirigunt: nostr Imperiali maiestati de mandato princip ob

Foedus init cum imperatore,

ipsique subsidia belli mittit,

classem, cui præficit de *Vanurum* instruit,

obsequuturos spondent districtum maris, quod brachium sancti Georgii dicunt, contra Turcos tuendum preocupant, ne sanctos Dei excercitus quem magnum in Grecia Hungari conduxerant, dispendium ferret; quod nec ad suum tutamen, de minori Asya, quam maiorem Turquiam nuncupant, auxilia conducta, in Greciam turcus transduceret; cum ceteris pape imperatoris & Venetorum adducttis ratibus ad presidium maritime se cum grandi animo collocant. Ceterum ex comparatis nauibus grossis & galeis, in Marcillia, Gallorum portu, hiis diebus alteram classem composuit princeps. Cui dominum Godefiridum de Thoysi tutore demandat. Dilapsus a portu, mare Egeum desulcat per Siculorum insulas transfretans, ad Rodiorum fines contingit.

quam cum Papae, imperatoris & Venetorum nauibus coniungit.

alteram adhuc classem componit, quam de Thoysi demandat.

quibus ad Rodiorum fines contingit.

CAP. XLII.

De obsidione Roddi per Soldanum Babilonie.

Sinistra referuntur noua: quod Roddum Mauri se expugnaturos iactitarent in sursum malos subleuant nostri; alle- [illegible] accelerant cursus. Pauco tempore, maris prolonga spacia, decurrunt. Ad optatam prospexere applicant insulam. Intra portum, stipiti alligatas rates detinent & anchoris iactis, classem in tuto ponunt. Intrant in urbem; Magistro & fratribus salutes condonant, sed conuistatos Roddios & attonitos uultu conspiciunt.

Roddum mauri se expugnaturus iactitant.

Accelerat cursum desiderata diu classis christianorum, applicat ad insulam,

Roddios

Conspicit attonitos; doloris causam exquirit, experitur illos consolatus,

ciunt. Sciscitantur causam doloris. Referunt, quod pridem Babiloniorum forti congesta classis, ad castrum rubeum de suo fisco aduenerat, ui ceperat & captum prostrauerat. De sua Roddiorum ciuitate idem facturos se iactitarent hostes. A nostris consolatorii ingeruntur sermones. De parte principis salutes exhibent &, quod ad sui

auxilium iisdem offert.

auxilium, deuotus transmiserit. Castri rubei uiolentum casum in hostes uentilare spondent & cum magno conamine, in ceruices suas, dirigere uindictam. Hiisque placitis uix finem dederant, cum ex spe-

Descriptio expeditionis bellicæ circa obsidionem Roddi.

cula lugubre cornu personat, quod instarent hostiles collecte naues, uerbo confirmant. Itur ad portas; antemuralia nostri preocupant. Girantur muri & speculatores maioribus insident turribus quodue ab aduersariis preocupetur portus, collecteque nostrorum naues pereant, subindacto constringitur uallo Banili ignei ad petrarias dirigendas per exedras sigillantur; ad arma corrunt nostri & aptiores defensionis modos consiliis perquirunt. De Burgundis per precursorias naues, quas canellas appellant, electi milites clam a portu exeunt, hostium apparatum ad oculum conspiciunt. Quoti numero quantu apparatu & ostentatione multa se contineant fideliter referunt. Ad portum sancti Nycholai, que hostibus patebat. Petrus de Moroges, cum uexillo Burgundorum ducis, sedem detinet. Adueniunt diu expectati hostes &, per maris littora, ad stipites plantatos, suas naues colligant. Insident maritime, ut terram con-

contingant, a suo locata pupe pontes dirigunt longiores, ad sanctum Nycholaum eleuatum constituunt uallum; pixides grossas, quas bombardas nominant, arte compaginant, stipiti grosso alligant, ad immittendos ignes uncos comportant ferreos. Absque interuallo, sine interpaulacione, multiplicato iactu, Roddios conspissatos muros quatiunt. Quadraticios turrium angulos diminunt, uixque pauca retenta propugnacula, de meniorum stemate, resident, ut iam non constructos muros magis publicas stratas putares. Tanto nostri conturbati periculo, quia desierant secti lapides, nec occurrerat congestum cementum saccis bombice plenis uicem meniorum supplent & petrariarum iactus deludant. Intra suos paucus noster paratus se continet excercitus. De hostibus se deffensare studet; suos rabidos impetus paciencia substinet; suis insidiis caute illudit &, prouidencia multa, nocitura deuitat. Defatigati nostri conuentus agunt, perscrutantur quid in posterum agendum. Cernunt meniorum maiorem partem dirutam, ad portas agi preludia, accinctos hostes ad muros fodiendos & militari tumultu congesta obsidione conclusos. Astant qui fortuitu aduenerant cathalani, pugnare cum hoste aut in eos irruptiones agere, magistro hospitalis dissuadent: quia & ipse impar erat uiribus neque sine copie, tante rei, sufficerent & ex asperati Mauri totum Roddiorum insulam, a nostris prouocati, incendiis & stragibus perderent.

Turci Roddiorum muros oppugnant.

Burgundi suae tantum defensionis curam gerunt.

Cathalani *magistro hospitalis* magnopere suadent, ne irruptionem in hostem faciat.

CAP. XLIII.

De oratione domini Ioffroy de Thoysy, primicerii ad magistrum hospitalis Roddi.

Burgundi a Francis orti.

ADuerso qui aduenerant de Burgundorum gente per strenuum militem, Godefridum de Thoysi, suum ductorem longiori oratione causam decurrunt & a Francis traxerant originem. Lingua, mores, belli apparatus & lilia signis compicta fidem firmabant hiisque magis, natura pugnare, quam arte, inesse moris, neque suos uisos hostes absque pugna diu passuros.

Ducis eorum oratio exhortatoria ad prœlium.

Quid commilitones Christiani ad pectora consutas defferitis cruces? nisi ut crucifixi iniuriam uestris fortioribus dextris expiare contendatis? Quid generosorum natalibus orti, plantate christianissimi columpne, hic considetis, nisi ut fidei hostes, temerario ausu christianis insultantes, coherceatis? Ecce de Arabie finibus & Egyptiorum signu aduentati, uestris comminantur ceruicibus. Intra uos se continent. De uobis pro castro rubeo de uobis agunt triumphos; muros uestros prostrauerunt, se totam ciuitatem ad aratrum complanandum iactitant, uos continent uallo inedia & fame constrictos. An diutius morandum aut attoniti expectandum, quod hec gens canina multitudine & uictoriarum fortuniis inflata, in nos subito irruat? murorum reliquias obruat. Et formidine consternatos in ore gladii uos indefensos feriat? Ciuitatem, hospi-

hospitalem sanctum incendiis deleat; edificia gloriosa conterat precipitio & uniuersam Roddiorum opulentam prouinciam deducat in solitudinem. Et si forsam auro redimi confiditis sub capituli tributo uitam opprobriosam per sempiternas agetis annos. Si uictores fuerimus, soli uincemus, si uicti, in uobis concidet christianorum gloria. Vna uestra, manu christianorum continetis uexilla, altera sacrorum nostrorum ruinam. Quid agetis suspensi prospectant Archipelagus, Ciclades, Chipri & Cretorum proxime insule; si uinceritis, uincent: si concidatis, ruent. Et si non compatimini sacris, uobis ipsis morem gerite; uos non ad hostes, ipsi ad uos: uos pro salute, pro uita & patria contenditis: ipsi pro fastu & libidine dominandi certant. Omni iure uos ab hoste facere tutos licet. Ea propter tam sanctam causam foturi, qui pro sacris, uita & patria contenditis: accingimini super femur uestrum gladiis potentissimis. Transuectas ad dextram complantetis hastas, uos arcus fortium circumcingant. Neque deseret, qui principum dirigit manus ad prelium & suorum palmas, ad bellum. Has commilitones nostros de finibus orbis adductos, uobiscum preliaturos offerrimus; uiuere & mori una pollicemur; non altera quam uestra conditione agi; communes in bonis in malis participes, Eligendum ducunt, pro suis sacris, piissime certare, quam intra hos spissatos muros se tutos fieri. Placabilior aderit cum pernicie hostium mors quam otiosa uita; neque

ulteriora orationis contenta.

neque ipsi aduenimus, ut conciues Rodio-rum computemur &, delicias complexi tempus inaniter consumamus: Sed mari & terra post exactos plurimos dies querebamus ultro se offert. Assunt nostro desiderii compotes complantati hostes. Sola uoluntas uictoriam detinet, & mediam se obiicit ne in eos irruamus pro grandi beneficiis hoc solum petimus, soluite uinclum laxate manus & quod in hostem irrumpant nostri, edicto publico, cornu personet. Si Roddiis & cathalanis uestris parcendum censetis, nostris neque deferendum optamus pugillibus. Quibus suo euo hec sola cura fuit hostem ferire, aduersus eum se munire, contendere gladiis, uulneribus sauciare & pleno cornu, terram sanguine conspergere. Aut, si fuerit uoluntas Dei sub clipeo iustorum potius piam substinere mortem, quam impudicam actitare uitam.

CAP. XLIV.

De pugna contra Mauros in Roddo.

Exhilaratus praedicta exhortatione exercitus christianorum pugnam contra Mauros decernit,

EXhylarati cuncti & in domino confortatus nostrorum excercitus pugnandum decernunt. Belli conditiones delegunt, electas obseruant; hastas ad corporis dextras colligant; uires resumunt ac cor; Resumpto spiritu uegetatiores fiunt equis subsiliunt, per uicos saltitant, magnis deductis ferri palis inherciam brachiorum corrigunt; balistas arcubus cordas ingerunt a thecis sagittatum extrahunt; ad latera col-

colligantensibus se subcingunt. Tucides & plombegos fustes comportant; lanceas deuibrant; ad equorum circos conuoluunt. Absque tubarum mugitu, absque cimbalorum tynnitu, sine strepitu portas obclusas referant. Bastildias corripiunt, standaria deplicant; uexilla ducis anteponunt; aciem lancearum astruunt; in ea signa conferunt. Alas a dextris & sinistris de sagittariis componunt; pro preludiis leuis armature tyrones dirigunt. De sancti Nycholai turribus eminentioribus nostri personant tubicines. Timpona hanelitu complent, aliquando comprimunt; per ductiles tubas, quas clerons appellant, tam melodiosos digerunt sonos, ut quia ab hiis attoniti Mauri, non ad pugnas, sed ad nuptias crederent inuitandos.

& in struit.

CAP. XLV.

Victoria contra Mauros.

ITaque nostrorum compositis cuneis domini nostri Ihesu Christi a natiuitate Millesimo CCCC.XLV. anno. mensis Augusti die XXIIII. ad pugnam peditant nostri ad sanctum Nycholaum, ubi presidium sarracenorum, grosso constipato uallo, machinas, pro iactura nostrorum murorum, arte composuerant. Confortati nostri properant per scalas, a lateribus compositas, proiecto sagittatu, hostes confodiunt; confossus comprimunt. Inde a militibus, transuectis lanceis, in compressos iruitur. Sternuntur, sauciantur, occumbunt

Pugnam A. 1445. letus adoritur.

bunt innumeri & a leuis armature ſpadarii Geleſinorum obſeſſi, uentres pugionibu perforantur. Scrutantur uiſcerum ſecre tiora & animam ſanguinem & adipe ſagina tam, deturpatam ſtercore, ad perpetua inferni ſtigias dirigunt. Latera, pixidum cum machinis euectis, contunduntur. Ex tinguuntur ignes, quem parauerant pixi darii. Miro opere extructus pons, a no ſtris diruitur. Et ea que hoſtes a nauibus ad ſuum preſidium ſecreta abibant uia pre cluditur. Ad portam ſancti Nicholai, qua exierant cum uictoria, redeunt noſtri. Petrum de Moroges cum ſuis in hoſtes pu gnantem leti conſpiciunt. Pennones ſtan daria & uictorie ſigna in eum conuertunt accurrunt commoti hoſtes, qui in galeis relicti fuerant ſe preparant. Ad arma pro galeis & caſſide contorta faſcia caput ſtrin gunt. Iacertos qui aderant maiores ſcamu lis contegunt, pro torace & nitentibus ar mis ueſte defluxa & podere talari reſtituun tur. Congirato lintheo & connexo gladio ſuccinguntur, pro ſcutis ombones ad ſua colla pendent; deuibranda ſpicula portant in textris & in ſiniſtris arcus deferunt tur catos. Nunc huc, nunc illuc ſaltitantes, pugnare ſolent, ululantes, ferarum more, ad bellum prodeunt. Iam recta facie, illico uultu aduerſo irruunt in noſtros. Inchoa tam pugnam in ardore certaminis irrum punt & fugam ſimulant. Redeunt acrius quam prius inſultantes, ut cum uiciſſe te putares, ad rurſum confligendum inuiteris. Ad modum exhilarati noſtri pro priori uicto-

Petrum de Moroges cum ſuis in hoſtes pugnantem conſpicientes laeti uictores pugnam redauſpicantur.

uictoria spem deducunt ampliorem. Suo penetrabiliori sagittatu hostes compriмunt, transducta lancea, euaginato gladio, ad manus propugnare cohortant: qui, latratu & saltibus, uincere soliti sunt ad suas, quas parauerant, profugi se conferunt galeas. Tandem ad profunda maris ut se tutos facerent, deducuntur. Suryam a sinistris linquunt & Alexandrinorum Farum, per Thanays riuos, in Babiloniam se conferunt, suum miserabilem casum ad perpetuam ignominiam soldano delaturi. De uictoria Deo gratias agunt nostri; apud ecclesias sua uota persoluunt; Largas donant elemosinas, relictas, annonam, superlectilem & conquisitas machinas comportant in urbem. Muros prioribus solidiores construunt. Sua dampna resarciunt. Pro bene actis duci & nostris grates referunt & donatiua largiuntur.

Tandem hostes se recipiunt

insignem quam experti sunt stragem Soldano delaturi.

Victorum posthac negotia.

CAP. XLVI.

De concursu nauigiorum ducis sub Capitaneis de Waulurin & dicto de Thoyssy apud Constantinopolim.

Classem saluunt nostri & ad que obsessa famabatur Constantinopolim properant. In ea, ab imperatore, suscepti, congratulantur suos diu optatos commilites uisitant. Et quia de morte Regis Polenorum flebunda uulgabantur de mediterraneo mari per constrictum quod bra-

Victores ad Constantinopolim, quam audiuerant obsessam, contendunt.

& longo itineris spatio

brachium sancti Georgii nuncupant ad Pon thum quod mare maius dicunt, suum d rigunt remigium Trapezondorum impera tore uisitant & ad Tartarorum confini optima sorte, decertant. Intrant Danub ostia & per Armenorum, Vualachiorum Gectorum & Bosnorum fines applican Cum Iohanne Albi uictorioso pro christiani hiis in regionibus constituto primitio co loquia agunt. De conditionibus guerre fu ture pacta firmant. Mutuas donant salut & uix, post duos pertransitos annos, su rum rerum compotes, ad principem, quo exierant, uictoriosi cum gloria reuer tuntur.

intra bienium prospere dimenso uictoriosi redeunt.

CAP. XLVII.

De festo de uellere aureo in montibus Hannonie prima Maii.

A. 1451. 1. Maii PHILIPPVS *bonus* in montibus Hanoniae *festum* instituit *ordinis de uellere aureo* cuius solemnia heic diffuse admodum recensentur.

ITerum de anno domini Millesim CCCC. quinquagesimo primo prim Maii, dominus genitor uester, clari sime princeps, in montibus Hannonie opido munitissimo, in octabis pascalibu sese confert. Fratres suos de uellere aure antea inuitatos, letus suscipit. Festiuo dies agere curat & magnifico sumtu cunc preparat. Ad festi solemnia ordinati con diuntur milites, purpurata clamide, ad ta los defluxa, brachiorum dextris fixura a succliuis fimbriis, auri filo uermiculatis su peramicti. Ad solas torques, quas color

dicun

dicunt, obriso auro prelucidas cum auri pendente auri uellere, quo fratres milites de ordine auri uelleris dignoscuntur, sua sacra acturi, ad statutas ecclesias, se conuertunt. Ibi patent ornata altaria ut, nisi aurum, argentum, pretiosas gemmas palliaque auro texta, cerneres. De episcopalibus darmaticis tunicis & pluuialibus nec ipse tacuerim, que ad ornamenta summi Dei consueta extimares. Neque defuerunt super epistilia, auree & argentee fusiles ymagines, exquisito celature genere insculpte ut eleuatas facies magis, quam effigies, computares. Cantilena dulci & composito cantu psalmodias & hymnos prosequuntur, ut iam te angelorum melodias complecti reputares. At intra solemnia ad uulgus translatam sequentem epistolam eorum more, qui ad populum contionari solent. Huius actor uoluminis ex pulpito disseruit, sue orationis clausulas ad fines epistole, clara uoce, deducens. Post sacrorum acta solemnia itur ad palatium, cenaculorum pauimenta fulcris sternuntur. Auro texta tepecia induestiunt muros. Thori mollioribus sufulciuntur plumis; conuexe laqueature cortina teguntur. Contortis funibus singulas, ad decenciam, contrahunt: non alio, quam aureo tepete, operiuntur lecti per aulas patentes sursum erecta tabulata, que buffetos dicunt, prominent. ydreis, utribus, metretis & quibusque oblongis uasis uinariis fulciuntur; nulla ab auri & argenti massa congeritur; sub eris tanto pondere quassanda contremiscunt. In ciphis aureis, uitris &

Auctor huius operis in ipsis festi solemnibus orationem recitat, quae infra cap. L. LVIII. incl. extat.

& tasseis, nisi gematos lapides & exquisita
prospectares celaturam. Samito teguntur
menso, quas, nisi aurum & argentum, co
tingere licet. Delicatos cibos patr a dona
sed flauos potus sola Burgundia prebui
Et si queque scrutari temptares diuicias Cre
ornatum templi Salomonis aut Sardanapa
edias amplecti censeres.

CAP. XLVIII.

De sancto proposito ducis pr succursu fidei in oriente.

SEriosus intendit princeps ad capitulum
uestiti subintrant princeps cum fratr
bus. Pro ueteranis mortuis noui el
cti ordini ascribuntur, ascripti iuramen
se astringunt & ordinis quasque ceremon
impleri iubet. Princeps que hactenus me
te gesserat palam facit hiis nichil existim
celandum, quorum dextris excogitata p
tranda sunt, quod sancte fidei christiane,
multis defluxis temporibus, succurrere i
tendit, intenta oratione notum facit.
cetera propitia occurrant corpori & bon
nec parcere pollicetur. De tanto religi
nis christiane ardore grates referunt fratr
Suboriuntur lacrime, se preocupant gemi
&, nisi flebilibus, se sollicitant colloquiis.

PHILIPPVS *bonus* propositum suum, pro succursu fidei in oriente, patefacit.

CAP. XLIX.

De Ambassiatis missis per orbe a duce ad istum finem.

In

INde quatuor oriuntur ambaxiate ad sanctissimum dominum nostrum papam Nycholaum quintum strenui milites & domini Iohannes de Croy magnus hanoniorum preses, Iacobus de la Lamy & in patribus uenerandus abbas de Werborde. Ad Francorum regem reuerendus in christo pater & dominus Iohannes Cabiloniorum episcopus. De militibus strenuus dominus Droco de Hunneres & in licentiatis magister Nicholaus Galli. Ad Angliam in patribus sancti Petri Gandenii uenerandus abbas. Strenuus miles Bastardus sancti Pauli & de Licentiatis magister Leonardus de Poretis. Ad Hungarios commendandus miles dominus Petrus Wast & litterarum probatus de ordine predicatorum frater. Nycholaus Iaquier, licet uariis orationibus ad eosdem tamen fines suadent: de subueniendo, orientali ecclesie, prostratas fundunt preces: quali iaceat periculo nostra fides notum faciunt quod tam necessarie rei intendere curent, piissimis uotis sollicitant, quodque inter eos exorte guerre huic sancto operi non officiant de pace inter se tractandum exorant. Dominum genitorem uestrum cum ceteris orbis principibus, si cetera fuerint, accommoda, corpore & bonis omni desiderio intenturum, ad eum redeunt transmissi nuncii & de actis instructum redeunt. Votum eius nutriat ipse, qui tam sancte mentis suggestor fuit. Illeque incrementum donare uelit, qui tanto principi huius sancte rei palmites complantauit.

Legatos mittit ad papam Nicolaum V.

ad Francorum regem,

ad Angliam,

ad Hungaros;

redeunt transmissi nuncii.

CAP. L.

Epiſtola Iohannis epiſcopi Cabilonii, auctoris huius libri, pronunciata ad finem predictum, dominiſque principibus transmiſſa.

Oratio in feſto ordinis aurei uelleris pronunciata, ab auctore huius libri, ad finem praedictum, & principibus transmiſſa.

Sarracenorum fidei deſcriptio.

SAcroſancte religionis chriſtiane deuotiſſimo filio patricio & defenſori Philippo Burgundionum ac Brabancie duci, Flandrie, Hollandie & Zelandie comiti &c. Iohannes Germani Sacre Theologie profeſſor, Cabilonioru m epiſcopus, omnem reuerentiam & famulatum atque in Chriſto Ieſu gloriam ſempiternam frequencius ad memoriam deduximus, quantum illa dampnabilis Sarracenorum ſecta, exardeſcente furore, ab ea ſancta fide quam ſui patres incoluerant, ſeſe deiunxit: quorum patribus tantus fuit zelus fidei ut propriis humeris eccleſie fundamenta iacerent, proprio ſanguine munirent atque uirtutum cemento ſtabilirent. Et ſi naturali rupto federe tramite parentum degenerauerint filii eorum, ſanctimoniam preuaricantes, Machometi ſectam pro religione ſuſceperint; quis ignorat hoc ſolum ea mente factum ut ad inuenta lege, que uitia non cohiberet, magis ea amplecti, ut equus & mulus, commendaret, ſub confidentia prurientis adinuente doctrine corporis delicias quas homines libentius inſequuntur impugne proſequerentur. Paucum exiſtimantes ſi ab ea fide in qua progenitores ſui nati, acco

auctor Mahumedus

triun

triumpharunt cum perpetuo apostatarent opprobrio. Depressis oculis facile portantes qui patrias leges suos penates, & sacra dedignati ab ea quam in baptismo professi erant catholica fide deficerent, & illam monstruosam helesinorum sectam quam non nouerant patres eorum curiosius usque ad furiam incolerent, que infra limites christianorum admodum est debachata ut magnas orbis prouincias armorum impetu concusserit, atque excogitata fraude plurimas subegerit. Namque gens Arabum de nationibus minima cum agarenis & moabitide manu sic orientem & meridionales regiones eo propulit, ad primum Egyptiorum fortissimam gentem atque in fide catholica ante ceteras seculi familias flagrantem in ruinam deiecit ut uix nulla aut pauca christiane religionis obseruancia in ea permanserit, magis que hactenus fuerat magistra totius christiane discipline: facta est decipula erroris & apostasie. Aut ubi sanctorum uirorum qui meritis & doctrina claruerant conuentus desierunt diabolico suasu soldanus secte dampnabilis machometi protector & aduocatus de cunctis specialem ad inhibendam fidem eligit, sese mammulonum forti excercitu communiuit, armatorum & armorum omnem coniecit apparatum, & dudum apud Romanos bellorum florentia excercicia cura multa ad se conuocauit. Perinde ad Libias & Affros domandos expeditas copias tamdiu transduxit: donec tributarios Libios, Getulios, Numedios, Africanos & Mauros continuit.

progressus ad Arabiam, Egyptum.

protector & aduocatus Soldanus, qui praedictam haeresin, armata manu, ad Libios, Getulios, Numedios, Africanos & Mauros, propagauit.

Eamque ex secrabilem machometi sectam per conquisitas prouincias publico semina-uit edicto.

CAP. LI.

De conquestu Maurorum in Surya.

In Suria quoque & Damasco appulit, Hieresolimam omnemque terram sanctam profanauit.

IN Suria quoque & Damasco tanto apuli tonitru, ut cuncta cruore gladii uastare ciuitates destrueret, populos subiugare ecclesias Christi, & martirum ad terram ade-quaret. Sanctam ciuitatem Iherusalem cum Domini sepulchro temerario ausu prophana-ret. Ecclesias de monte Syon, Gloriosissim uirginis in Iosaphat ad portam sancti Stepha-ni pro eius honore constructam Basilicam cum ceteris quibusque fidei nostre insigni prosterneret. Amplissimas uero Basilica de Bethleem, Nasareth Galilee, Cana & que que misteria fidei nostre per eas omnibu ad noticiam deducta sunt cum templorum structuris euerti censuit, ut eadem fort ruerent misteria & misteriorum insignia Nec seuire desiit donec pridem Surianorum ciuitates inclitas quas nostri & ultimus bea-tus Francorum rex Ludouicus ad christia-norum perpetuum presidium communera in campum deiceret ut neque de famos christianorum presidiis Tripoly, Tyro, Si-done, Baruth, Cesarea, Pelestine, Sur, Ptho-lomaide Peregrinorum Castro lopen a usum christianorum ullum superstet in a cem. Neque sub dissimulacione pertran sire uidebor, quod ei ante paucos dies m

Surianorum ciuitates in quibus Francorum rex LVDOVICVS præsidium constituerat perpetuum, diripuit.

minime satisfuit nobis queque maritima municipia ad Surie littora abstulisse nisi de cunctis relicta nobis presidia insulas maris Cyprum deinde Rodum auferre temptaret, cum grandi namque excercitu primum Cyprios cum rege suo incaute surrepto bello deuicit suis, suis stragem intulit, ad signa triumphi captiuum transportauit,& cum turpi dampnande seruitutis pacto uix uita fundum inexstimabili ere redemptum ad suum regnum abire permisit. Rodiorum autem infra quinque annos castrum rubeum forti preocupauit congressu, hostibus dudum horrendum presidium nostrisque perpetuum solamen ad terram prostrauit. Deinde cum classico tumultu Rodum sui applicant arua & queque casalia igne succendunt habitatores ducunt in predam, & tandem obsidione congesta ciuitatem Rodi continuo petrariarum ictu, omnique belli incursione cum suis defensoribus fortissime impetunt muros ad longitudinem in terram prosternunt, ad introitum ciuitatis continuo insultant nostrosque sic angustant, ut nisi eos diuina misericordia preuenisset, & cum irruptione subita gentem apostatricem depulisset in suasque naues transfugere coegisset, ad totius christianismi perpetuam desolationem Rodum cum tota insula ad soldani Babilonorum iura pertransiisset.

& proxime adhuc Ciprum deinde Rodum auferre tentauit.

CAP. LII.

De conquestu Turci in Asia & Crecia.

Turcus eadem superstitione laborans orientem inuadit, eiusque regna Sarracenorum cultui subigit.

EX altera turcus eadem superstition laborans tanto congressu orienten inuasit, ut Armenos, Capadotio Mesopothamios, Syrios & quos Georgi christianos appellant cum tota minori Asi regnis Galathie & Bithinie usque ad mar ponticum & dominio temporali & Sarrace norum cultui sibi ui armorum subegeri A paucisque annis ad dorsum Asiam mino rem, quam ex nomine uictoris magnan turquiam appellant Brachio sancti Georg ad Gallipolym nauigio pertransito, prim Traciam eciam Greciam usque ad Vngaro suo fisco copulauit. Constantinopolim si mul cum imperio infra pugillum sue manu quasi reclusit & sacri imperii cum nomin insignia tantum deserens gentem cum pro uentu prouincie sibi reseruaret. Nouissi meque Thessalos cum amplissima Tessaloni censium urbe obsidione longa in suam de ditionem suscepit. Neque iuramento confederatione astrictus continuit quin nuper contra compactata ciuitatem patra uniuersamque aquitaniam de manu fra trum imperatoris surriperet. Plerum que eciam temptauerit illam Constantino poleos urbem quam nusquam aduersario rum contigit gladius; ad se reducere. E quia non preualuerunt concepte fraude eam obsidione uallare presumpsit. Et ab e terrore Vngarorum confusus discessit. Nul lum pro certo sibi maiorem adesse curam quam aliquando eam ciuitatem continer putans, exinde facile se totum occidentem conquisiturum. Et ad hos dies scanda

Constantinopolim ad se reducere tentat

exinde totum occidentem

scan

scandalis exaggerantes per multos annos suis contumeliosis edictis ut a sancta peregrinatione nostros cohiberent dominicum claudi sepulchrum mandauerit. De conductu longo contimerunt spatio. Et quod in suam dampnatam sectam nostre preficiendam fidei coniectent, supra sanctum domini sepulchrum ad testudinem supremam quam terracinam dicimus: sui Machometi exsecrandas laudes psalmodia & hymno omni die prosequuntur nostris cohibentes ne nisi depressa uoce Christo contineant. Dumque ad altaria a nostris sacra conficiuntur, suam gladiis cum truculento uultu ea circueunt, indignationis motus agunt. Cachino strepitu ac gesticulatione infanda in eos insultant, eaque sancta loca sepulchri que dudum summi rectores orbis cum tanta coluerant ueneratione ut, genubus aduoluti sic sanctum domini sepulchrum quemadmodum & si uiuentem amplecterentur, exsecrabili neque oratione explicanda sodomitica pollutione in utroque sexu, diebus quibus apud nostros aguntur solemnia, dampnabili atque nephando scelere prophanant. Fratres inibi e monte syon demorantes nunc perturbatos de claustris depellunt, fuste ac uirgis plurimum eos cedunt, cathenis colligant, in babyloniam uelut latrones captiuos deducunt, suam annonam omni tempore exhauriunt, & supellectilem omnem cum sacrilegio multo deportant, & frequentes sacerdotes sua sacra agentes intra missarum solemnia per crines ad terram prostratos per pauimenta multo consperса san-

conquisiturum putans. sanctas peregrinationes cohibet, & domini sepulchrum claudi mandat.

Christianos premit atque persequitur.

ſanguine atrociter diſtrahunt. Et ſi aliquando conſpexerint chriſtianos ad ſacra loca uiſitanda proficiſci, ſtercore multo ea contaminant. Inde riſum plurimum & ſubſannationem componentes.

CAP. LIII.

De negligencia Chriſtianorum.

Miſerias orientis ac terrae ſanctae negligunt chriſtiani.

HEu, heu quotiens in auribus noſtris orientis & terre ſancte inſonuit uetuſtus dolor. Quotienſue Babyloniorum ac Turcorum terros nos horribilis inuaſit. De hiis qui in fornace tanti incendii principes catholici canduerant Armenii, Cyprii, Rodii, Traci, cum grecia & cicladibus per ſuas transmiſſas cartas nos facere cautos temptauerunt. Sed proch dolor noſtros fratres in anguſtia poſitos minime audiuimus ad edias proprias intenti non ſuccurrimus, & tam glorioſa imperia ab infidelibus conculcari uix condoluimus, ſuos caſum & tacturam noſtros nequaquam exiſtimantes, quibus ſi humana uerecundia, potius quam affectu grandia promiſimus, potiora exſoluimus. Rem publicam chriſtianorum cum tanto agentes neglectu ut quam attoniti absque prouidencia, quamuis moderandam duperimus. Eorum more qui grandi apperamento & remige pleno maria penetrant quod ſi procellarum impetum nauem quaſſari, uelum deici, funes diſrumpi uiderint, ueriti naufragium ad ſpeculam ſeſe componunt, remiges deiciunt, &

& complicatis brachiis, exanimes uelut desperati desursum suam imminentem prospectant iacturam. Aut forsam eorum more, qui duces excercitui preponuntur, qui aut incuria aut leui confidencia, quando tubarum clangorem aut armorum fragores audiunt, uix hostem ad arma ruiturum existimant, & non cadentibus telis & lanceis iniectis gerendum prelium putant, ut que neglexerunt otio perpetuo lugeant dampno. Namque catholicorum principes, qui patricii esse debuerant, dyabolica suggestione ciuilibus ac intestinis preliis inter se diffidentes, cum multo ambitu & libidine dominandi & nonnunquam cum exsecrabili auaritia, que est ydolorum seruitus, & propter quam multi apostatauerunt a fide, hostibus fidei in sua pace pertransitis, ut neque iaculo aut gladio impeterentur, sese continue lacerant ac propriis gladiis confodiunt; hoc solo contenti, ut pecudum predas agant, edes diruant, populos expolient, terras pro frugibus quas colere debuerant, sanguine fraterno inficiant, ecclesias quoque atque sua sacra sacrilego ausu profanant, hiisque dampnabiliter occupati iam per ducentos & plurimos annos, expeditiones sacras, quas communi nomine crusiatas appellant, perpetuo suppresserunt silentio, tanta tabescentes incuria, ut si oriens, si turquia, si surya, si mauritania, nostreque fidei hostes aliqui sint uix aut raro nouerint, magis ad ocium & delicias insequendas peruitiose dediti, proprie professionis obliti ac se de communi re

In causa sunt intestina proelia, dominandi libido, auaritia

rapinae

re chriſtianorum ad eos nichil pertinere nullam de ea curam agunt eaque loca ſacratiſſima natiuitati, paſſioni, & reſurrection Chriſti dedicata, ab hiis apoſtatantibus pro phanari, & de deuotione fidelium delubr fieri demoniorum ad nichil exiſtimant. quia conuerſi prurientes magiſtro ſollerte perquirunt, & quia ſecundum legem uiue re negligunt, uita & uerborum procaci ſepius in legem inuehunt & ut ſe a mandat exſoluant, mandati duriciem anteponunt proprias malicias ad legis auctorem impro be retorquentes, & que noſtra ſenio pro bata fides affirmat aperto ore denegant, ca lumnias inferunt, plerique quod uerb confirmant ſauciata mente & uita deteſtan tur. Quibus, ſi fidei clamide auro tex decorari gloria fuerit, omnibus preeſ protectores chriſtianiſſimi aduocati & reli gionis noſtre patricii appellari, paucis pro deſſe curant, fidem deffenſare, aut eccle ſiam contueri parui pendunt, multa ſib litteris aſcribentes, que opere condam pnant, minime attendentes, qualis ludibr eſt ſe inſcribere ſacrorum tutores, ſub quo rum manibus continuum noſtra ſacra pa tiuntur excidium. Cruces aureas monili bus ac uario gemmarum ambitu ornatas a colla deferunt, eas ad baculos longos com portant, qui quaſi fidei hoſtes crucem do mini ſequi dedignantur. Namque a omnem luxum dediti prodiga expenſ grauati ſempiterno otio demerſi & mutu diſſidiis confracti, neque annonas, nequ ęraria publica, qui noſtri putabantur defen

incuria hoſtium & locorum ſacrorum

negligentia legum

sores, in hodiernum diem possident, & nisi a subditis exacta pecunia aut uectigali extorta substancia nichil agendum opinantur, hac dira pena percussi, quia religionis christiane publica auxilia deliquerunt, munimentis publicis que sub nomine annone colligimus, equissimo iure priuati sunt. Inde si in concione se magna iactent, futuros sumptu publico uacui, aut desperantes cuncta deserunt aut ad minima pertingunt.

CAP. LIV.

De triumphis Christianorum in oriente.

Hos, obtestamur clarissime princeps, non habete duces, hos non sequamini magistros, neque doctores imitemini, qui sua dampnata inhercia, aut negligentia multo christianismum, quem tam amplissimum a suis diuis progenitoribus acceperant ad angulum constrictum uobis suis posteris transduxerunt, horum periit memoria cum sonitu & quasi delirio uiuentium, sine laude & gloria ad busta parentum appositi sunt. Potius potius illos in exemplum, illos in uelum expansum, illos in signum tenere delectemini, qui suorum progenitorum, quos orbis commemorat, claras prosequuti uirtutes assidua consideratione presto duxerunt, quali arte & quanto desiderio galliarum principes ad orientem profecti, Asyam minorem, Ciliciam, Pamphiliam, Galathiam, Bithiniam, Americam, Syriam, Surryam, Arabiam, & Egyp-

Autor monet Carolum, ne eandem christianorum incurrat negligentiam.

& maiorum uirtutos exemplo proponit, uidelicet

Godefridum de BVILLONE. ac ceteros Hierosolymae reges, quos sequuti sunt Francorum Reges, orientis inuasores & defensores.

Egyptum, sub magne memorie Godefrid de Buillone ac ceteris sancte Herusalen regibus, potentissime inuaserunt, & inua sas possederunt. Regna inibi & ducatu ac ceteras publicas prefecturas innouante Primarios episcopatus, ceterasque Christ ecclesias instaurantes, quos sequuti christia nissimi Francorum reges omni tempore ori entis se inuasores aut defensores prebuere sibi ad perpetuum existimantes oppro brium, si adolescentie placidos annos ni in gerendis bellis apud orientem pertransi issent, pro nephas arbitrati, militie insigni nisi contra fidei hostes, aut pro sua repu blica tuenda suscepissent. Magis quas na talis origo patrias edes dederat relinquen tes, sub spe future perpetue mercedis a nouas sedes conquirendas quibus se pre ficerent, contulerunt. Qui neque iur dominii Barbaras conquisitas terras conti nere gaudebant, nisi eas ad regulam orto doxe fidei componerent. Quibus nequ defuerunt de finibus orbis Norueegi, Dan Britones, quos Anglos dicimus, Scot Yberni, Hyspani, & quos herculis gad intra hesperias continent, ad sancte fide auxilia festinare, Germani quoque innume ram gentem de suo gremio exsufflantes Ro manorum imperatore duce ad Yconii ci uitatem regiam intra medios asye minori fines CCCM. hostium gladio ferierun ciuitatem cum reliquis Georgianorum pro uinciis, pridem ab hostibus conquisitis, fid copulantes christiano, hos totus orbis lau dibus commemorat, & ad hodiernum die

famo

famosos attollit, qui patria agris & familia abiectis, terra marique pertransitis, intra barbaras nationes fideliter militarunt, ualido congressu orbem commouerunt. De gentibus que in sua confidunt feritate adnitente Christo Ihesu feliciter triumpharunt, atque in perpetuum uictorie signum usque ad ultimos terre limites milites suas lanceas & standaria confixerunt, marmoreis & porphirinis lapidibus denariisque aureis & argenteis sanctissimae crucis ac suorum armorum insignia sub motu incudis, fidei insculpserunt, ut uix in oriente iaceret prouincia que antiquo suo nomine commutato de Francorum gente sicut & uictoris gloriam: sic & sibi impositum nomen non accepisset. in oriente prouinciae a Francorum gente nomen trahunt.

CAP. LV.

De pia exortacione ad principes, quod uelint resumere passagia antiqua contra fidei hostes.

Propterea nostrorum sacrorum probatissime zelator in domino Ihesu Christo fuso deploratu, manibus compositis, animo prostrato, & genubus complicatis, ad uestre excellencie pedes, pro toto christianorum cetu, prouolutus, uos in domino exhortor, deprecor intensius, & per uiscera misericordie Die nostri humilius obtestor, labenti ecclesie auxiliari contendatis, ad succursum fratrum uestrorum festinetis ante oculos uestre claritatis, quam

Autor exhortatur CAROLVM *Kadrelesium*, pro succursu labentis ecclesiae ac fidei in oriente.

ulteriora exhortatinis argumenta

quam exſecrabili geſtu chriſtianorum ſacr a ſarracenis profanantur ponatis, baptiſmun abnegari, ſacras unctiones, ne ſinatis irri deri pontificales tyaras, dein crucem do mini pedibus conculcari, reliquias ac ymagi nes ſanctorum per plateas ad equos diſtrahi ſacras moniales & religione antiqua functo uiros extra clauſtra depelli, ad fornicandum compelli, & ſue ſancte religionis abnega tionem omni hora induci, populum abſque differentia ſexus aut etatis ad profitendam funeſtam machometi ſectam agitari, aut in ore gladii tirannide multa dampnari. Qua

quod glorioſum eſſet principi.

lis uobis, princeps illuſtris, ex principatu multo gloria eſſe poterit, ſi nomen domini noſtri Ihesu Chriſti in quo nos omnes ſal uos fieri, & ad cuius edictum omne genu flectitur, celeſtium terreſtrium & inferno rum per ſarracenos in contumeliam, in deriſum in opprobrium noſtrum, perpe tuum ſcandalum polluto ore blasfemii conſternitur. Qualis in pompa multa, ma gnificis edificiis, ſuppellectilis excogitato apparatu conſolatio, dum illa ſacra loca, que ad noſtre fidei miſteria data fuerant, per ſuos hoſtes in terram complanari conſpe ctatis. Aut qualis uobis futura laus, ſi in occidente Chriſtum colitis, eius ſectamini ſanctuarium ampliſſimoque cultu eius in tenditis ueneratcioni, dum pro ueſtro ne glectu, apud fratres ueſtros orientales chri ſtianos delubrio eundem haberi agnoſcatis. Corda ueſtra in altum leuetis, uires pridem extenuatas reſumite, expandite brachia & fortes deplicare lacertos curate. Succingite

uos

uos fortiorum gladiis armis, triumphantium corpera contegite galea ſalutis, ad uictoriam ceruices componite, ad regia Chriſti uexilla ipſi conuenite, ſub eius ſpeciali ductu ſacras ſuſcipite peregrinationes, manus mittite ad fortia. In eum qui prelian-tium digitos dirigit, ad bellum ſpem totam ducite & profligatis fratribus & in anguſtia poſitis pro omni ſuccurrite humanitate, uteris pregnantium quas findere ſolent hoſtes occurite. Ceruicibus iuuenum quos ad parietes collidunt compatimini, uberibus matrum, ne futuros allectent chriſtianos, turpiter radicandis opem preſtate. Et ſi non compatimini bonis corporibus aut dampnande ſeruituti, qua ueſtros omni loco atterunt, ſaltem animabus Chriſti ſanguine redemptis angelorum conſortibus morem geratis catholicum, quas exſecranda conditione ad dampnatam ſuam ſuperſtitionem, nunc ſuaſu, nunc metu, nunc comminata morte, a nobis deficientes peruertunt, & qui debuerunt eſſe chriſtiani nolentes ſarraceni conſcribunt.

CAP. LVI.

De guerris regis Polenorum in Hungaria & uictoriis Iohannis Albi.

Neque praeſtolamus, uos deterreat hoſtium copioſus numerus aut aduerſantium ſubacta dominia, uobis namque aſiſtet cuius cauſam fouetis, domi- nus

Extenuat incommoda huius expeditionis, & eius commoda exaggerat.

nus noster Ihesus Christus, sub ductu cuius uices geritis, eius diuino adiumento fugabit unus mille & mille decem milia. De celis ipse promittit uictoriam & queque omina depugnatura hostes sese offerunt; omnino nos sanctorum quorum sacras reliquias & templa profanant pro uobis & de maiestatem offerunt. Aduerso hostium sodomia, dampnandi ritus, homicidia continua, ad luxuriam laxati animi, a fide catholica apostasia, Dei blasfemie, ceteraque eorum uitia, a sanctis angelis celesti curie not fiunt. Et pro spe futuri triumphi iam a pluribus annis Nylus Egyptiorum campum irriguus non decurrit, gensque fortissima Vngarorum Polenorum sub Iohanne Albi comite Turcum cum suo excercitu pluries fudit, fusum dirupit, signis collatis, pugnauit, hostes profligauit, sexcenta plusquam milia strage mulctauit. Ad magnam turquiam aufugere compulit. Duas Walachias de eius seruitute eripuit, regnum bosne, tributo soluit, regemque liberum christianismi reconciliauit, usque ad andrinopolim castra & munitiones turri detinens nunc assultu forti, nunc obsidionis uall castra & munitiones ad deditionem suscepi rypas Danubii aduersus Turcos magnis co gestis municipiis communiuit. Tander ualido congressu eos infestauit, aut si a gallipolim succursus maioris turquie for impeditus, totam conquisitam Graeciam aufugientes, deliquissent. Paucus queite rum nostrorum excercitus ad rodios appl cans soldani aluncaldos magno armoru co

Bella ac uictoriae Io. ALBI, contra Turcum,

et fructus exinde prouenti.

constratu cum iactura graui hostium depulit & deuicit. Dominusque rex Arragonum infra paucos exactos dies cunctis ad hoc sanctum opus cum industria preparatis forti applicata classe, armato plurimo uiro, congerie lapidum celte politorum, ac malleo contusorum, cemento plurimo congesto fossa cum uallo compositis castrum rubeum, ad fiscum rodiorum pertinens celeri ac mirabili opere prospectantibus & nisi dolentibus barbaris hostibus in magnum nostre fidei solamen a summa montis reedificauit, & in ampliorem quam prius formam resarciuit, in eoque pro nobis consignauit contra hostes fortissimum presidium. Nec tacuerim de Armenis, qui mare ponticum habitant, qui ad centum milia pugnatorum uobis pro rebus fidei gerendis, obsequuturos spondent. De Georgia quoque & montibus surryanorum, sola tyrannide soldani & turci magis fictione quam mente obsequentes, ad CCM. huic agende rei se uobis deuouerunt. Quid igitur existimandum, quid cogitatu ducendum, si gens modica tam gloriose fidei hostes profligauit, de sedibus eiecit, que prius sub seruitute hostium Armeneos, Georgianos & Surianos in spem erexit. Turcum & soldanum adeo exterruit, ut alter in turquiam maiorem, soldanus ad Cayrum cum suis aluncaldis sese ad salutem suam confugere parauissent, de ampliori uictoria contra christianos desperantes si uestra ortodoxe fidei, o gloriosi principes, publica potentia ad orientem se transportauerit. Si se uictoribus Hungaris Burgaribus

Armenii aliique populi auxilia promittunt aduersus christianorum hostes, aduenientibus

sacrum Constantinopolitanum imperium ad pristina iura restituent uictores.

& Rodiis copulauerit, facile turcum de grecia fugere compellet, sacrum constantinopolitanum imperium ad priora iura restituet, gallipolim quam manus uestre fundauerunt ad grande municipium christianorum consignabit. Cunctisque optime compositis ac confortato dei excercitu, Brachio sancti Georgii, quod mare sanctum dicunt feliciter pertransito: Asyam minorem cum sanctis ciuitatibus Epheso & Iheropoli usque ad Antiochiam & Damascum uictores pertransibitis. Eoque absque classe, absque remige, absque procella maris, pede sicco, equis & dextrariis deuecti: aut per plana aut prerupta montium ad iuga mediterranei maris ad Suryam & montana inde per Gazam & ramulas Bethleem Iherusalem obsessuri, & cum uestris equestribus & pedestribus copiis gloriose pertingetis

Hierosolymam recuperatari

Sanctam ciuitatem Iherusalem atque dominicum sepulchrum de seruitute soldani, per CCXLII. annos occupatam cum suis amplis prouinciis, eo prestante qui inibi ex ara crucis moriens Iudeorum rex ascribi uoluit ad regnum Iherusalem uestra forti manu reductam copulabitis. Nedum sibi Surryam sed magis Sirryam cum Damasco, Cayrum cum minori Babilonia, Dannetam cum inferiori Egypto uendicaturi, ad arabiamque profecti per stagnum alphaticum, quod mare mortuum appellant, transuecti, castrum montis regalis, quod dudum rex balduinus ad suppressionem Arabum erexerat: prostratum reedificare contendetis, armaque sanctissime crucis ac principum christianorum

ad memoriam triumphi, ad ſpeculas turrium complantantes. Abhinc quoque ad Arabiam, quam felicem dicunt, tranſituri mecham cum ſua tota ſuperſtitione atque exſecrando machometi ſubacto cadauere, ad perpetuas ueſtri memorias & laudes, in cinerem redacturi, ut nec tantorum patratori ſcelerum uenerationis ulla relinquatis ueſtigia. Et ſi has claras conſequi uictorias ſi aliquando celebrari triumphis, ſi numero illuſtrium annotari, ſi apud ceteras nationes eſſe terrori, ſi tyrannorum preſici palatiis, ſi pro tuguriis & uilibus pagis regna & prouincias detinere, ſi Francorum, Germanorum, Anglorum, ac occidentis, nomina ueſtra apud orientem nota fieri, & in hoc ſeculo & in futuro in libro uiuencium aſcribi deſideratis, ueſtrum generoſum animum ad optima conuertatis, uos ipſum moribus ornare ſtudeatis, ſubditos minime angariantes, neque extorta fraude, quos paſcere debetis concutientes, expenſam ad fiſcum ueſtrum intenta ratione compenſetis. Non plures affuerint ſumptus, quam iuſte debiti exitus. Cum omni cura eraria componatis, coffros & corbanas inſtauretis, denarios pro ſumptu ueſtre ſancte expeditionis, cum omni exacta diligencia ad calculum ſupputetis, uos a ueſtitu, equorum pompa, ſupellectilis confuſo apparatu, & familia multa, pro tempore ueſtri apperamenti conſtringatis. Principum magnificentiam ac liberalitatem in hoc unum conceptum ſanctiſſimum opus conuertatis, edificia a queſtus, & conuiuancium diffuſas expenſas

ad Arabiam tranſituri mecham excident

& ſic Francorum, Germanorum, Anglorum nomina eſſent aeterna.

Igitur iter neceſſariis parandum

 hoc

hoc tempore deuitetis. Satis uobis fueri que uestre sacre expeditioni in adiumen fuerint, attentissime prosequi.

CAP. LVII.

De pace Christianorum inter se.

Auctor ea propter christianis inter se pacem suadet.

PRopterea a ciuilibus preliis, que ta diu uos confractum detinuerunt a stinentes, cum christianis uestris fr tribus pacem ac treugam longiorem co ponite. In uagina sese contineat funest & intestinus gladius. Rancores, odia diffidia queque pereant, pro eius reuere tia, qui toti generi humano commissa d nauit. Per maiores parentes & amicos ca sas uestras componi pariter feratis. Duri simum cor & contumacem animum, sanguinem Christi deliniatis, pro fauo fidei multum de iniuriis & dampnis temp ralibus remittatis. Quid uobis proderi terras ampliare, si celum perdatis? Qu contra homines pro hominis noxa certar ubi Christi opprobrium offertur uindica dum? Terram terrenis relinquentes, ca sam fidei suscipite: que uos memoria cel stes efficiet. Ceteras querelas pro hac e tinguite, armatumque fortissimum uiru quem in fratrem, quem in sanguinem, que forte in uos ipsum conuertendum accepisti in hostes fidei, pro sacris uestris traice contendatis, nichil deerit, nisi deo reco ciliandа & proximis optima uoluntas. A memoriam ducite quantum extincte ch stian

stianorum lites & dissidia compescite; passagio Godefredi profuerunt, atque auctoritate pape in Claremonte, quibusque iurgiis compositis, uno animo, uno spiritu, qui prius dissidebant, queque gerebant, ut de hostibus fratres, de inimicis tutores, de aduersantibus defensores existimares. Atque Francorum rex Philippus cum Anglorum rege sese composuit, comites itineris, consocii sancte peregrinationis pariter incedunt, una pugnatur, hostes deuincunt, mutua consilia agunt, in caritatis glutino, in uiros nouos transformati, Ptholomaidam capiunt, eam diruunt, dirutam reedificant, & sese hostibus terribiles portendunt. Quos ut filius carissimus prosequimini, imitabimini ut patres, sequemini ut ducet, si pro tam sanctissimo opere de corde uestro omnem iniurie rubiginem deieceritis, si uestrum animum ad queque pacis federa proclineritis, si pro ea re concepta capitula dilatato spiritu firmaueritis, & pro cereo sigillo sanguine domini nostri Ihesu Christi consignaueritis.

passagia GODOFREDI fuerunt proficua; item regis Francorum & Anglorum regis.

CAP. LVIII.

De exercitio Christianorum pro succursu fidei.

SAtis uobis esse debuit suscepte expeditioni queque incommoda attentissime prosequi, legiones quas militantium nobilium & tyronum fortissimas tenetis, omni arte bellandi excercitatas componere, pote milites & scutarios tabellis an-

Incommoda quoque susceptae expeditionis profert.

milites exercitatos reddendos

annotare, tyrones comprobare, ad martios ludos excercitatos compellere, ut equos contorquere sciant, subito congredi, ut uelocius disgredi, lanceas transducere, ense ferire, clipeo se munire, iaculum traiicere, pedibus cum tudite & malleo hostem impetere, ad mandatum superiorum & uoces tubarum aram suscipere, ad insultus opidorum congredi, uallum deiicere, scalas conscendere, propugnacula manu contingere, ad turres se recipere, hostem concutere, pro casu ab insultu recedere, ad standaria & excercitum se reducere, praefectorum, capitaneorum mandatis magis quam parentibus obedire. Nichil proprio capite agere, maiores & ueteranos ut genitores colere, eorum exemplo quoque ducere, honorem suum de cunctis preponere, neque ab eo pro uita aut morte usquequaque discedere, plus existimare gloriam quam pecuniam, non certare pro terris, sed pro sacris expiandis, magis iacere oculos ad Deum, quam ad spolium, dampna, inedias, famem, sitim, carceres, uincula, etiam mortem cum spe sempiterne *lucis* pro domino Ihesu Christo uoluntarie suscipere. Pluris existimantes crucem quam in humeris acceperunt, quam totius terre prouentus. Nichil de patria, nichil de uxore, nichil de filiis, familia aut rerum copia cogitantes. Hos ad manus Christi regendos suppliciter committant, de uictoria eptime sperantes, toto conatu sese ad eandem pertingere contendant, & quod felici cum triumpho & gloria ad suos redibunt, non-

ad patriam & uxores non esset cogitandum

nun-

nunquam ſermones immittant. Baliſtrariorum arcum tenencium leuisque armature manus pro modo ſui officii ſeſe componant, brachia & lacertos extendant, arcus ad aures torqueant. Sagittas ad ſigna bultarum frequencius demittant, plurificato ictu album confodiant, pharetras & ceteras ſagittatus tecas corda plurima, plumatio multo, bitumine leui, ſagitta uaria, haſta tenui, & ferro barbato omni cura confectas, ſaguntio contectas comportent, & niſi pro loco & tempore ſuum ſagittatum emiſſuri. Sarculos ad foſſas agendas, ſecures cum minutis gobiis ad trabes & ualla erigenda ſuccincti gerant, & quibusque bellorum armamentis attente ſe muniant, lanceolis, iaculo, & ceteris leuis armature manubiis ſic ſe comtemperent: ut ad caſus & fortunas quasque paratos inueniant, ut otium autem uitare poſſint, ad annalia priorum reuoluenda frequencius intendant, quali quantoue ſtudio orthodoxam fidem ſui maiores incoluerunt ad mentem reducant & ea arte qua eccleſiam conſtruxerunt, legitimi filii detinere ſtudeant, ſic ſe ad ſingula attentos reddant, ut noſtre religionis publica res que per ducentos annos elanguit: talem glorietur inueniſſe defenſorem, omnesque orbis incole ei laudes acclament indefeſſas, triumphatorem excipere ualeat, pro tam bene geſtis in hac mortali uita dignam recepturus commendationem, & poſt huius tranſitum ſeculi uitam conſequuturus ſempiternam, adiuuante eo, cuius cauſam

orthodoxa fides in mentem reorum reuocada.

ſalute aeterna pro labore accipienda.

agetis. Cui honor & gloria in ſecula ſecu-lorum. Amen.

CAP. LIX.

De recuperatione Normanie ſuper Anglos.

Rex Francorum bella renouat cum Anglis.

PAucis temporibus defluxis rex Francorum qui cum Anglis inducias contraxerat, aduerſus eos bella reſumi campeſtria. Pro ſurreptione namque fortiſſimi opidi, quod Songieres appellant contra induciarum compactata non paucum irritatus, eo genere pugne contra innouatum hoſtem antiquum dimicandum decernit. Pontem arche de fiſco Normanorum Anglorum inexpugnabile preſidium, ſtratagemate militancium nocte ſurripit, ad ceteras Anglorum ſtationes dedendas abſque mora progreditur Gizorcium, Medoncam Veronnem, caſtrum Gaillardi, hoſtium municipia aliquando congreſſu, ſepe ſuorum aſtucia ad ſe contrahit. Ad Rothomagiorum limites ſuum copioſum dirigit excercitum, ut ad ſuum naturalem dominum Anglorum iugo ſubrupto ſeſe reducant ſermones ingerit, commota ciuitas de reductione conuentus agit. Angli pro ſalute ſua currunt ad arces, intro ſe muniunt contra ciues, acquiſitum hoſtem & regem forinſecus prelia gerentem, abſque tumultu aut clade ciuium, Rothomagum intrant noſtri poſt dies paucos de reſtituenda, arce tractus ineunt. Integro ſuo excercitu a

Rado

Radomum licentiati festinant Angli, & rex cum triumpho cunctis ad suam gloriam paratis, uictor ciuitatem subintrat, occurrit populus & pro uiso suo, quem natura dederat, principe Deo grates referunt, applausu personat opidum, & de eiectis Anglis iocosos agunt sermones. Cetera anglicis relicta presidia Calidumbecum, Arifflotum, Onufflotum, Villemonasterium, forti suorum congressu, rex conquirit & detinet. Trans Secanam suas uictrices transducit acies. Sistit in Cadomo, obsidione ualiat opidum, sed ad paucos dies ad meliora consilia conuersi Angli, uita, comite, opido reducto, ad Calesias sese recipiunt. In Cadomo triumphat rex, & de cunctis sollerter mandat. Cesarisburgum, horridum suis hostibus praesidium ad Scatim detinet. De bassa Normania Constanciam, Baiocum, Sagum, Abrincacium, famosas suscipit urbes. Ab insula trans fretum adueniunt Angli terram arripiunt. Incursitant prouinciam, & se Normaniam uentitaturos disseminant, accurrunt uictores Franci sub principe, inclito domino Comite de Claromonte bellum gerere censent. Ad ponten hostibus se prestant obices, signis collatis ad nubes tubis clangentibus. In alterutrum irrumpunt cunei, acriter pugnatur, aduenit Francie Comestabularius, gentem ad CC. lenceas electam in pugnam dirigit. Rumpuntur hostes & qui ad suos solos arcus spem ponere solent Angli, a Francorum lanceis confossi corruunt. Victi magna cede plectuntur, & eorum

eosdem uincit.

Trans Secanam arma sua portat.

Franci sub comite de Claramonte.

Proelium cum Anglis.

eorum campiductor, dominus Iacobus Briel, in sortem uenit captiuorum, pro uictoria letantur nostri, & cum spoliis ad suos gloriose reuertuntur. Itaque post triginta annos, quibus sub Anglorum iugo detenta languerat Normania, infra duorum annorum spacium ad Francorum coronam disiuncta sese resarcit.

Normania reiecto Anglorum iugo ad Francorum redit coronam.

CAP. LX.

De recuperatione Aquitanie super eosdem.

A. 1451. rex Francorum progreditur ad Aquitaniam. Blamam

RVrsus de anno domino mil CCCC. quinquagesimo prim Aquitaniam suas dirigit copias corum rex. Ad blamam de cunctis pugnabile presidium suus concidet e citus. Petrariarum iactu terrentur ho forti congressu in eos irruunt nostri. repti a muris aufugiunt, omni ex par rumpunt Franci, & prosternatis ad radi muris manu pugnantes uictores subint In mortem & predam ducuntur cunc pauci de hostibus seruantur ad triu Tanto discrimine exterriti qui burg seruabant colloquia petunt. Si non r ti ab Anglis se reddituros spondent. statutam diem non aduenientibus hiis a plent promissa. A Burdegalesibus quoque & ceteris Aquitanorum presidiis, de reductione ingeruntur sermones, capitula utrinque firmantur. Defensores non aduenium expectati Angli. Post tricentos annos, quibus a corona Francie defecerat Burdegala, ad

expugnat.

Burdegala ad Francos redit.

ad fiscum regium sese confert. De parte regis destinatos nuncios leta suscipit, & uictorum triumphos accurate celebrat. Ad Baionam ciuitatem, que sola superstes pro Anglis remanserat, se noster aceruat exercitus, acri pugna agitur in hostes, sed faciem Francorum ueriti contra eorum uictoriosas dextras certare diu non presumunt, reuocare a muro Francorum gentem supplices precantur. Colloquia petunt, & datis conditionibus ciuitatem & locum ad optionem regis libentes condonant. Iam experiuntur Angli, quod melius fuerat, Romanorum pontificum & concilii de pace generali paruisse mandatis. Normaniam & Aquitanie partem, quam cum pace poterant detinere, absque pace suscepturi nusquam, plangunt deperditas, ad sua triumphatos rex reuertitur. Deo gratias exsoluit. In Turonis ciuitate cardinalem de Estotisuilla legatum apostolicum deuotus suscipit. De multis cum eo agit consilia, & diu detentum ad Romanum pontificem honoratum demittit. Qui pro pace Anglie & Francorum legati de Estotauilla & sancti Petri adminicula cardinales aduenerant, ad id minime dispositis Anglis, re infecta ad aliud suas applicant operas.

Baiena.

sicque Normaniae & Aquitaniae pars, quam Angli hactenus detinebant, recipit Francorum rex.

CAP. LXI.

De guerra contra Gandenses.

SAne dum ad succurrendum fidei piis uotis suas dirigeret curas genitor uester & de singulis accommodatis apud suos cari-

Dum pro succursu fidei in oriente curas

extendit PHILIPPVS *bonus*

Gandaui intentum opus turbant.

cariores sollerter pertractaret, ceterasque sue reipublice curas abigeret: religionis christiane aduersarius antiquus ab inferis consurgit, facit insidias & astutia uetusta intentum opus turbare satagit. In Gandauos spiritum diuisionis immittit, & ad nouitates molliendas secretius instigat, dudum concepte simultates prodeunt in medium, clam monopoliis se sollicitant, suggerunt falsa pro ueris obscuros conuentus agunt, quesitos comparant complices, & malignantium consortiis summe glorie putant. Nunc suggestionibus, aliquando susurriis, plerùmque concussione multa. De populo astutiores blandiciis, suasu aut adiectis minis ad se contrahunt. Iuramentum & uotis se astringunt quod Flandreorum rempublicam preter suos maiores immutare temptabunt, iugum dominii a se abicere pollicentur, & nisi pro libito, sue religionis sacris deinceps usuros, vt cuncta ad fines deducant intentos. Dies festiuos agere simulant commessationibus & apperatis conuiuiis, cum magno applausu intendunt. Voluptuosas edes & promtuaria uinaria a mane in uesperam frequentant iam pro deliciis epulis nauseam, exhausto mero madent, temulenti clandestina agunt consilia, si que aduersus principem probrosas cartas aut scripta nouerint, palam deferri iubent, secretiores ligas, que deteriores fuerint, pactis uallatis eciam aduersus suos ineunt, apud plebeyum uulgus pro uita, pro salute, pro libertate pugnandum suggerunt, magis suorum more pro Franchisiis pugnando mori, quam iniusticiam pas-

fos

os sub principis rigore languidam proro-
ure uitam. Ea falsa suggestione delusa
Gandauorum gens phalangas instruit pro ex-
ercitu, rusticorum manus pro ualidis coa- bellum
eruat cuneis Amandos, qui ceteris presint suscipiunt.
to primiceriis & ductoribus campi con- Acies eo-
gnat, vt grunnientes porci ad arma ruunt, rum in
astos pro lanceis a dextris plantant, cassidis structa de-
ice pileis ferreis ceruicem contegunt, pro scribitur.
itentibus armis leui torace aut defluente
orica superuestiuntur, pendente usque ad
alos spada accinguntur, clypeo se muniunt
& pro brachiolis lacertos, qui apud eos ma-
iores scamulis operiri curant. Currus falca-
tos, quos ribaudelrios appellant, annona,
butyro, & depingatis caseis & ceruisia onu-
stos de casalibus forensium intromittunt,
pro standaribus ad munerum offitiorum
opidi suis notis depictas pitarcias, quas ru-
sticas bannerias dicimus, super forum com-
portant: in aëra deplicant, quas agitatas uen-
tilare condelectant, pro signiferis plebeios
designant, earum pitarciarum portitores
omni tempore armati inuigilant, incensos
ignes adhibent. A promontoriis opidi ar-
genteo cornu per foramina centum fune-
bris clangor uice tubarum personant. Nec
obfuit numerorum rustica simphonia, que
apud eos musetes appellantur, choreas & io-
cos immiscent, ne aduerso turbine rerum
suos exasperent ciues, complantatis tento-
riis ad caumata uitanda, principum more
insident maiores, preludiis & sagittatu se
excercent. Nunc perticis, plerumque fusti-
bus, aliquando piscantium contis se ad mar-

tios

tios ludos prouocant, que sui non nouerar priores, haſtiludia temptant, equeſtriu more addictos putant aſcendere equos, p nobilium ſcutis ad pectora faciculos coll gant, pro armis lanceis longiſſima ſe feriu haſta, ignari emiſſos urgere cabellos, mag calcibus quam calcaribus eos comprimun obiectos ſodales citius cachynno quai transducto ictu proſternunt. Ad feneſtr de Gandauo matrone cum adoleſcentul conſident, nouis adinuentis ſuorum prelu diis muliebria agentes ſuis arrident trium phis, celebrari hos dignos cenſent, ali quando riſu & applauſu, quosdam occulta tis ſignis ad bene pugnandum ſollicitan Clinodia perichillides, aut denſas lineorur brachiolas ſuis propugnatoribus a caſſalibu per ſecretos nuncios demittunt, & in acri monia pugne ſui meminerint ſuſpirant precantur, aduerſus nobilium potentiam au dacter irrumpere ſuggerunt. Cum uictor ad ſuos deducti de ancillis liberas & de ruſt ca prole ſuis fortibus dextris ingenuas pl cidas ſuſcepturi conthorales, ſed nequ ſuos ſi non barones aliquando reſumere m ritos. Comitem Flandrie, quem de plebe ſui maiores erexerant, omni iure fouendu Burgundie & Aſtraſiorum Ducem ſuoru hoſtem manicis aſtrictum deducere ac pr tantis bene actis ſuam gratiam confidant merituros.

mulieres praemiis ad bene pugnandum ſollicitant ſuos.

CA

CAP. LXII.

De obſidione Gandenſium apud Odenarde.

AD confabulationes mulierum perſuaſi, ſuas pitarcias & tentoria diſtrahunt a foro, complicatas ad carruas comportant, cetera guerre armamenta iis copulant, preire iubent ac per opidi iffuſiores ſtratas compoſitas phalangas magno cum apparatu ſe proximo dimicaturos oſtentant. In dolo tamen hiis diebus ad rincipem legationem deſtinant, pro paſionis domini noſtri Iheſu Chriſti, que celeoranda occurrerat, reuerentia ſupplices ſibi *ndulgeri* poſtulant ea oratione ad ſecreta ordis contactus princeps, &c. Mens poſtuatis aſſentit, pro conditionibus adiciendis nfra octauas paſcales ad placitum conuenie ſpondent hoſtes. Nec ſi queque compactata irritantes adueniunt Gandei, principem hiis diebus ſacris, quem ſue religionis cerimoniis magis immouerant intenturum, urripere tentant. Coeunt ad XVIII. M. ho*minum* a Gandauo ſuas phalangas contrahunt, & ad Odenardam caſtra metati, complantant obſides; prorumpentes ordine, riplici, obſidione uallant oppidum, contra noſtros omni parte, aggere profundo t extructa ſepe, cum uallo ſe muniunt, pluimos dies in hiis conſumunt, potius ſe defenſuros quam noſtros inuaſores contetantes. De Tornaco, quem principi ab uo in feſtum nouerant: rem bladariam extrahunt; noſtros fame & inedia cohercere

Gandaui Odenardam obſidione cingunt.

putant, eo quod utramque Scarde flumin partem ſe preoccupare iactitarent, magnu ſuper fluuium pontem erigunt. Dehinc ſ mutuis auxiliis fouent, & ſuas copias a ſuorum tranſmiſſuros ſuccurſum compro mittunt. Itaque munitione & uallo utrin que conſtipati, de noſtrorum ſpoliis inui cem ingerunt ſermones. In opidum ſe ir ruituros ad ſtatutos dies uotis confirmant Populum & opidi fortia queque ad terram proſtraturos, ac pium principem noſtrum a ſuis quoque preſidiis, ſua forti ruſtico-rum compoſita manu, ad fines orbis de-ducturos.

CAP. LXIII.

De apperamento dommi Symo-nis de la Lamy contra predictos.

Simon de la Lamy Gandauorum malitias cauet, eorumque aſtutiam illudit.

ADuerſo dominus Symon de la Lamy in armis ſtrenuus, intra opidum ob-cluſus conceptas hoſtium malicias callidus cauet, &, militantium aſtucia pru-denter illudit, opidanos de ſucc tos facit. In opidum pro omni ſolatio ad octo milla mortuorum ciuium agendas ex equias ſuas inuitant matronas, falcatos cur rus machinis & annonam relictis in ſuum opidum comportant noſtri, pro uictori deo gratias agit princeps triumphans; in opidum ſubintrat & ſuas manus applica ad fortia.

CAP

CAP. LXIV.

De excercitu domini ducis contra Gandenses, interitu Gandeorum ad pontem, obsidione uata de Odenarde, bastilla erecta prope Terremonde & bello domini comitis Destampes ad pontem.

SVper Scardam ad prope de Teremonde naualem in alueo construit pontem, rates collectans inuicem compaginat. Tabulata & arietes infixo constringit ferro, o *huius* custodia bastildias complantans, pat forti uallo & de lignorum postibus egnantes turres confingit, armamento, ilite, & annona communit, abhinc absae hostium terrore intrant & prodeunt ostri, irruptiones agunt, hostium corriunt stationes, prosternunt presidia, conemant arces, fortalicia diruunt, meniorum auulsis fundamentis, ad radicem comanant turres succendunt predia, pecus & item ducunt in predam & in uastitatem ostilem totam redigunt prouinciam. Interconglobati hostes de Gandeorum opido ns Scardam & Lisiam contra comitem Deampes pugnaturi, erumpunt, multitudi m uincere putant. In uasto burgo de uelete confident, aggressus uiarum obdunt, repagulis forum continent. In se forti muniunt uallo, preludiis nostros

PHILIPPI *boni* contra Gandauos expeditio.

qui contra Comitem Destampes pugnaturi erumpunt

ad bellum concitant, suos cuneos compo-nit comes, parte, qua suos feriat hostes consilio perquirit. Conclusa primiceriis notum facit, irruit in hostes &, armorum ui conturbatos, contritos dispergit. Resu-sciti proruunt in comitem, de suis paucos feriunt. Nam ad tubarum clangores, uiri-bus collectis, eo impetu in hostem nostri grassantur, quod de suis adductis phalangis septem milia occubuerint pugnantium, ce-teris fuga prolapsis uix pauci seruantur ad triumphos. Se cum gloria ad Teremonde cum ceteris in Wroyse pugnaturis dirigit comes pro uictoria ei congratulantur nostri.

insignem patiuntur stragem.

CAP. LXIX.

De diuersis stragibus hostium & Bolonardis conquisitis in terra de Wrayse & pugna Hollandunorum.

AD bastildias hostium diruendas ordi-nem ponunt, forti manu impu-gnant, nunc octingenti, alias quin-genti de hostibus pereunt Hollandrinorum pedestrium. De transmarinis adductos cu-neos pro castris, ad opidum de Hulst figen-tes stationes, minime a nostris defensos su-ripere temptant, acri pugna eos sollicitant presidium occupare contendunt, sed for-tuite aduentanto domino Iacobo de la I-my cum suis in hostes dato ordine, cu-

Pluribusque aliis in locis pereunt.

gran

randi certamine irruitur, fortis agitur pu-
na, propelluntur a sedibus hostes. Octin-
enti morte decumbunt, ceteri turpissimam
gam capturi campestria girant, pro uicto-
letantur nostri & eam, quam deus do-
uerat fortunam, principi deferunt.

CAP. LXVI.

De transitu domini Ducis per conquisita de Wrayse.

Abhinc se in arcem compositam deducit princeps trans flumen, suas dirigit copias & de prouincia de Vroyse retinenda suam conclusionem exercitui notam facit, sese ad Ripemonde olligit. Vix se umbraculis obtexerant ostri, & ecce qui pro excubiis inuigilaant aduentatos disseminant hostes. Ex pperatu eciam pugnaturos non diffidunt. umma belli agitur, & ab optimatibus rei gende opera datur. Collectam nostrorum ciem in tres partes condiuidit princeps, rimam expeditionem, quam grosse Bataille ppellant, VIC. lanceis communit, uos illustrem principem filium, Cleuorum ducem epotem, dominum Anthonium de Croy, omitem de Porcien suo lateri copulat, illum a se campiductorem facit. Primiarios, quos capitaneos dicunt pro, munimento lancearum supputat leuis armature otensas scalas, suum dextrare iubet exercitum, maioris uexilli, quod banneriam

PHILIPPVS *bonus* aciem instruit ad Rypemonde.

 uocant

uocant, dominum de Ternant consign
signiferum, compositi in equis sistunt no
stri & se apperatu magno hostibus terrib
les portendunt. Ad antegardiam, qua
primorem nominant cohortem, docto
campi sancti Pauli insidet comes. De pr
miceriis dominus Iohannes de Croy, ad l
uis armature dirigendos cuneos cum mili
multo dominus Iacobus de la Lamy se
confert pedibusque hostem pugnandum,
primoribus leuis armature, comes decerni
quibus se, equis reiectis, commiscerent a
mati milites. Totam aciem postergare co
mitem Destampes, * illa demandat princeps
ut, si quid aduersi prioribus adueniret scarri
presto succurreret, suas cohortes in equ
continet, & ne per siluarum latebras se occu
tet hostium insidiosa manus, ab omni part
sollerter perquirit, uniuersamque nostro
rum aciem in tuto seruat. De nobilibu
electis compositissimum uideres excerc
tum, hinc nullus absque nitentibus arm
& equis uelocibus admitti liceret. Eis qu
leuis armature inerant, in galeis, brachioli
cruralibus, ac sclauonia quam brigandina
uocant, contectos minime ad soldas rece
pturos, ut suas turmas tanto claras appera
tu ueteranorum astructas legiones compu
tares. Rebus gerendis ordo datur. Qu
genere pugne rumpantur hostes discernitu

ducis cuiusque in eo prelio munia recensentur.

* Verbum *illa* existimo uel plane delendum, uel i
subsituendum. Mendum enim scribentis proc
dubio hic occurrit.

pre

preludia agenda, leues traiciendas machinas ad turbandum hostes statuitur, & scarrarum primiceriis nota fiunt. Voce preconia nichil, nisi de maiorum mandatis, a pugnatoribus temperatur, sub mortis dampno distincte iubetur, neque pro salute ac uita militarem transgredi disciplinam. De promontoriis nostrorum personant tube, & timporibus compressis, clangore multo, celum obruere temptant. Iussi secedunt qui ad antegardiam designantur.

CAP. LXVII.

De pugna de Rypermonde & uictoria contra Gandenum.

Altera suas hostes instaurant phalangas, totam turmam in duas partes discernunt. Eorum grossiorem congestam falcatis curribus girant &, plurimo balistarum tractu, se muniunt, reliquam ad nostros inuadendos, acri consertam munimine belli, demittunt; suos sagittarios ac machinarum pixidarios cohortibus anteponunt. Centuplo argenteo cornu XVIM. collecte sonant rustice manus, fustes ferro accutissimos, quas picques appellant, pro lanceis corripiunt, ut ad eorum numerum plantatas siluas censeres, mirabili stortas ordine congerunt, ut magis scarras militantium, quam plebeias phalan-

pugnam suscipit PHILIPPVS *bonus.*

Gandenses armati ei occurrunt.

gas estimares. Paratissimi ad pugnam, se paratiores ad fugam. Exhilarati aduersum nostros palpitant hostes. Qui diu sisterant occurrunt nostri, equis ad pascua transmissis, pedestres pugnant, sagittatu acuto ad modum proruentis niuis defluxo suos impetunt hostes. Penetrabiliores illabuntur sagittarum ictus: undique angustiant hostes, & comprimere compellunt. Ab insidiis non preuisi equestrium insigniti prosiliunt nostri, fulgentibus armis locatis ad dextras lanceis, uento ociores equos, nitentibus armis, contectos, calcare compressos, urgent. Irruunt in hostes, nunc lancea, nunc tudite, nunc suorum dextrariorum impetu turmas dispergunt. Hoc nouo genere pugne incautos coarctant, & conturbant, comprimuntur a nostris, & titubare eorum more, qui uino madent, cohercentur. Qui aderant cum sudibus ferreis, quos ronsge appellant, eos usque ad capulum in uentres hostium deducunt. Neque a pinguioribus uteris butiro & adipe saginatis traducti resiliunt gladii, languidas animas sanguine rustico uolutatas, ad inferni claustra, penas debitas dirigunt luituras. Erecte pitarcie confracte dilabuntur, & ad ictum oculi de aduersariis quinque milia hominum morte concidunt, que superstes Gandeorum considebat turma, aduersus suum principem inconsulte bellum susceptum plangit perditum, atque duro nostrorum conflictu suorum mortuorum formidine tacta, relicta belli

uictoriam reportat

Gandenses fugiunt.

belli ſigna complicat, terga uertens aufugit, ſed ab equeſtribus noſtris preoccupati, usque ad Gandauum per uias publicas plures quam prius morte proruunt ſue fuge ueſtigia pro inundatione ſui ſanguinis depingentes. Sed & nec ſic a ſtatione ſua ſe mouet princeps, quam tuendam ceperat partem detinet. Ab ea pro leuitate adoleſcentis preter diſcipline rigorem dominus Cornelius de Burgundia, miles proch dolor! diſiunctus; ab hoſtibus ſurreptus, ictu ſpiculi, uitam perdit & miliciam. Eciam qui ſtergebant acies plurimo milite ac ſagittatu concincte pro tanto confecto bello, enſem nec ſagittam euaginant. Grates deo retribuit princeps, ſuis pugnatoribus arridet, & pro bene actis plurimum commendat. Has patrias quas ſuorum priorum nullus bello ſollicitare preſumpſerat deuictas & deditas ad ſe retinet, in uaſtitatem deicit, & cuncta, incendio & ruina perpetua, ad terram complanat. Sic anno domini milleſimo CCCC. LII. menſe Iunio, quod totum ſuo horrore terruerat orbem tam glorioſo fine, de Ripemonde conſopitur bellum. Ad duas leucas hoſtium opidi ſe noſter contrahit excercitus, plurimo die uictor campum detinet princeps, hoſtes ad ampliorem pugnam exaſperatos ſollicitat. Omni die ad portas preludia agunt, noſtri irruptionibus & decurſibus omni cura uacant, ſed fractus hoſtis intra ſua ſe continet recluſus, plurima ſtrage & calamitatibus obrutus, precatur ueniam.

ſicque bellum glorioſe conſopitur.

CAP. LXVIII.

De induciis ad requestam a-baxiatorum regis datis Gan-denum per principem.

Legatis regiis inducias concedit PHILIPPVS *bonus*.

QVi de parte regia aderant amba-tores sancti Pauli Comes, do-nus Ludouicus de Beaumont, ctauorum Senescallus; Turoniorum chyepiscopus & magister Io. Danne-gius generalis procurator, ex iniunc-gio apud pium principem pro pace plurimum instant. Superatos hostes uiderit, neque amplius subsistere, ni-dum in gladium & cinerem compla-dum, qui oppressis subueniant & uictis stibus indulgere uelit, prece regia po-lant. Nam & si licuit superare super-summe laudis erit, parcere subiectis, emenda utili & honesta principi sati-cient, offenso spondent. De hiis ingeru-sermones, submissionem in eos amb-tores passant hostes, suis sigillis & -mento per singulos priores officio-sata firmantur.

CAP. LXIX.

De sententia contra Gandenu- per arbitros & resilitione ab ea per Gandenum.

Sic

SIc iuriis & cyrographis, aſtrictis hoſtibus, inducias indulget princeps, & apud inſulas pro hiis exequendis conuentus decernuntur; longa trahuntur conſilia, capitula deſcribuntur, pro tribunali inſident arbitri regii, & ad articulos ſubſcriptos Gandeos condampnatos, uoce publica, denunciant. Sed ab hiis in irritum cuncta ducentes reſiliunt, nichil acceptant, ſe proditos latrant, & in ſuos, quos miſerant, iram conuertunt. Ad deteriora ſe applicant, arma corripiunt, phalangas inſtruunt, ad peruagandam prouinciam turmas tentorii uiridis & alborum caputiorum cum igne & gladio deuinciunt; opidum de Vuſe de ceteris intactum incendio diruunt, populum usque ad impuberes horrenda ſtrage gladio feriunt. Conturbatus princeps, quia ſe cum tanta miſericordia contemperauerat, & ſub ſpe pacis future ſuum ad propria remiſerat excercitum, ſano uſus conſilio, militantes ad yberna collocat preſidia, & ſtationes conſignat, municipia amplificat, de annona curam agit, hoſtium incurſus & irruptiones cohercet, & infra ſuas clauſuras conſtrictos detinet portus, paſſagia, diſtrictus, terra mari precluduntur. Negantur uictualia, neque apud eos mercatorum conuentus frequentare ſinuntur. Suum mareſcallum Burgundie, Theobaldum de nouo caſtro euocatum in Tortraci, dominum Iacobum de la Lamy in Odenarde, dominum Iohannem de Croy in Athſt Hanonye, dominum Anthonium de Burgundia

Ab induciis recedunt Gandani.

bellum contra eos renouat PHILIPPVS

gundia Baſtardum in Teuremonde, dominum Symonem de la Lamy apud excluſas, dominumque Gotfridum de Thoyſy ſuis in galeis ad maris diſtrictus, milites ad hiberna cum ſua gente ſtabilit, qui, hoſtili more, flagiciis; incurſu & irruptione iugi, infra ſua tecta oclusos hoſtes fatigent & ſollicitent. Detrahunt annonam, & re bladaris fraudatos fame & inedia anguſtent. Nec pro hiis turbinibus genitor ueſter, que ſuam religionem tangunt, negligit, magis ſe ad retinendos ſuos hoſtes, armis & gladio, exacta cura & rei publice ſue moderande, de uirorum prudentum induſtria, ſollicitudinem gerit. Nam quod ſciam moribus & prudentia clarum reuerendiſſimum in Chriſto, de patribus dominum Iohannem Rolim, nobilis uiri Domini Nycholai Rolim militis, domini de Anthunia ſui cancellarii filium, Eduorum epiſcopum, Archiepiſcoporum titulis, pote pallio de corpore ſancti Petri, & Cardinalium pileo die XXVI. menſis octobris anni ſubſcripti, per nos actorem huius libri, infra miſſarum ſolemnia, in ea Eduorum urbe auguſta inueſtitum, gente plurima & familia conſeptum, ad romanam curiam ſedi apoſtolice obſecuturum, tranſmittit & dirigit. Suas & prouinciarum curas ſollerter agendas precatur & commendat, iuſſionem principis completurus per alpes Cottias & montem Iura uiam capit, per yporogium quam yuorye appellant ad plana Lunibardie ſe confert, per colles, luſtros, & Senoniorum agros,

ast pacem praeoptat.

agros, ad urbem festinat. Neque ab incepis itineribus desiturus: donec sanctissimi domini nostri pape Nycholai quinti se deuotum contulerit.

CAP. LXX.

Conclusio actorum huius libri.

Cum pia ad CAROLVM Kadrelesium adhortatione.

QVa de re princeps illustris ad antepositas genitoris uestri commendatas uirtutes omni tempore hortamur intendere. In familiare exemplum ducite hanc uestram yndolem, ad tam gloriosos consummatos labores componere studeatis. Suam ad Deum, sanctos & ecclesiam sequamini religionem, imitari uos delectet eius prudenciam, accurate scitemini iusticiam, pro peculiari si quo suam surripite laudatam temperanciam. Neque uobis aliquando fuerit uanum tanti uictoriosi principis inuiolatam amplecti fortitudinem. Reducere ... ad memoriam, quibus casibus & fortunis uariis, ab ineunte iuuentute ipse suorum hostium illuserit impetus, quam sollerti & infatigabili cura suas indempnes continuit patrias aduersantes, ne in eas irruerent, sua potencia cohercuit. Clerum & miliciam ac suos plebeios, uelut mater ... pater patrie optimus, dux & patribus dilexerit. Domum quam a parentibus magnam susceperat, adiumento suorum, integram seruauerit, eamque ad angulum

Hortatur auctor CAROLVM ut caueat sibi a uitiis & amplectatur potius uirtutem.

gulum constrictam in amplum dilatauerit regnum. Non laxetis manus ad uitia, non prorumpatis ut equus & mulas, quibus non est intellectus. Ad inhonesta, uestras aures teneras obcludite hiis, qui gloriantur, cum interfecerint, & exultant in rebus pessimis. Hos tanquam pestem fugite, non uobis comites assint, qui pro uirtute uicia colunt, & equali lance maleficia & beneficia computant. Cauete ab otio, quod uirorum, fortium uires extenuare solet. Excercicia querite commoda, que non tantum delectant, sed ad gloriosos actus uos fortiorem reddant excercendos. A multo uino, in quo iacet luxuria, obtima uos constringatis obseruantia. Non gloriemini fecundiores exhaurire calices. Temulanceam nausearum & crapule ancillam omni cura a uobis censeatis abiiciendam. Luxuriam uero, que fortissimorum uires eneruare solet, & sublimium corda effeminata prosternere, omni reicite conatu. In facie sancte ecclesie ducite uxorem. Ad eam licebit contemperare iuuentutis focos, magis ex ea prolem suscipere, quam saturari deliciis. Tantum contigite propriam, neque per plurium complexus laxatis desideriis defluatis, plus existimate amplexus legitime ad filiorum procreationem, quam mulierum attractus meretricios. In uestrum figite animum, sub sacramenti matrimonii clamide pluris esse delectationis, ubi sancta suscipitur proles, & salus adipiscitur anime, quam in fornicatione, cui dyabolus

Castitatem commendat auctor CAROLO pr.

lus comes affiftit, reproba proles expectatur, & perpetua anime dampnatio preftolatur. De cunctis ueftram, quam in fanctimonia accepiftis matrimonii, exiftimate pulchriorem, illam fororem, illam fponsam, illam amicam aftringite uoto & fide: sicut accepiftis unicam; ita ametis unicam, idem quam feruaretis hofti; ferueris forori & uxori. Ad communem fidei obferuantiam uos agnofcatis aftrictos, paranimphis ac cubiculariis utamini caftis. Non inuigilent ad oftia cafti contubernii: qui omni tempore meretricum fcortis infident. Si thorum immaculatum uos obferuare delectat: feruulos & ancillas honeftos ueftris preficiatis cubiculis. Lenones tamquam piorum corruptores mentium, a uobis retro abeant. Sed nec ioco aut ferio quicquam thoro immaculato obnoxium, ubi meretrices iacere prefumant in medium. Itaque fi mores patris optimos affequi fuaferimus: aduerfos tamen quosque refpuendos comprobamus. Neque enim filius portabit iniquitatem patris, fi fuarum minime fuerit imitator culparum. Dominum noftrum *Ihefum* Chriftum, patrem ueftrum & creatorem Deum per omnia fequi uacetis. Ipfe qui uobis felicia dedit initia optimo & profpero fine quoque apud uos claufis fuam hic uobis gratiam daturus & poftremo uitam fempiternam. Ex Cabilone die fecunda menfis Nouembris anni domini millefimi CCCC. quinquagefimi fecundi.

Vitia parentum non imitanda a liberis.

Datum ex Cabilone d. 2. Nou. 1452.

EXPLICIT.

LIB.

LIBER II.
CHRONICON BOHEMIA
ad an. CIↃ CCC.

Incipit Chronica Bohemica

CAP. I.

Homines alterum metuentes diluuium, *turrim Babylonicam* exstruere conantur,

sed a Deo ideo *eorum lingua* in LXXII. diuisa.

Tunc, iuxta auctoris opinionem, etiam *Slauonica* orta.

CVm filii hominum in agro S
post diluuium non recolen
mente pertractantes sponsio
factam a deo ad Noë dicen
Nequaquam perdam ultra aquis d
omnem carnem, sed ponam arcum m
in nubibus coeli, & erit signum foe
inter me & terram; ac penitus diff
deo, prae timore iterum futuri di
ciuitatem & turrim maximam constr
niterentur, omnipotens Deus, ins
tiam eorum redarguens, & magnific
suae diuinae potestatis ostendens in
loco linguas eorum diuisit in septu
idiomata. Et inde nominata est tu
eadem *Babel*: quod interpretatur *lingua*
confusio. Ibi etiam unum Idioma *Sla*
cum, quod corrupto uocabulo *Slawon*
dicitur sumsit exordium, de quo g
eiusdem idiomatis Slowani sunt uocati
eo, quod lingua eorum Slowo uerbum
Slowa uerba dicuntur. Quamoprem a
bo uel uerbis dicti idiomatis uocati Slow

CA

CAP. II.

De Progreſſione eorum & adeptione regionum.

IGitur praefati Slowani recedentes de campo Sennaar tranſeuntesque per Chaldaeam, uenerunt ad terram ubi nunc habitant Greci. Deinde progredientes quoddam bracchium maris intrant, mare maius prope Biſanciam, quae Biſancia nunc Conſtantinopolis nuncupatur, intrauerunt terras, uid: Bulgariam, Ruſſiam, Seruiam, Dalmaciam, Charwaciam, Bosnam, Karinthiam, Iſtriam, & Carniolam, quas in hodiernum diem poſſident. Tandem in Charwacia fuit quidam nomine *Czech*, qui propter homicidium perpetratum in quendam magnatem partium earundem, Charwaciam derelinquens, cum fratribus & conſortibus ſuis iuit quaerere, in qua ſecurus poſſet exiſtere, patriam ſibi nouam, & de loco in locum progrediens, tranſiuit Danubium, ab inde uenit in prouinciam, quae modo Boëmia in latino in Teutonico Bemen uocatur. Dicitur enim Boëmia a *Boh*, quod eſt deus interpretatum in lingua Slawonica. Et ideo a nomine dei hac interpretatione Boënii dicti ſunt. Czecha uero in lingua Slawonica ſecundum nomen primi habitatoris dicta eſt. Qui Czech cum fratribus & conſortibus ſuis dictam terram absque incola, totam prouinciam eandem repletam nemoribus & feris reperiens, locauit ſe ſuper quendam montem, qui communi uocabulo RZYP nominatur;

Slauorum profectio e *Chaldaea* per *Graeciam* & *Pontum Euxinum* in *Ruſſiam* & alias terras.

CZECHVS, ob homicidium perpetratum, cum fratribus ſuis fugit & uenit in *Bohemiam*.

Bohemia ita dicta a uocabulo Slauonico *Boh* i. e. deus; hinc *Boënii* eius regionis incolae uocati ſiue *dei filii*. *Czecha* etiam dicta Slauorum idiomate.

natur; quod in latino respiciens dicitu
Nam ab eodem monte respici potest magn
terrarum circumquaque planicies. Estqu
mons item inter flumina Albeam, Wltawi
& Egram; ibi inceperunt primo colere te
ram. Ibi enim in primordiis comedeba
glandes & fructus syluestres, feras & pisces
frumentum nec semina habentes, uinum
siceram non bibebant, sed lympham pota
bant. Omnia eis communia erant etiam
uxores, & perisomatibus erant induti, nih
de aliqua lege sciebant, sed uiuebant leg
naturae. Frater seu consors eius nomin
Lech, qui secum uenerat, transiuit Alpes ni
uium, quae diuidunt Boëmiam & Poloniam
Et cum uidisset planiciem maximam usqu
ad fines maris, ibi se locauit & genere su
populauit. Sciendum est, quod in lingu
Slauonica campi plani *pole* nuncupantur,
ideo nominata Polonia, quod campestri
planicies interpretatur. Deinde suo gener
crescente Russiam, Pomeraniam, Cassubiam
usque ad regnum Daciae, & confinia mar
tima septentrionis, & totam terram Russia
impleuerunt & eam locauerunt. Alii d
Boëmia transierunt super flumen Morauiae
& ibi Regionem, quae terra Morauia dici
tur, colere coeperunt. Et similiter Misnam
Budissinensem & Lusaciam principatu
locauerunt. Istae autem omnes regione
erant siluae & incultae hominibus, quas
Slowani praedicti, omnes coluerunt & si
hodierna die in eis habitant.

Bohemorum ueterum uiuendi ratio;

erant *anomi.*

LECHVS *Poloniam petit*

Polonia a uerbo Slauonico *pole* i.e. planicies dicta.

Misniae & *Lusatiae* principatus a Slauis conditi.

CAP

CAP. III.

De ſublimatione rectorum.

POſtquam per multa tempora ſic uixiſſent, ut ſimplices homines in ſua paupertate, inuidia diaboli, cum omnes uidiſſet ditari, poſuit cupiditatem, & malitiam in cordibus ipſorum, ita quod, pro agris & bonis, coeperunt inter ſe rixari, & homicidia & alia mala perpetrare. Et ſic neceſſe erat, quod ad aliquem recurrerent, qui eos ſedaret; tunc receperunt quendam uirum ſapientem & probum, in iudiciis ueracem, & complanatorem rixarum, diuitem & opulentum, *Krock* nominatum, qui primum fortalitium fecit in Boëmia in loco qui dicitur Stebna. Aliqui etiam ferunt quod habuerit fratrem, ſeu parentem, qui *Crack* nominabatur, qui in Polonia caſtrum, & ciuitatem Cracouienſem edificauit & ſuo nomine *Krakow* nominauit. Iſte praenominatus *Krock* rexit diebus ſuis feliciter terram Boëmiae non tanquam princeps, ſed tanquam iudex electus a populo.

Priuata *Bohemorum* diſcordia eos neceſſitat, ut eligant ſibi principem.

CROCVS primus iudex aut princeps ab eis conſtituitur.

Poſt obitum uero reliquit tres filias: primogenitam Brelum, quae aedificauit caſtrum Brelin & illam prouinciam exaltauit. Illa fuit perita in omni medicina & cognoſcens herbas, de infirmitatibus homines curabat. Secunda *Tecka* nominata, quae caſtrum Tetin ſecundum ſuum nomen aedificauit. Illa ſortilega & auguria magna fuit, ita ut furta & ea, quae accidebant hominibus, ſuis diuinationibus, reſciebat. Ideo tota illa prouincia, dum aliquis aliquid per-

Iſta uocatur THERBA ſiue THERBIZA ab *Aenea Siluio*.

debat furto, uel aliter referebat ad eam,
illa eis perdita totaliter indicabat. Terti
Lobussa uocata est. Illa alias praecelleba
Nam erat Sibilla & spiritum phitonicu
habebat, & praesciebat & narrabat futur
Haec erat in iudicio superior omnibus m
tis moribus & opere. Illam prouinci
Boëmica sibi iudicem constituit loco Kroc
patris sui, quae aedificauit castrum Wyss
graden primo, & rexit totam terram mult
per tempora. Postea duo magnates Boëmi
habuerunt inter se rixam maximam pro qu
busdam possessionibus suis & sic uenerun
coram dicta Libussa in iudicio astante po
pulo. Ipsa uero perscrutans factum iust
iudicauit, & uni eorum iustitiam attribu
Tunc alter, qui condemnatus fuerat se
potentior in diuitiis, exclamauit uoce m
gna: Heu! miseriae populi nostri, quo
omnia regna & principatus reguntur p
uiros, nos autem per mulierem. Tu
omnis populus exclamauit, principem p
stulamus uirum, qui nos regat sicut & ali
nationes reguntur. Ipsa uero silentium in
ponens, ait: Crastina die ad me ueniatis,
fiat uoluntas uestra. Tunc crastina die co
uenientes uenerunt ante eam, ipsaque e
sic allocuta est: In pietate & amicitia u
molliter & suaue rexi sicut mulier. Nu
uero habebitis principem prout post
lastis, qui domabit capita uestra cu
uirga ferrea, & iudicabit uos secundu
uoluntatem suam, cuius uoluntati ausi n
eritis contraire, & exaltabit inter uos, qu
uoluerit, & alios deprimet. Ipsi aute

Post eius obitum filia LIBVSSA Bohemorum gentem gubernat.

Sed *Bohemi*, pertaesi muliebre imperium, sibi *regem* exposcunt.

LIBVSSA adsentitur illis coacta & futurum regem, *arte diuinatoria*, indicat.

unanimiter clamabant: Volumus principem habere uirum. Sed quia dicta Libussa Sibilla erat, & phitonissa, rogauerunt eam, ut consilium iis daret, quem principem eligere deberent. Ipsa uero ait eis: accipite equum meum, & imponite sibi uestimenta regalia, & deponite frenum, & ad quemcunque uirum ibit & ibi steterit, illum recipite uobis in principem. Et hoc do uobis signum; uidebitis eum super mensa ferrea comedentem; feceruntque iussa dominae, & recedentes de Wyssegrado secuti sunt equum, qui iuit per campos & montes, & uenerunt secunda die prope uillam *Stadio*, quod interpretatur locus gregum, distantem Wyssegrado quasi decem milliar: super flumen Brelin. Ibi inuenerunt hominem, nomine Przemisl, quod interpretatur praemeditans, arantem in agro cum duobus bobus uariis, qui continet in longitudine, & latitudine duodecim passus, rotundus, & iugo in totum albo agro circumferentialiter circumdatus, & locuti sunt ad uirum: Princeps noster es, solue boues, adscende equum, & uade ad solium quod tibi praeparatum est. Nam populus Boemorum te & tuos posteros in principes sibi elegit. Ipse itaque his auditis soluens boues, qui statim euanuerunt, quando intrarent in quandam rupem integram absque omni scissura. Et statim fixit in terram uirgam, cum qua stimulabat boues, quae subito floruit, & tres ramos de se emisit, portantes fructum maturum nucum. Duo uero rami statim exarefacti sunt, & tertius creuit,

PRZEMISL, agrum suum colens, ad regnum inuitatur.

Portenta quaedam enarrantur, quae tunc dicuntur euenisse.

& dilatatus est ualde, prout usque in hodi
ernum diem uideri potest, fructum nucum
annis singulis, producens. Cuius fructus pe
multos annos non deperit, nec putresci
nec etiam unquam nucibus in eisdem ue
mis inuenitur. Tunc etiam praefat
Przemisl recepit aratrum, & posuit supe
uomerem panem & caseum, & comedi
desuper. Quod cum uidissent barones, qu
uenerant, recordati sunt de hoc, quod ei
Libussa dixerat, de mensa ferrea & de bo
bus, qui euanuerunt, & de uirga florente
& portante nuces admirati sunt, sed subti
cuerunt. Et postquam comedisset Prze
misl ascendit equum & iuit cum eis. Prae
fati itaque nuncii, cum essent in uia inter
rogauerunt eum: si fas esset, ut diceret ei
quidnam esset, quod uirga sua floruit, tre
ramos emiserit, & quod, duobus exare
ctis, tertius creuerit & dilatatus est uald
& nuces produxerit? respondit princeps
descendent de lumbis meis tres, duo are
scent cito, tertius uero princeps & princ
patus eius in altitudine & latitudine gl
riose florebit, & fructus magnificos facie
Etiam dico uobis, quod si permisissetis, m
agrum, in quo arabam perarasse, gen
meum masculinum semper in isto princ
patu remansissent. Sed quia ante temp
uenistis genus meum masculinum defici
Et in hoc do uobis signum, genus tale d
periet, nepos uindicabit auum. Tulerat e
iam secum dictus princeps calceos, & c
turnum, de subere factum, de quibus inte
rogatus cur secum duceret? Resp. ut uid
a

Ille interrogantibus legatis, quæ manifestarent per ea numina, explicat.

PRZEMISL. calceos suos asseruat, ut admoneantur sui posteri auitae paupertatis.

ant posteri mei, quod sint de paupertate in principatus solio locati. Ea uolo facere seruari in perpetuum in castro Wyssegraden, nec putrescent, & ne superbiant, quia superbi propter demerita humiliantur & humiles, propter uirtutem, exaltantur, que hodierna die in ecclesia Wyssegradensi seruantur. Nam in uigilia coronationis Bohemiae processionaliter obuiam euntes canonici & praelati futuro regi calceamenta induunt, & coturnum humeris suis imponunt, ut memoriam habeat, quod de paupertate uenerit & non superbiat. Et sic transeuntes Przemisl cum comitiua sua peruenerunt atque in Wyssegradum, ubi solennitur a Libussa & omnibus baronibus in principatus solio collocatus est, & Libussae per matrimonium copulatus est.

LIBVSSA ei nubit.

CAP. IV.

De aedificatione castri Pragensis.

LIBVSSA uaticinatur de urbe *Praga*.

PRaeterea quadam die Libussa praedicta Sibilla cum marito suo, & magnatum adstante multitudine in castro Wipsegraden uaticinata est sub his uersibus:

Vrbem conspicio fama cuius sidera tangit
Et locus in silua uilla quae distat ab ista
Terdenis stadiis, quae Witawa terminat undis.

Hunc quippe locum ab aquilonari parte munit ualde profundus riuulus Bruska nomine & ex australi parte quidam altus & latus mons, petrosus ualde a petris Petrzin nun-

nuncupatus qui, altitudine sua, super alia loc ibidem eminet. Cuius loci mons - i modum Delphini, marini porci, tendens us que ad praedictum amnem Wltawe. A quem locum cum perueneritis, primum hominem, quem inueneritis, aloquamin & quicquid uobis de primo uerbo respon derit, sic praedictum locum appellabitis & ibi castrum mihi aedificabitis eiusdem no minis. Tunc missi, iussa dominae suae im plentes, peruenerunt ad dictum locum & ibi inuenerunt hominem, lingnum fabri cantem; quem interrogarunt: quid operas. Qui ridens dixit: Limen qui locum statin signantes praeparauerunt aedificia castri quod Praha i. e. limen lingua Slauonica uo carunt. Reuersi autem ad dominam suam Libussam, munciarunt ei, quae facta fuerant. Illa autem, bene actum est, nam ad humil limen etiam se magni domini inclinant sic que, ex euentu rei, aedificatum castrum *Pra ha* uocatum est. Vaticinauitque iterum dicta Libussa de huiusmodi castro dicens de hoc castro in futurum adscendent duae oliuae aureae, quarum cacumina penetra bunt septimum coelum, & per totum mun dum signis & miraculis corruscabunt. Ha etiam in hostiis & muneribus adorabun omnes tribus terrae Boëmiae & reliquae na tiones. Vna ex eis uocabitur maior glo ria, altera exercitus consolatio, quod in futurum euenit post multa tempora. Nam glorriosus princeps, regni Boëmiae inclitus martyr, Wenceslaus, quod *Wazlaw* lingua Slauonica dicitur & interpretatur *magna gloria*

Vnde haec urbs suum nomen acceperit?

LIBVSSA de S. WENCESLAO oracula edit.

gloria & B. Woytiech martir secundus, Pragensis Praesul, cuius nomen interpretatur, *consolatio exercitus*, in dicto castro floruerunt, tam praesul in spiritualibus, quam princeps in temporalibus, sic pertranseuntes temporalia; quod cum palma martyrii adepti sunt regna coelestia. In dicto etiam castro tot corpora & reliquiae sanct. apostolorum, martyrum, confessorum, & uirginum & aliae reliquiae passionis dominicae & gloriosae uirginis, matris Mariae reconditae sunt & deuotius uenerantur, quod Christi fideles ad limina sanctorum dignitas presidet tam in iudicio spirituali, quam etiam temporali, ex regno & multis prouinciis ac uniuerso orbe concurrunt, ideo non immerito castrum praedictum Limen uocatum est quod lingua Slauonica *Prah* dicitur, & corrupto uocabulo ab alienis Praha uocatur.

CAP. V.

De legibus & statutis Boëmiae.

Consilium iniuit Przemisl princeps magnus cum Libussa Sibilla phitonissa coniuge sua & condiderant leges & statuta, quibus hodierna die Boëmia regitur. PRZEMISL & LIBVSSA leges praescribunt *Bohemis*.

CAP. VI.

De Aedificatione castri Libiz.

Postea aedificauit Libussa castrum *Libuch* prope castrum, quod nunc colonia super Albeam uocatur. Ibi LIBVSSA in castro LIBVCH sepulta.

poſtobitum ſuum ſepulta eſt. Quod c
ſtrum Libuch poſt multa curricula temp
rum fuit nobilis comitis nomine Slawnic
patris ſancti Woytiech, qui ibidem cu
uxore ſua aeque nobili, matre dicti S. Wo
tiech ſepultus eſt.

CAP. VII.

De ueſania mulierum & uirgi-num Boëmiae.

WLASCA affectat poſt LIBVSSAE obitum *regnum.*

DEfuncta Libuſſa & ſepulta in dicto c
ſtro eleuauit ſe in faſtu quaeda
uirgo nomine *Wlaſca* quae cupic
tate dominandi, prout quondam *Libu*
domina ſua rexerat, conuocauit ad ſe ali
dominas & uirgines, dicens eis: domi
noſtra *Libuſſa* rexit iſtut regnum dum uiu
ret, quare ego non regerem una uobiscu
terram & regnum? Nam omnia ſecreta ſ
ſcio, & ſortilegia & auguria ſororis ſu
Tetze, & medicinas & herbas, ſanitates
infirmitates agnoſco, uelut Brela ſoror ei
quia ualde eis incubicularia fui. Sic nu
uultis mecum coniurare, & me iuuar
ſpero, quod dominabimini uiris in omn
bus. Tunc ſingulae reſponderunt: Plac
nobis ſumme, quod dicis. Tunc de
iisdem uirginibus confectum potum,
odio haberent maritos, fratres & amic
& quicquid maſculini ſexus eſſet. Illo
iam tempore equitabant uirgines & mul
res ad uenationes & alia loca, ſe exercita
tes ut uiri. Tunc uidit Przemiſl pr

PRZEMISLAI *uiſio*

& uates in uiſione, quod puella cum n
pue

puellis adſtantibus miniſtrabat ſibi calicem plenum ſanguine. Et cum uidiſſet hanc uiſionem, conuocauit magnates, ſeniores principaliter, dicens eis; uiſione aſſerens, quod timeret magnum ſcandalum euenire mulieribus & puellis, adiungens, quod nimis dabant eis de libertate. Cuius uerba ipſi pro ridiculo habuerunt; ideo non curarunt, nec eis prohibuerunt exercitia uirilia. Tunc dicta Wlaska timens ne negotium proderetur, conuocaui titerum uirgines & mulieres & dedit eis iterato potum confectum bibere cuius praetextu adeo oderunt maſculinum genus, quod eis de uita amplius non fauebant. Haec etiam Wlaska per miniſtras ſuas totum potum miniſtrauit per totam terram. Et, conſilio poſtea habito cum aliis uirginibus & mulieribus, tractauerant quod certa die & hora, dum uiri dormirent, omne genus maſculinum interficerent, & equos eorum reciperent, & armis eorum ſe praecingerent, & poſtea conuenirent in campo eis praefixo ſimul omnes, quod & factum eſt. Et cum ſe congregaſſent armatae, poſtquam interfeciſſent uiros obſederunt ducem Przemisl in caſtro Wyſegraden & caſtrum ex oppoſito ſuper forti cacumine montis contraxerunt quod *Diewin* uocarunt ſuo nomine. Puellae enim nominantur *Diewitzae* & ex nomine puellarum uocatum eſt caſtrum *Diewin*. Ipſae autem ita fortes & potentes fuerunt, quod uiri in campis eis non potuerint obuiare, nec earum potentiae reſiſtere.

de puella ſibi calicem, *ſanguine repletum*, offerente.

Mulieres *Bohemicae* omnes uiros occidunt.

PRZEMISL *ducem obſident* caſtrumque *Diewin* aedificant.

CAP.

CAP. VIII.

De regimine foeminarum & in terfectione uirorum.

POstquam autem *Wlaska* aedificasset c strum Diewin & se, cum puellis sui congregasset ibidem & locum eunde armis, scutis, gladiis & arcubus muniisse uiri magnates terrae Bohemicae cum com militonibus suis uenerunt coram duce Prz misl in Wyssegradum, aientes: quid p timur talium dominationem foeminarun deliberauimus cum eis pugnare uel castrur earum Diewin obsidere. Quibus respon dens Przemisl dixit, quod spiritum uat cinatiuum habebat: uobiscum non uadam quia omnes debellabimini, & ego cum c gnatione mea, si interessem, eodem bel perirem. Ipsi tamen praefati magnates, n attendentes uerba ducis, processerunt cu tota potentia eorum, ante castrum Diew Cum haec uidisset Wlaska princeps earu allocuta est alias puellas rememorans, qu Amasones contra Tyrum & Alexandru bella obtinuissent, & quod puellarum p tentia adhuc uigeret in regno Saba & al prouinciis Amasonum, sub quarum po state uiri adhuc essent in illis regionib constituti. Et haec talia proferens, pot hortabatur eas mortem subire, quam in p testate uirorum subsistere. Cui unanimi consentientes puellae, ad arma ruunt se p rant ad proelium, castri portas aperiunt exeunt ad campos, tanquam leaenae melicae, humanum sanguinem sitientes,

Bohemi aduersus hasce mulieres *bellum* parant;

ic cum impetu armis protectae incautos ruunt in uiros, ubi *Wlasca* siquidem gladio uo septem uiros peremit in praelio, quam secutae sunt capitaneae exercitus eiusdem, *Mlada*, *Hodka*, *Dwatawa*, *Skadka*, *Czawa*, *Trstina*, illae similiter in uirorum exercitum, impetum facientes, eos omnes in ore gladii perdiderunt. Et sic deuictis uiris mulieres regionem & campos potenter sine obstaculo deuastabant. In illo tempore, sub fraude subdola, inuitabant in treugis uiros in castro suo *Diewin* pulcre & astute dicentes nobilibus uiris & iuuenibus quaelibet per se altera ad alterum: In amore tuo langueo, unde si me habere concupiscis tibi utique sociabor. Ecce etenim secretum tibi pando, quod capitanea mea tali certa die talem uiam equitare dispofuit, ubi si potentior adueneris, poteris me recipere, & eam deuincere. Talibus itaque uerbis fraudulenter postea uiris magnas insidias praeparabant. Nam cum designata peruenissent ad loca, per dictas puellas crudeliter trucidati sunt. Quod in multis baronibus, & eorum familia est perfectum. Quadam uero uice, simulata fide, miserunt ad proceres uirorum dicentes, quod essent attaediatae talis uitae, & quod uellent eis introitum castro Diewin dare. Et sic proceres praedicti uenerunt ad ducem Przemisl praedicta insinuantes eidem, quibus respondit: nolite, inquit, nolite eis accedere, sub falso tegmine alarum decipient uos. Ipsi uero consilia sui principis deferentes, congregauere omnes uiros, quos poterunt, & noctis tem-

Sed a WLASCA & reliquis *ad unum omnes ceduntur.*

Multi nobiles ab illis *per insidias* trucidantur.

tempore per locum, quem eis dictae puellae monstrauerant, castrum Diewin intrantes, omnes ibidem per puellas praefatas, quae ex latentibus irruerunt, crudeliter occisi sunt.

CAP. IX.

De traditione & inaudita foeminarum astutia.

STIRAD, nobilem uirum, astu capiunt *istae puellae.*

PRaeterea, post tantas puellarum praedictarum insidias, non remanserat baro notabilis in Boëmia, nisi uno *Stirad* duntaxat excepto, uir prouidus & multa probitate praeclarus. Qui dum ad quandam discordiam complanandam ire deberet & hoc dictae puellae, missis speculatoribus, praesciuissent, magnum & crudele facinus ordinarunt. Nam quandam pulcherrimam puellam nomine *Sfirken* in quadam sylua maxima cui inerant quam plurimae, ligauerant ad arborem, ponentes uasculum medonis ad latus eius cum tuba uenaticia, ut dum dictus *Stirad* iter suum faciens locum declinaret eundem, ligatae puellae uerbis fallacibus tam ob liberationem eius, quam medonis haustum ex mora retractus ibidem ac per earum flatum & sonitum uersuciis eorum fallaciis ex latentibus insidiis, quibus aduentum eius ferocius expectabant, ut hunc famosum procerem, quem solum timebant superstitem interimerent. Et sic cum *Stirad* praefatus praedictum peruenisset ad locum, puella ligata uociferans exclamauit: mi domine, en! crudeles huius terrae puel-

puellae, ex eo quod earum nolui consortio adhaerere, me istam impiae ligarunt ad arborem, te tua, ut me soluas earum de manibus, moneo probitate. Nam audito tuo potenti transitu fugierunt ex metu, & sic sola duris crucior ligaturis. Dictus autem *Stirad*, misericordia motus, suo descendit ab equo & eam disligans compatiendo sibi spondebat, quod eam ad parentes eius reduceret, prout ipsa rogabat. Quae taliter liberata, rogat eum calide, ut parum quiesceret, & de apposito medone potaret. Quo facto rogauit, ut & tubam ibi repertam sufflaret. Qui recipiens tubam ipsam intonuit, & sic foeminae, quae erant in abscondītis resciuerunt, dictum *Stirad* iam prout conceperant, aduenisse & statim super ipsum irruerunt, & omnes quoslibet occiderunt, ipsum *Stirad* captum ad propria reduxerunt. In dicta uero stricta ualle auditi sunt multi daemones illa hora ridere de magna malitia puellae *Sarka* & complicum eius & ideo dicta uallis sita retro Brewnomens. coenobium hodierna die Sarka, a dictae puellae nomine, nuncupatur. Deinde pessimae puellae praefatae dictum *Stirad* ante castrum Wyssegraden in conspectu principis Przemisl crudeliter rotae supplicio necauerunt.

ab eis c... *delissime* necatur.

CAP. X.

De inhumana foeminarum saeuitiam in uiros exercuerunt, ...aliter eorum infaustum ...egimen Boem. exspirauit.

Cum

Pollicem recens natis masculis abscindunt.

CVm ita iam autem amplius haberen foeminae potens obstaculum, con uocarunt omnes maiores inter ea & dictum fecerunt, quod omnis masculu statim dum nasceretur in mundum, pollic truncaretur. Et simul sententiae orbatio nis dextri oculi subiacent, ut, abscisso pol lice uibrare gladium impotentes existeren & etiam oculo priuato ad omnem defensio nem & inuasionem redderetur ineptus. In super statuerunt, ut earum quaelibet uiri libus amplexibus, pro suae uoluntatis libi to, uti posset, & ad modum prout olim Amasones, ad beneplacitum suum, in regno Saba uiros habere consueuerunt. Qua sententias & edicta uiri prout superstite audientes, recurrebant ad Przemisl prin cipem suum petentes desuper consilium, unanimiter dicentes, quod nisi consuler in talibus, & etiam opportuno remedi prouideret, de cetero se dictarum foemin rum totaliter subiicerentur ditioni. Prae fatus itaque Przemisl his auditis, inito con silio, misit in castrum Diewin ad puell praefatas, aiens: iam oportet me subiici u stro dominio & castrum Wyssengrad i uestram tradere potestatem. Ideo ad acc piendam possessionem eius placeat uob puellas mittere, quas uidebitis expedir Quod cum praefatae puellae audissent sub to meliores de suis cum multa poten Wyssegradum miserunt, ad castrum; qu cum ibi uenissent, parata quaelibet uid necessaria inuenerunt. Quae cibum & p tum auide ualde sumentes, ebrietatae si

Matrimonia colunt communia.

PRZEMISL per dolum legatos ad eas mittit, promittens se imperium earum susce pturum.

ui

uino proregnante. Quo facto dictus Przemisl statim de latibulis dispositos uiros emisit, & eas omnes occidi mandauit. Viri uero, qui hoc effecerunt, acceperunt earum equos & arma, & ad aliarum interitum se fortiter animarunt. Quae cum audisset Vlaska princeps earum, furia accensa exiuit de castro Diewin cum illis duntaxat, quae eam secutae sunt. Et cum uenisset ante castrum Wyssegraden, uiri armis puellarum muniti, sibi intrepide restiterunt. Ipsa uero attendens, quod cunei armatarum foeminarum eam absque medio sequerentur, cum sequacibus suis audacter irruit in uiros, & ibi ipsa cum eis interfecta est in prima acie. Et cum aliae foeminarum turmae huiusmodi belli peruenissent ad locum, uidentes primam aciem debellatam, uaecordes effectae sunt, quas uiri uiriliter insequentes conuerterunt in fugam, & eas sequentes usque ad castrum Diewin & cum eis intrantes in castrum quotquot inuenerunt, gladio necauerunt; & sic fatua guerra foeminarum in Boëmia defecit. Septem autem annis regnauerunt foeminae in Boëmia. Sed multis honestis matronis uirginibus & mulieribus ista displicebant, & detestabantur enormitates earum, quibus nullus imputet sapiens praefatarum furiosam insaniam mulierum.

Diewin a uiris occupatur.

VII. annis durat ista mulierum *respublica.*

CAP. XI.

De successione generationum Przemislai primi principis Boëmiae.

NEZAMISL uecedit PRZEMISL suo patri.

PRzemisl princeps & magnus uates, cum permulta tempora rexisset populum Boëmicum mortuus est; cui successit filius suus Nezamisl quod nomen nihil excogitans interpretatur. Ipse enim nil excogitauit noui, sed in lege paterna mansit diebus uitae suae in pace, quod populum suum rexit. Cui filius Mnata successit in pace regens defunctus est. Cui etiam successit filius eius Woyn, qui Woyn duos filios habuit uid: Wneslaum & Wladislaum inter quos terram Boëmicam diuidens Wneslao Pragam & ducatum Boëmiae donauit, Wladislao uero Lucensem, alias Sacensem prouinciam distribuit. De Wladislao uero postea Wlatislaus successit qui, successu temporis, cum Neklam duce Boëmorum bella commisit, prout in sequentibus tractabitur. Huic iterato Wneslao post successit filius eius Grzesomysl. Isti omnes in pace rexerunt terram, nec inueniuntur acta illorum magnalia conscripta. Post filius Grzesomysl dictus Neklam rexit terram cuius nomen *non punitus* interpretabitur. Nam nomen bene competebat, quia adeo timidus erat, quod in nullo usu armorum esse poterat uel uolebat. Ipso uero praesidente in regimine duos filios habuit unum Hostwig alterum Diepoldum. Hostwig post mortem assignauit ducatum Boëmiae: Diepoldo uero prouinciam Zlicensem, quae Snamensis dicitur deputauit. Cuius etiam tempore Wlatislaus dux Lucensis quae prouincia nunc Sacensis nuncupatur maximas guerras Boëmiae fecit; & mul

Variorum principum *Bohemiae* successiones referuntur.

pro

proelia contra eos obtinuit, quamuis esset de genere principum Boëmiae, & Ducatum suum in Boëmia obtineret, & inter alia bella, ultimum bellum suum sequitur.

CAP. XII.

De ultimo bello Wlatislai ducis Lucensis.

INter Lucenos & Boëmos in campo, qui dicitur *Tursko* factum est bellum. Vnde sciendum, quod tunc Luczana prouincia, quae nunc Sacensis uocatur distincta fuit quinque prouinciis locorum, prima situm habens circa riuulum uocatum ex nomine *Gymma*. Secunda ex utraque parte *Vzka*. Tertia per circuitum torrentis *Bwtuzta*. Quarta syluana dicta fuit, sita infra terminos fluminis *Mza*. Quinta in medio eorum *Luca* dicebatur, pulcerrima uisu, & usu fertilis, nomen traxit a re quia Boëmice Luca dicitur pratum. Huius regionis homines, antequam Sacensis aedificata fuit, Luzani uocabantur. Illis praefuit dux nomine *Wlatislaus* uir bellicosus, ac in consiliis multum dolosus, hic condidit urbem, quam nomine suo appellauit *Wlatislaw* inter duos montes *Menduz* & *Sprypeck* in confinio duarum prouinciarum, uidelicet *Saline* & *Lithomerziz* quam praecinxit muro & firmauit ualde. Hic mouit bellum contra Boëmos, & inter suos tale statutum fecit, quicunque de suis gentibus habens in statura ultra longitudinem gladii & iussus non ueniret ad pugnam, capite truncaretur dein-

Bellum intestinum inter *Bohemos* & *Lucenos* oritur.

WLATISLAVS suos sub graui comminatione, ad bellum conuocat.

Adhortatoria eius ad milites *oratio.*

deinde suos his uerbis allocutus est: O milites quibus ultima in manibus est uictoria, olim non semel uicistis. Iam actum agitis. Non opus est armis, aut arma ad speciem militiae iam portare, sed potius falcones, nisos & crodios aliaque uolatilium genera, quae ad ludum & iocunditatem pertinent, uobiscum tollite quibus carnes inimicorum nostrorum, si forte sufficiet, dabimus ad edendum. Nam sine dubio ad ubera matrum suarum, loco filiorum, catulos ponam, & infelices exterminabo uicinos. Interea quaedam mulier habens priuignum, filium suum sic alloquitur: Scio Boëmorum gentem obtinere debere uictoriam, & ad finem, ut tu solus possis euadere, dabo tibi consilium. Primum quem in bello aduersantem hostem habueris interfice, & abscissis utrisque auribus eius, in peram tuam mitte & inter utrosque pedes in modum crucis euaginato ense tuo . . . . & hunc equum adscendas & curras, uertas retro, nullatenus respiciens; uix solus poteris euadere; aliis omnibus interfectis. Ille uero sciens nouercam plenam esse spiritu pythonico, hoc ipsum se facturum promisit & fecit. Erat etiam eodem tempore quaedam mulier pythonissa quae Neklam duci Boëmorum & gentibus suis consuluit, ut placarent deos per immolationem asini, quem persuasit interfici & in multas partes diuidi atque ab uniuerso exercitu sic consumi: Quod ad persuasionem mulieris factum est. Interea cum dux Boëmorum *Neklam*, ob nimiam pusillanimitatem, nec bello interesse, nec etiam cer-

Mulier quaedam uatidica *Bohemos* uictores fore, praedicit.

NECKLAM *Bohemorum* dux diis suis asinum immolat, pro obtinenda uictoria.

tari

tari arderi ausus est, uocauit ad se secrete quendam militem suum nomine *Ber* probum, bellicosum & fortem illumque armis suis, paucis scientibus, induit, & ipsum super equo suo posuit, iniungens sibi, quod aduersus hostes in persona sua bellaret suosque ad pugnam praecederet; quod ille granter se facere promisit & fecit, praecessitque exercitum suum & uenit ad campum condictum prior cum suis ad quendam collem, eminentem in medio campi: Dux uero Wlatislaus similiter uenit ab alia parte cum exercitu suo, & solutis uolatilibus, cum eorum multitudine aërem impleuit, deinde bellare inter se incipiunt & miles quidem, qui sub armis & persona Neklam ducis sui, ad bellandum uenerat, suos ut fortiter se defenderent admonuit, & si contingeret, eum interfici in colle eiusdem se sepeliri praecepit. Et sic saeuissimus in hostes saeuit; & omnibus interfectis cum suis uictor extitit, & in eodem bello multis uulneribus sauciatus, mortuus est. Qui locus hodiena die nominatur bustum robusti militis; & sic ab illa parte omnes interfecti sunt, illo solum excepto, qui ad informationem nouercae suae de bello fugerat, qui etiam domum suam rediens, inuenit mulierem suam mortuam esse, quam dum inspexisset, comperit ipsam uulneratam in pectore & auribus carere, & recipiens de pera auriculas eiusdem uxoris suae fuisse comperit, eius quidem, quem in bello primum aduersarium suum interfecerat. Boëmi uero, intrantes terram illam,

forte legendum, *certaminis ardori.*

Ber iste uocatur *Tyro* a Cosma lib. I. chron.

Luceni seu *Lusati* omnes a *Bohemis*, in hac pugna, occiduntur.

deuaſtauerunt eam & deſtruxerunt ciui-tatem eius, nihil in ea penitus dimittentes auferenteſque ab eadem terra ſpolia multa. Et inter alia inuenerunt apud quandam ue-tulam filium dicti Wlatiſlai ducis Lucenſ. & attulerunt Neklam principi ſuo, qui pie-tate motus ſuper puero, eum occidi no-luit ſed urbem, nomine Dragus, in plano loco conſtruens, ſuper ripam fluminis *Obrzie* v. Egre, iuxta pagum *Poſtoluprtz* ubi nunc eſt coenobium S. Mariae uirginis, tradidit ea-dem puerum cuidam nominato Durinko, qui fuit degente, eiusque curam ſibi geren-dam commiſit. Nam & idem Durinkus, uiuente Wlatiſlao, patre ſuo, eiusdem pueri curam, geſſit. Poſtea uero idem Durinkus credens duci Neklam facere acceptum ſer-uitium, puerum ſibi commiſſum duxit ſuper fluuium praedictum *Obrie*, qui fluuius tunc congelatus fuit, glaciemque perſpicuam habuit. Et dum ad locum aptum uoluntatis ſuae ueniſſet; dixit puero: Conſpice, domi-nice, ſub glacie multos piſciculos. Puero uero intuente & adſpiciente ipſum ſecuri quam latenter ſub pallio portauerat interfe-cit & caput eius amputatum inuoluit ſindo-ne munda, portauitque principi ſuo, di-cens: facere uolui te & tuos ſecuros, ne puer mihi commiſſus poſtque ad aetatem perueniſſet adultam, mortem patris ſui for-ſitam uindicaſſet. Ecce hoc caput ſuum tibi praeſento & mercedem inde poſtulo. Princeps uero Neklam cum ſuis magnatibus eodem tempore ſedens in menſa, dum tam grande ſcelus eſſe factum audiſſet & caput fil-

NEKLAM filium WLATISLAI, *Lucenorum* ducis capit;

cuius *educationem* cuidam committit,

iſte uero, per fraudem, *puerum interficit*;

filii praefati Wlatislai conspexisset, obstupuit & una cum magnatibus suis dictum *Durinkum* reum mortis propterea iudicauit, & dixit ad eum: de commisso hoc tuo facinore hoc tibi sit praemium: uel te de alta rupe praecipites, uel suspendas in arbore, uel tuo gladio interficias temet ipsum. Qui Durinkus audiens sui principis sententiam statim desperatus se ipsum in alta arbore suspendit, dicta alno, quae alnus quamdiu stetit ex hoc, alnus seu arbor Duringi nominata fuit sicque principatus & genus dicti Wlatislai funestum exitum habuerunt.

ob quod scelus commissum se, *propria manu*, interficere cogitur.

CAP. XIII.

De successione principum & baptismo primi ducis Boëmiae & Swatopluck rege Morauiae.

POstquam dictus dux Nekiam dies suos complesset, mortuus est, cui successit filius eius Hoswik. Cui similiter successit filius *Borziwoy*, qui primo paganus, sed postea anno domini 894. Baptizatus cum uxore sua sancta *Ludmilla* a sancto Metudio archiepiscopo Morauiae; sub temporibus Arnolphi imperatoris inductione *Swatobluck*, Morauiae regis, in ciuitate Welegradensi. Cui regi Morauiae temporibus illis dux Boëmiae suberat. Eidem etiam regi suberant terrae uid: Polonia & Russia, & erat caput regni Morauiae ciuitas *Welegraden*. Accidit autem eodem anno, quod rex *Swatopluck* contra dominum suum & compatrem *Arnolphum* imperatorem iniuste arma mouisset. Quamobrem idem imperator dominus & com-

BORZIWOY dux anno 894. sacro fonte abluitur cum uxore sua S. LVDOMILLA.

SWATOPLVCK *Morauiae* rex ARNOLPHVM caesarem bello petit,

compater suus cum tota Germania ab una parte, & Hunnis siue Hungaris ab alia uersus eum exercitum congregauit. Rex uero *Swatopluck* uidens, quod imperatori resistere non posset in campis, in medio exercitus sui se furtim abstulit, & secrete equum ascendens, inde aufugit & ueniens in quendam locum in latere cuiusdam montis, *Sembor* nominati; in quo loco tres heremitae tunc habitabant. Ipse uero *Swatopluck* rex, ad finem ut maneret incognitus, equum suum interfecit & gladium suum abscondit, ac dictos heremitas accedens, ignotus ab ipsis in socium receptus & coheremitam tonsus est; habitum assumsit & mansit ibidem cum ipsis, usque dum sensisset sibi imminens periculum mortis & horam. Tunc rex praefatus primo eisdem heremitis manifestauit se, quis esset, & postea subito decessit. Cuius regnum filii eius pauco tempore & minus feliciter tenuerunt. Nam filius suus, qui regnum post eum gubernauit, semel die festiua uolens uenerari prope ciuitatem Welegraden in sylua, quae *Grezen* uocatur, intimauit archiepiscopo sancto *Methudio* ut ipsum cum missa solenni expectaret quousque rediret. Qui sanctus archiepiscopus expectauit usque prope meridiem. Et cum timuisset negligere diuinum officium, missam celebrauit, rege minime expectato. Rex autem postquam a uenatione uenisset & audisset, quod archiepiscopus missam celebraret, & iam corpus dominicum confecrasset; indignatus cum canibus, & uenatoribus ecclesiam intrans, fecit magnum sonitum cum

sed *desperans, de uictoria obtinenda*, ante tentatam pugnam clam se subducit & fit *eremita*.

Filius eius a S. METHODIO excommunicatur.

cum tubis uenatorum, & latratu canum. Sicque usque altare uenit, derisit archiepiscopum sanctum Methudium, & recessit de ecclesia supra dicta. Ob quem despectum & blasphemiam, finita missa, archiepiscopus excommunicauit dictum regem, & posuit interdictum anathema per totum regnum Morauiae; & hoc facto se recepit Boëmiam adducens Borziwoy quem bapziuerat. Quem tunc in fide etiam confirmans abinde iuit Romam, ubi fratrem suum S. Cirillum inuenit, qui prius quondam *Swatopluckum* regem Morauiae praedictum & totum regnum Morauiae baptizauerat, & ipsum S. Methudium post se archiepiscopum dimiserat ibidem. Ille S. Cirillus Morauiam, ad fidem, conuerterat & alias multas Slauonicas regiones. Ipse etiam corpus S. Clementis papae discipuli S. Petri apostoli de marmorea ecclesia, quam angeli sibi olim in mari aedificauerant, iam propter peccata hominum mari exsiccato, corpus S. Clementis de tumba eius recipiens secum Morauiam attulit, & demum cùm de Morauia recederet, iuit *Boëmiam*, corpus S. Clementis secum portans. Quod quidem sanctum corpus in castro Wyssegraden in ecclesia B. Clementis per triennium conseruauit. Deinde Romam adiit cum corpore supradicto, & ab apostolico impetrata licentia ecclesiam fundauit in urbe Romana in honore B. Clementis ibique S. Clementis corpus recondidit. In eadem etiam ecclesia ipse cum fratre suo S. Methudio sepultus est, & ab ipsa ecclesia in hodiernum diem, titulus unius cardinalis de-

Legenda de S. CLEMENTE *episcopo R.*

describitur. Ille etiam B. Cirillus olim uidens duritiam & incredulitatem Morauorum & Slowanorum postulauit ab apostolico, quod indulgere & concedere dignaretur, ut missa & alia diuina officia possent in lingua Slawonica celebrari. Nam non credebat eos aliter in fide posse confirmari. Quae papa petita huiusmodi habuit pro ridiculo, & dum in concilio cardinalium & multorum praesulum desuper tractatum & deliberationem haberet; subito uox de coelis insonuit dicens: Omnis spiritus laudet dominum & omnis lingua confiteatur ei. Tunc papa hoc audito miraculo in perpetuum statuit, quod in lingua Slauonica possent missae & alia diuina officia celebrari: & sic per archiepiscopatus & prouincias Spalatens: Ragusinensem, Madnens: & apud omnes suffraganeos eorum, & multos alios episcopatus tam per praesules, quam sacerdotes missae & alia diuina officia usque hodie in Slauonia celebrantur,

Papa, per miraculum motus, permittit *Bohemis missam in lingua Slauonica celebrare. At, si haec miraculosa uox non gratis excogitata est a R. pontificis satellitibus, cur tunc non, omnibus populis ista libertas concessa? cum ratio ubique sit eadem.*

CAP. XIV.

De exterminio & fine regni *Morauiae* & eius metropoli, ac dicti regni reintegratione eiusque in Boëmiam translatione.

POstquam praefatus rex filius quondam Swatopluck regis Morauiae, excommunicatus a S. Methudio archiepiscopo supra dicto ut praemittitur, modicum tem-

MORAVIAE regni *interitus.*

temporis uixiſſet, perdidit regnum ſuum Morauiae. Quod taliter exterminatum eſt. Nam partim Vngaris, partim Teutonicis orientalibus aut Auſtralibus partimque Polonis diripientibus membratim illud inter ſe, ualida potentia diuiſerunt. Sicque regnum Morauiae totaliter exterminatum, depopulatum & demembratum eſt ac ciuitas Welegradenſis diruta funditus eſt. Et deinceps rex & regnum & archiepiſcopatus Morauiae penitus defecerunt & eſſe amplius ceſſauerunt. Quod tamen regnum Morauiae poſtea poſt 92. annos uid: anno domini MLXXXVI. per Henricum III. huius nominis imperatorem de conſenſu principum imperii reintegratum eſt, & in Boëmiam translatum. Nam idem imperator ducem Boëmiae Wratislaum ſublimauit in regem & Boëmiae regnum conſtituit, faciens de regno Morauiae Marchionatum. Et eundem Marchionatum cum principatibus & terris, Polonia, Ruſſia & multis aliis ducatibus & terris quae temporibus Swatupluck ultimi regis Morauiae, ad regnum Morauiae pertinebant, regno & coronae Boëmiae ſubiecit; prout reintegratio & translatio huiusmodi in ſequentibus uid: in capitulo de uita & regimine Wratislai primi regis Boëmiae plenius declarantur.

Auſtriacis.

HENRICVS III. imp. quem alii IV. uocant regalem Bohemiae adiicit dignitatem, & e *Morauia* marchionatum fecit.

Poloniam, Ruſſiam &c. regno *Bohemiae* innectit.

CAP. XV.

De ſucceſſione primi ducis Chriſtiani Boëmiae Borziwoy.

Dux

BORZIWOY christianae fidei semina, per *Bohemiam*, spargit.

DVx Borziwoy fideliter dilatauit un cum S. Ludimilla martire, uxore su filia comitis *Slawiboriz* de castell *Bzoro* quod modo Welmk dicitur fidem c tholicam in quantum potuit, in principat suo, & feliciter regnauit temporibus su post adeptionem baptismatis. Habuit e iam duos filios *Spitigneum* & *Wratislaum* e dicta uxore sua S. Ludimilla. Post cui Borziwoi obitum Spitigneus filius eius ol tinuit principatum. Et post eiusdem Sp tignei obitum Wratislaus frater suus princ patum rexit. Qui & fundauit ecclesiam S Georgii in castro *Pragensi* ubi sepultus es qui Wratislaus accepit uxorem nomin *Drahomirz* de durissima gente Lucens. sax in credendo duriorem ex prouincia nom nata *Stedor*. Eadem Drahomirz peper duos filios, S. *Wenceslaum*, deo & homin bus propter uirtutes acceptabilem, *Bole laum* uero toti mundo, propter malitiam necem fratris sui, odibilem & execrabilem.

CAP. XVI.

De passione S. Ludimillae.

S. WENCESLAVS *Bohemorum dux*.

CRescente itaque religione christiana i Boëmia postquam praefatus Wratis laus, qui pro Spitigneo fratre su ab hoc seculo recedente regimen Boëmia assumsit, & ex *Drahomirz* uxore sua prae fata S. Wenceslaum & impium Boleslaum filius genuisset: Drahomirz eadem idolorum sectis se per omnia implicabat. Dum itaqu obisset clarissimus princeps Wratislaus

DRAHOMIRZ defunctiWRATISLAI uxor impia;

matr

matri ſuae S. Ludimillae reliquit glorioſum
puerum Wenceslaum & gubernationem pa-
riae. Drahomirz autem uxor ſua nutriebat
ecundum filium Boleslaum impium, & ad
itus gentilium eum ſemper inuitabat. Glo-
oſa igitur matrona & patrona Boëmorum
tima margaritha, nec non primus flos in
oëmia carptus, S. ſcil. Ludimilla, nepotem
um S. Wenceslaum in fide chriſtiana &
cris litteris & eloquiis euangelicis imbue-
at. Tandem pius conſolator Spiritus S.
quefecit cor pueri, & interiora eius inflam-
auit in tantum, ut ab extra ſcintillae ſuae
ditionis fulgerent ſicut lampades inter
ios & iuſtos, & fructus aeternitatis flore-
et, ex melliſluo eius ore. Nam ex prae-
cadione eius illuminata prouincia Boëmo-
m, uirginitatem ſeu caſtitatem portauit
ente & corpore, martyrium ſitiens pro
hriſto non palliauit ueritatem fidei Chri-
nae, ſed palam praedicabat, orationi-
us, uigiliis, eleemoſynis & aliis piis operi-
us ſemper intentus & humilis ſuper omnes
oaetaneos ſuos. Accidit autem, quod
uida Drahomirz, appetens extolli prae
ocru in ducatus regimen, tyrannos peſ-
mos, *Tunnam* & *Gomonem* miſit in caſtrum *mortem*
tim, qui S. Ludmillam ſtrangulantes, mar- *S. LVDOMIL-*
rio extinxerunt, quam Chriſtus torque *LAE parat.*
rea aſſumſit in coelum.

CAP. XVII.
De regimine uita ac paſſione S. Wenceslai.

Deinde

DEinde pessima tyranna fremens fr-
muit in Christi fideles; filius aute
ipsius primogenitus B. Wenceslau
doctrinam & legem christianam sc: aui
suae B. Ludimillae firmiter tenebat, r
uocans christianos dispersos & eis omn
bus pia opera impendebat. Panem & u
num ad sacrificia missarum, proprio lab
re & manibus excolebat, ligna & alia n
cessaria, orphanis, uiduis & pupillis, pr
priis humeris noctis tempore depon
bat. Interea dux Garmensis humili
tem sancti uiri despiciens, terram & du
tum suum cepit opprimere & deuasta
Itaque coactus B. Wenceslaus congrega
exercitu suo, obuiam in campum sibi o
currit ad defensionem gentis suae, que
dux *Garmensis* spreuit cum exercitu suo,
occurrens ei sibi bellum indixit. Qui
Wenceslaus legationes misit dicens: si c
pis ducatum meum, cur interficerentur
bello, quibus appetis dominari. Ego eni
sanguinem tuorum non desidero effunde
re, sed si appetis bellum, me uince solu
& omnibus meis dominare in pace. Si a
tem te uincam, similiter tui sint meae d
minationi subiecti. Audiens hoc dux G
mensis laetanter, sub tali pacto condicit
cum duellum, cautione firmata de praed
ctis ex utraque parte exercituum. Cu
autem peruenissent duces praedicti ad du
lum, stantibus ad spectaculum exercitib
ex utraque parte angeli coelestes comi
bantur S. Wenceslaum & crux fulgura
praecedebat faciem eius. Quum autem h
uidiss

S. WENCESLAO dux *Garmensis* bellum infert;

sed ab eodem *Garmensis* prouocatur ad singulare certamen.

Prodigiosae de S. WENCESLAO narrationes.

uidisset Garmensis dux, prostratus coram eo ueniam petiit. Cui B. Wenceslaus ait: Remeare ad propria & contentus tuis esto. Tua autem non desidero; uade in pace. Deinde B. Wenceslaus uocatus ad imperialem curiam ab imperatore & principibus est honorifice receptus, & ad colloquia & consilia imperatoris inuitatus, tardabat quodam mane uenire propter labores & fatigas nocturnas; quas faciebat in uigiliis & orationibus; ita ut imperator cum principibus putarent eum arroganter pigritare. Et decreuit imperator cum principibus ob hanc caussam eum cum tarde ueniret, in consilio non honorare. Post autem uenit B. Wenceslaus ad consilium imperatoris & principum, imperator uidit duos angelos eum ducentes, & crucem auream in fronte ipsius maximo splendore nitentem. Tunc imperator procidens ad pedes eius ueniam petiit una cum principibus. Postea rogans eum, ut iuberet seu peteret quicquid uellet. Tunc petiit brachium B. Viti martyris, quod imperator sibi dedit. Quo ablegato Pragam aedificauit ecclesiam sub titulo ipsius gloriosi martyris, petens a B. *Wolffgango* Ratisbonensi episc. tunc Boëmorum dioecesano, ut non pigritaret uenire ad consecrationem dictae basilicae. Cui B. *Wolffgangus* ait: Numque, fili, indiges de me? Nam tuam ecclesiam, quam consecrari desideras in metropolitanam uidi erectam & sublimatam coram deo sed nutu tuo ad consecrandam ipsam libenter mittam. Dum quadam uice iret B. Wenceslaus nocturno tempore nudipes

Bohemia tunc pars dioeceseos *Ratisponensis episcopi*.

pes ad ecclesiam hyemali tempore, dum niues & glacies occuparent, miles suus secretarius nomine *Podiuen* eum sequebatur, in cuius pedibus frigus inualuit, quamuis esset calceatus ut tolerare non posset. Cui B. Wenceslaus aiens dixit: Pone pedes tuos in uestigiis pedum meorum, quod & fecit, & calefacti sunt pedes militis ita ut nullum frigus deinceps sentiret. Vestigia autem gloriosi martyris, cruentata fortiter apparebant. Dederat enim se gloriosus princeps Wenceslaus caritatiuae largitati, ut infantes seruiles emeret libertati & Christo faceret heriles, uincula & patibula destrueret, timens ne sanguis proximi iniuste condemnaretur. Multa ueridica futura praedicabat, seu innuebat, unde inter alia reuelata ei exstitit translatio gloriosae auiae B. Ludmillae martyris, cuius corpus, prout reuelatum sibi fuerat, reperit incorruptum. Quod ipse cum magna deuotione honorifice transtulit in ecclesia S. Georgii castri Pragensis.

S. WENCESLAVS *monasticam uitam*, relicto ducatu suo uult eligere.

Deinde B. Wenceslaus appetens coelestia despiciensque terrena, misit legationem apostolico ut monachalem habitum accipiendi licentiam sibi daret, sec: ordinem Benedicti, principatum resignare desiderans fratri suo Boleslao. Ipse uero frater suus Boleslaus, bonis eius actionibus inuidens, terrena concupiscens & despiciens coelestia, eius principatum desiderans celeriter scelere se immiscuit, & ipsum principem gloriosum ad conuiuium in castro Boleslauiensi quod construxerat, inuitat. Ipse uero mo-

suae praescius, tanquam ouis ad occisionem permisit se ducere, qui, seductus a fratre mundano, ducebatur ad coelestem palmam martyris gaudens & gratias agens deo. Nam cum in coena recubuisset cum comilitonibus suis agens dixit: Cras in uigilia praepositi paradisi calicem passionis, amore domini, bibam qui animam meam representabit deo meo. Nunc autem mecum bibite & epulamini, nam de germine huius uitis a modo non bibam uobiscum. Tunc a coena surgens, orationibus se dedit gratias agens deo, puram confessionem faciens contrito & compuncto corde, cum desiderio satisfaciendi, a sacerdote ueniam petiit, &, cum amaro fletu, precibus tam suis quam proximorum usque ad gallicinium exorauit. Deuotissime autem, in matutinis horis, perseuerans, & in aurora uerum solem rutilantem anima scil. corpus domini sumsit. Et sic illuminatus & procuratus; tanquam iubar matutinum, nocturnis insidiis obuians, de potestate tenebrarum fratrem suum procedentem saeuum & impium dulci affatu salutans uelut alter Abel a Cain uulneratur & tunc cum eum percussit, abiit retro & cecidit non habens potestatem in uiro dei. Sanctus autem Wenceslaus optans uoluntarie seruitium offerre deo, & ponere animam suam pro Christo, restituit sibi gladium dicens: Voluntas tua sit in manibus tuis. Qui accumulans peioribus pessima; sicut ursus insidians de spelunca iterato in eum irruit cum suis, &, sicut uipera, carnem & sanguinem suum lacerare desiderans, in

Praedicit mortem suam.

S. WENCESLAVS a fratre suo germano, impio *Boleslao, occiditur.*

proprium germanum gladium extendit cum suis complicibus. Ita ut morte eum afficerent, animam deo corpus terrae relinquentes. Cuius sanguis fratricidium, ante deum, proclamans, abstergi nulla humana arte unquam potuit. Tempore autem gloriosae passionis suae Christus regi Daciae apparens in cruce eum hortatus est; ut ecclesiam sub nomine martyris sui Wenceslai construeret prout ueniam ab eo appeteret obtinere, quod & fecit.

DRAHOMIRZ uiua descendit ad inferos.

Illo etiam tempore pessima & ignominiosa mater sua Drahomirz, uelut altera Iezabel sequens crudelitatem impiissimae Athaliae quae in proprium sanguinem suum regalem saeuit & procuratrix extitit effusione innocentis sanguinis martyris primogeniti sui B. Wenceslai, uelut *Datan* & *Abiram* a terra absorpta est in publica strata ante castrum Pragense uersus occidentalem plagam, prout uestigia telluris usque in hodiernum diem cernuntur. Complices autem interfectionis fratricidae B. Wenceslai tam rabidis quam pessimis plagis percussi sunt. Passus est autem & interfectus B. Wenceslaus a fratre suo Boleslao in urbe Boleslaw praedicta anno dom. Incarn. DCCCCXXIX. IV. cal. Octob.

CAP. XVIII.

De translatione S. Wenceslai ad Pragensem ecclesiam.

Multa hic referuntur *miracula*, quae apud

TRanslatio autem gloriosi martyris de Boleslauiensi ad Pragensem ecclesiam, ex mandato impii princip[is] Bo[leslai]

Boleslai fratricidae, ad occultationem famae miraculorum, ex ipsius meritis a deo prodientium, obdurata mente fratricidae prostrauit; dum luce lucis in sua allatione tenebras illustrauit nocturnas & obscuros Pragensium carceres illuminauit, & captiuos liberauit. Nam uehiculum cum sequacibus torrenta fluuiorum *Rokystniczye* & *Wltauie* pertransiuit. Terra autem Christi militi applaudens, contremuit, aërque suauissimum odorem de corpore suo, triennio humato emisit. Et sic deus in sua allatione per quatuor elementa honorare eum uoluit. Et ita inoptatam suae sepulturae felicem ecclesiam, quam aedificauerat, adductum corpus suum omnibus uulneribus sanatum est; praeterquam uulnere auriculae, quam frater, propria manu, sibi absciderat, quam & soror sua *Przibislawa* in Boleslau, ecclesiam inter ostium & limen inuentam, post triennium, capiti suo alligauit; quae illico sanata, corpori suo adhaesit sic, quod in ea cicatrix nulla appareret. Apud autem gloriosissimum corpus ipsius tam in allatione quam etiam post sepulturam, in Pragensi ecclesia, per ipsius merita dominus multa miracula, in omnibus infirmitatibus, operatus est, & adhuc in Christi fidelibus operatur, sicut scriptum nimis honorati sunt amici tui, deus, nimis confortatus est principatus eorum. Nam, per preces & merita ipsius, deus exaltauit & honorauit principatum suum uidelicet Boëmorum.

corpus S. WENCESLAI contigisse dicuntur.

L 2 CAP.

CAP. XIX.

De miraculis S. Wenceslai

MEmoria namque dignum pu... describi ueritatem miraculorum praedicti sanctissimi martyris, ... misericorditer prodientium; in suis fi... bus & deuotis. Nam ex antiquis scri... ris & ueridicis relationibus inuenimus, ... cliens ipsius *Podwen* nomine, qui ante in multis bonis operibus sibi comes affuit, ... in uigiliis, peregrinationibus & laboribus ex iussu Boleslai, impii fratricidae prae dicti, suspensus est patibulo, quia zelator bonae & relator sanctissimae uitae ipsius S. Wenceslai etiam post mortem exstiterat. Et post biennium incorrupta barba & un guibus crescentibus in patibulo est inuentus & abinde receptus, &, in ecclesia Pragensi honorifice sepultus.

Huius generis portenta, *quotidie fere* in defunctorum deprehenduntur cadaueribus. Igitur praesens non adeo magnam admirationem meretur.

Aliud miraculum.

INuenimus etiam in ipsius miraculis de scriptum quod multi captiui, eum inuocantes, per merita eius ex diris carceribus sunt liberati; inter quos gentilis quidam liberatus, gratiam dei & martyris miraculo expertus, baptismi sacramentum adeptus cum unico filio suo; quem obtulit d... clericatum in laudem martyris sui, qui... de prouectus est ad sacerdotalem digni... tem, deo suoque martyri seruiens, usque uitae consummationem. Mulier etiam qua... dam uisu orbata, manuum incurua infle... xione

Captiui, eius auxilio, *ex carcere liberantur.*

Mulieri *cœcae uisus* restituitur.

xione, ab ipſa natiuitate contracta, quae ad eccleſiam S. Viti martyris ingreſſa & ante ſepulcrum S. Wenceslai adducta, orans intime cum lacrymis, lumen oculorum, & manuum recepit ſanitatem.

Aliud miraculum.

VIr quidam ex Franconia ab adoleſcentia ſua, ex naturali defectu, contractus pedibus ita, ut ſolo reptando graderetur; in ſopore nocturno uidit uirum uenerabilem albis indutum dicentem ſibi: Duci te facias in Boëmiam ad ciuitatem Pragenſem ad eccleſiam S. Viti, ubi requieſcit corpus S. Wenceslai martyris, cuius meritis perfectam recipies ſanitatem. Qui ſomniaſſe ſe putans, iuſſa implere neglexit. Nocte autem ſecunda ab eodem ſene; cum maxima claritate ſibi apparente iterato monitus, quod nequaquam dimitteret, quin monita praedicta perficeret. Qui iuſſui uenerabilis ſenis obtemperans, a parentibus Pragam delatus, proſtratus ſolo ante ſepulcrum martyris glorioſi in dicta Baſilica S. Viti, neruis extenſis, baſibus conſolidatis & plantis, recepit perfectam ſanitatem & ad propria remeauit, laudans & glorificans deum & glorioſum eius martyrem S. Wenceslaum.

Claudus per hunc ſanctum ſanitatem recipit.

Aliud miraculum.

ANno domini MXCII. In natiuitate S. dei genitricis, uirginis glorioſae, poſt matutinas, iam illuceſcente die, ſanctiſſimi martyres S. Wenceslaus & Adalbertus uiſibiliter apparentes; carceris Pragenſis ue-

Quosdam carceribus incluſos cum B. ADALBERTO

inde educit & regno Bohemiae pacem annunciat.

ctes, & ostia ferrea confregerunt. Et in-
trantes carcerem, cippum per maxi
cuneis ferreis muro infixum, compediti
solutis, ipsum in angulo carceris posuerunt
praecipientes liberatis, quantocius ad eccle-
siam currite annunciantes omnibus, no
ideo missos pacem regno attulisse de gwerr
quae erat inter regem Wratislaum & filium
suum Boleslaum; quam deus hucusque per
miserat propter peccata populi puniend
Ipsi uero liberati statim, ad ecclesiam, cur-
rentes omni populo, cum gaudio, nunciaue-
runt. Moxque in crastinum, quod sanct
praedixerunt feliciter est impletum. Nam
Conradus frater regis concordiam in regem
& filium suum praedictos fecit, & sopiu
bellum quod est summa desolatio Boëmo-
rum. Nec dubium quod precibus & meri-
tis sanctorum patronorum nostrorum, Wen-
ceslai & Adalberti, pax & concordia illa fue-
rit missa a deo, qui est benedictus in secul
seculorum amen.

CAP. XX.

De morte saeui Bolesla cessione filii pii Boleslai mation ecclesiae Prag nec non monasterii S. Georgii.

ANno domini DCCCCLXVII. Id
saeuus Boleslaus, S. Wenceslai
sui, interfector postquam urbem Bo
uiensem muro uallasset, sed relictis duo
fili

filiis Boleslao pio & Strackquar, ducatum suum Boëmiae crudeliter & uitam amisit; cui successit idem filius suus Boleslaus pius. Hic Boleslaus uir christianissimus, &, multarum uirtutum & bonorum operum plenus uiginti ecclesias in Boëmia de nouo construxit & sufficienter dotauit. Inter quas principalem & primam ecclesiam S. Viti, quam pridem S. Wenceslaus, in castro Pragensi; aedificauerat sublimauit in ecclesiam cathedralem. Quod sic accidit & ad effectum perductum est. Habuit enim sororem germanam, nomine *Mladam*, deuotissimam uirginem & sacris scriptoris & litteris eruditam. Quae dum causa deuotionis, Romam uenisset & a Iohanne papa benigne suscipitur, a quo obtinuit erectionem monasterii S. Georgii in castro Pragensi, & se ibi, in abbatissam, consecrans mutauit nomen uocauitque eam Mariam & instituit indicto monasterio regulam S. Benedicti. Quo facto, eadem abbatissa S. Georgii Maria, inductione fratris sui, praefati pii Boleslai, ducis Boëmiae, a dicto papa Iohanne obtinuit; ecclesiam S. Viti, quam olim S. Wenceslaus in castro Pragensi fundauerat; ut permitteret in cathedralem ecclesiam sublimari, & tam super sublimatione eiusdem Pragensis ecclesiae quam etiam erectione & confirmatione abbatiae, & monasterii sanctimonialium S. Georgii, in castro Pragensi, praefato fratri suo, pio Boleslao, duce Bohemiae supradictas apostolicas apportauit litteras sub his uerbis.

BOLESLAVS *pius* episcopalem sedem in *Praga* urbe, constituit.

CAP. XXI.

IOHANNIS XIV. P. M. litterae ad *Boleslaum*; quibus huius *episcopatus erectionem* concedit.

De litera papae Iohannis supe erectione ecclesiae Pragensis & monasterii S. Georgii missa pio Boleslao.

IOhannes seruus seruorum dei, Boleslai catholicae fidei alumno, apostolica benedictionem. Iustum est beneuo aures iustis accommodare petitionibus, qu deus est iustitia, &, qui dilgunt eum, iusti cabuntur & omnia, diligentibus iustitiam dei, cooperantur in bonum. Filia nostr tua relatio, nomine *Mlada* quae & *Ma* inter caeteras, haud abnegandas, petition cordi nostro dulces intulit ex parte tui pr ces, sc. ut nostro assensu, in tuo principat ad laudem & gloriam dei ecclesiae licer fieri episcopatum. Quod nos utique lae animo suscipientes deo grates retulimus, q suam ecclesiam semper & ubique dilata magnificat in omnibus nationibus. Vnd apostolica autoritate & S. Petri, princip apostolorum, potestate cuius, licet indign sumus uicarii annuimus & collaudamus, canonisamus, ut quo ad ecclesiam S. Viti Wenceslai martyris fiat sedes episcopali Ad ecclesiam uero S. Georgii martyris su regula S. Benedicti & obedientis filiae no strae Mariae abbatissae, constituatur congr gatio sanctimonialium: uerumtamen non se cundum ritus & sectas Bulgarae gentis u Russiae aut Slawonicae linguae, sed mag sequens instituta & decreta apostolic

uiru

…irum potiorem totius ecclesiae ad placi-
…um eligas, in hoc opus, clericum literis ap-
…rime eruditum, qui uerbi uomere noualia
…ordis gentilium scindere & fructum bonae
…perationis serere sufficiat. Vale.
Et statim ut uisum fuerat a papa praefato
…hanne, consilio ducis & abbatissae eccle-
…ae S. Viti, decernuntur futuro episcopo;
…cclesiam uero S. Georgii martyris, sorori
…ctae ducis Boleslai, Mariae.

Episcopus Pragensis a duce Bohemiae & maiori populi parte eligendus.

CAP. XXII.

De electione & institutione primi Pragensis episcopi.

FVit, illis temporibus, quidam presbyter, professione monachus de Saxonia, uir eloquens, & magnae scientiae nomine *Dietmarus*; qui pridem ad Pragensem urbem, orationis causa, uenerat & qui postea pii Boleslai, tunc ducis Boëmiae, notitiam adeptus, praesertim quia Linguam Slawonicam bene sciuit. Hunc dictus Boleslaus ualde dilexit, &, cum communi consensu suorum clericorum, eundem *Dietmarum* monachum, in primum episcopum Pragensem, elegit & cum literis suis Ottoni imperatori, filio quondam Henrici imperatoris ad approbandum & instituendum transmisit: Qui imperator uisis electionis decreto & literis dicti ducis Boëmiae, praefatum Dietmarum, Pragensem episcopum approbauit & mandauit Moguntinensi episcopo, qui tunc curiae suae praefuit, ut eundem Dietmarum, in episcopum, consecraret. Qui

DIETMARVS a BOLESLAO *& clero* primus eligitur *Pragensis ecclesiae* episcopus.

OTTO *magnus* imp. eundem *confirmat.*

iuxta mandatum imperatoris taliter conſe-
crans, dictus epiſcopus Pragam ad ſuum du-
cem Boleslaum pium remiſſus & intronizatus
eſt, ad eccleſiam S. Viti Pragenſem cathedram.
Praeſulatum ſuum rexit utiliter, & non po-
multa tempora feliciter uitam finiuit. Mor-
tuus eſt anno dom. DCCCCLXIX 4. No
Ianuar. & in eccleſia ſua Pragenſi ſepultus.

CAP. XXIII.

De ortu & uita S. Adelberti epiſcopi.

ERat his diebus quidam comes Lubicen-
ſis, nomine *Slawnik*; praepotens diuiti-
nobilis genere; qui Henrici impera-
toris extitit proximus nepos. Huic con-
iux ſua aeque nobiliſſima, nomine *Strzige-
lawa*, ſex filios genuerat; primogenitum *S-
biebor*, deinde *Spytimir*, tertium *Pobraslaw*
quartum *Potey*, quintum uero dictum *Cza-
law*, ſextum autem inter caeteros pulcrior
formae nomine *Woytiech* qui his diebus a
ſtudio reuerſus fuerat. Cuius ſtudii occa-
ſio haec fuit. Nam ipſum, carnali amor
ducti & propter nimiam pulcritudinem
quam habuit, deſtinauerant eum ſecul.
Sed quicquid pius error parentum in ho
deliquit, mox culpae proditor coeleſtis ir
gladius correxit. Nam ſubita infirmit
puer corripitur, ſicque de die in diem, m
iore dolore addito, periculum mortis puer
imminere coepit: Turbantur parente
decurrunt ubertim lacrymae patris & matri

S. ADALBERTVM adhuc puerum corporis infirmitas corripit,

Ta

Tandem, sub ipsa morte, confugiunt ad pium & misericordem dominum, & quae, in hominum natiuitate, plus omnibus sanctis, ualens succurrere solet, matrem domini exorant, uenientesque ad templum cum magna humilitate ac deuotione cordis, ponentesque puerum super altare S. Mariae uotum placabile uouerunt eum domino, dicentes: non nobis, domine, uiuat puer iste, sed clericus in B. uirginis honore, portet iugum tuum pulcra ceruice. Sic dum ponunt eum super uirginis altare, recessit in istis uis doloris. Sicque sanum eum recipientes tradunt salutiferis scolis, & post breue tempus transiuit ad archiepiscopum Adalbertum Magdeburgensem, qui eum in gaudio suscipiens, apud se retinuit, nomenque suum ei imponens commendauit eum cuidam philosopho *Othrico*. Vbi plus quam nouem annis studuit, & diligenter instructus, his diebus, dulces parentes inuiserat. Boleslaus itaque pius dux, cum plebe desolata, in unum conueniunt, ut sibi de pastore prouideant. Tandem unanimi consensu Adalbertum, alias *Woytiech*, sibi in pastorem eligunt; anno dom. incarnat. DCCCCLXIX. principante tunc in Boëmia pio duce Boleslao secundo, anno ducatus ipsius tertio. Eligitur II. Martii. Consecratus autem est a Moguntino episcopo in die apost. Petri & Pauli. Praefuit autem idem Christi electus Adalbertus in episcopatu Pragensi uiginti nouem annis.

sed uoto, a parentibus eius emisso *ad clericatum destinatur*; quo facto, pristinam *sanitatem* recipit.

ADALBERTVS *Pragensis* ecclesiae *episcopus* eligitur.

CAP.

CAP. XXIV.

De habitu monaſtico, quem aſſumſit.

S. ADALBERTVS, relicta ſua eccleſia, *Romae* fit *monachus*;

CVmque uideret, quod grex ſibi com miſſus eum audire nollet, epiſcop tum ceſſit & Romam iuit, ibiqu ordinem monachalem ordinis S. Benedic a uenerabili abbate monaſterii S. Pauli, no mini Auguſtino, accepit, ſub anno domi 988. fuitque ibi in monaſterio quinque a nis; deo laudabiliter ſeruiens die ac noc

Papae tamen iuſſu, ad eam redit.

Sed poſt haec compulſus eſt per dominu apoſtolicum monaſterium relinquere & a gregem ſibi commiſſum, redire deniqu Chriſti ſeruus Adalbertus fratres ſuos; cu quibus deo omnipotenti, ſub regulari diſc plina, ſeruiebat cum uberrimis relinque lacrymis, diſciplinisque regularibus pe fecte eruditus; eum aliquantis ex ipſa co gregatione fratribus comitatus eſt. Vt au tem glorioſus princeps Boleslaus cognou inter terminos ſuos, epiſcopum ſanctum cu religioſis ac monaſticae uitae uiris aduenil cum ſumma reuerentia ei occurrit, ac ho norifice ſuſceptum, ut curam ſibi commi ſam a modo non relinquat intime rogaba Ipſe autem fratres ſuos cum quibus uenera reliquit interim aedificauitque eis pulce rimam eccleſiam ſub honore dei genetrici Mariae uirginis, in eadem prouincia. Qua eccleſiam *Koſtelez* nominauit.

Monaſterium in Boemia condit fratribus.

Eodem tempore epiſcopus Adalbertu coepit cogitare, ut Monaſterium aliquo in Boëmia, cum ſumma diligentia, in hono

rer

em S. Benedicti, ſub cuius regula deo mi-
tabat, conſtrueret, in quo & congrega-
onem monachorum S. Benedicti, quos
cum de Roma adduxerat, locaret. Deo
que reuelante, ſyluam, quae Sarka dicitur,
to pretio, redemit, ibique diuina adiuuan-
gratia, & pii ducis Boleslai ſuffragio mo-
ſterium coepit aedificare, an. dom. Incarn.
CCCCLXLII. dedicatumque eſt 19. kal.
br. ab ipſo B. mem. Adalberto epiſcopo Pra-
nſi ſecundo; ordinationis ſuae anno 24 in
nore S. dei genetricis ſemperque uirginis
ariae, & in honore S. Benedicti & SS.
lexii & Bonifacii praeſente memorato Bo-
slao multisque principibus terrae adſtan-
bus & Anaſtaſium abbatem cum duodenis,
onachis de ſuper dicta eccleſia aduocans
dem imperauit, ut ab eis incoleretur
cus ſiue monaſterium *Brewnow*, dans ipſum
batem in manus ducis *Boleslai*, ſub teſti-
onio atque adiutorio dei: ſicque totam
em illam hilarem duxerunt, contulitque
idem monaſterio de patrimonio ſuo multa
ona. Montem quoque, qui ſimilis eſt ad
uſtram a biuio, ubi praeciduntur mola-
es, quantum & haec eidem monaſterio ipſa
itudo montium demonſtrat, haec omnia
alia quam plura, ad petitionem B. Adal-
rti, Boleslaus pius dux eiusdem fratribus
monaſterio eidem perpetuo contulit, &
nata, priuilegio ſuo, confirmauit. B. quo-
ue Adalbertus, de ſuo patrimonio, contulit
dem quamplurima ſc. uillas *Breſey* & *Wy-
mie* & alias uillas & poſſeſſiones multas.
uper famulos & ſeruitores ſc. piſtores,
ſuto-

que, regulam *S. Benedicti* ſeruantibus illud tradit.

Illius abbatem ſubiicit *authoritati poteſtatique Bohemiae ducis.*

futores,cocos, nec non famulos ad calefac-
endum ftubas aliosque operatores diuerf-
rum operum, quae longum eft per fingula
numerare,& haec omnia, ut perpetue eide
monafterio ipfi & haeredes eorum fubfe
uirent. Infuper ipfe dux & B. Adalbert
epifcopus ipfum monafterium, multis libe
tatibus, priuilegiarunt; ita ut per totam te
ram Boemiae per terras & pagos, fine fol
tione cuiuscunque pretii uel thelonii, libe
tate perpetua fruerentur, & fecure duca
& uehant, quae omnia praedictus epifc
pus Adalbertus, cartam manu tenens, pr
mum quod hoc totum, quod fcriptum e
antea praeordinatum a duce fuiffet; adftan
Chriftiano, qui alio nomine *Strachkwas* d
cebatur quafi binoncius fuit; qui fuit du
Boleslai, Anaftafio primo abbate & mul
canonicis de S. Wenceslao, cum praepo
to ipforum nomine *Rech* & *Wolen* milite,
alio nomine iuffit confirmare praedictas l
bertates folusque bafilicam introiuit, & ha
breuem fubatteftationem pofuit in altari d
cens: Quicunque tam contumax aut auar
uel inuidus aliquid ab omnibus fupra col
tis,noftra autoritate,feruis dei omnipoten
ab ipfa ecclefia temere praefumferit alien
re, fciat fe auctoritate noftra in diftric
iudicis examine cum impiis condemna
dum. Non folum autem haec omnia ip
dux uerum etiam ipfe Chriftianus figillo fr
tris fui haec ipfa confirmauit. Boleslai
itaque piiffimus dux, ad feftiuitatem B. B
nedicti accedens, deo ac fanctis, ad petitio
nem humilem fancti patris Adalberti, ha

Stubae barbare dicuntur conclauia. Huic monafterio multi *homines proprii* addicuntur.

CHRISTIANVS, ducis Bohemiae frater, factas donationes firmat.

omn

omnia & multa alia fratribus ibidem obtulit, & donauit deditque priuilegia in haec uerba:

Sciant omnes Christi fideles, praesentis & futuri temporis, quod ego Boleslaus, gratia dei, Boëmorum dux ad petitionem uenerabilis Adalberti episcopi & Anastasii abbatis Brewnouiensis monasterii de reditibus nostri ducatus, quousque mundus uoluitur, MMD. denarios per diuersa tempora contuli soluendos. In pascha uid: D., & in Pentecoste totidem, & in festo S. Gnerami episcopi Ratisbonensis residuum. Si quis autem hoc decretum uiolauerit sciat se aeternaliter damnandum. Facta est autem haec donatio ao. dom. incarnationis DCCCCLXXXXIII.

BOLESLAI *ducis diploma*, quo dicto monasterio certam pecuniae summam, quotannis soluendam donat.

His itaque peractis abbas Anastasius, cum fratribus sibi commissis, locum sanctum sibi commissum coeperunt excolere; suisque manibus laborabant, ecclesias & alias officinas; quae nondum erant perfectae siue constructae in breui tempore cum dei adiutorio, & imprimis Adalberti S. suffragio; qui coram, suis manibus, in eodem monasterio & ecclesia, secundum regularem institutionem, cotidie cum fratribus laborabat. In cuius euidentiam chiroteca ualde simplicis operis & texturae facta in qua laborabat, in eodem monasterio diligenter reseruabatur pro testimonio. In eadem ecclesia, quae mox parochialis facta est, fratres laudes deo persoluebant, deuote die & nocte, quia nondum maior ecclesia in qua nunc fratres deo laudes persoluunt, erat aedificata. Beatus igitur Adalbertus cum uideret, quod populus ab

S. ADALBERTUS suam relinquit ecclesiam altera uice;

locus corruptus esse uidetur.

ob cuius discessum *Pragenses* irati omnes illius *fratres occidunt.*

CHRISTIANUS electus Pragensis episcopus, inter consecrationem *a malo daemone* corripitur.

ab asuetis uitiis non cessaret, sed semper deteriora rueret; maxime, quia nolebar ex contemtu ipsius, dei mandata seruare, se secundum gentilitatis errores uolebant semper uiuere timensque ne & se perderet, illos non lucraretur; iterum reliquit eos, dulcis Romae moenia reuisit. Quapropt populus cum commotus, quia se in ip uindicare non poterant in parentela ipsi i. e. in fratribus uindicare se parant, qu eos omnes, propter suam inobedientiam, e communicauerat. In festo ergo glori martyris Wenceslai ciuitatem fratrum, castrum *Libus* obsident, & expugnata c uitate omnes pariter capite truncant. Era autem quinque germani ipsius Adalberti uid. Sobiebor, Spytimir, Probaslaw, Por & Czaslaw. Patrato hoc scelere & flagit ueniunt Pragam, & unanimi consensu fr trem ducis Boleslai, nomine Christianu qui alio nomine *Strachquas* dicebatur in ep scopum Pragensem eligunt ipsumque tran mittunt ad Moguntinensem archiepiscopu ad consecrandum. Qui dum consecrat mox a daemone arripitur, qui eum tam uexauit quousque animam ei extorquer Praedixerat ei etiam hoc S. Adalbertus p usquam Romam iret, quia noluit episcop tum suscipere ipso humiliter rogante, & prophetica uoce, dixit: fili, nunc quid non uis, sed postmodum cum uolueris, c tua damnatione & periculo animae tu assequi tentabis.

CA

CAP. XXV.

De martyrio S. Adalberti.

NOn eſt praetermittendum quoque, quandoquidem B. Adalbertus, Romae exiſtens, fratres ſuos ſupradictos miraculoſe ſepelierit. Nam cum in monaſterio ubi profeſſus fuerat, moraretur dominus Iohannes papa, nomine quintus; audiens ipſius laudabilem conuerſationem, ipſum de monaſterio recepit & capellanum ſuum fecit. Quodam ergo tempore cum, ſolito more, miſſam celebraturus eſſet ante deum cum cappam, in qua erat depoſuiſſet, & circumſpiciens, neminem de ſuis adeſſe uideret uidit radium ſolis, per feneſtram, procedere & aeſtimans lignum fore, ibidem cappam ſuam appendit, quae miro modo ſic appenſa in ſolis radio permanſit, quousque uir dei officium miſſae compleuit. Quod uidentes multi in magna eum reuerentia habuerunt una cum apoſtolico. Ipſo quoque die, quo in Boëmia exequiae parabantur fratribus ſuis ſupradictis rogatus miſſam ante apoſtolicum, coeleſti uirtute praeditus, ſolito more celebraturus acceſſit. Qui dum diuinum officium deuote perſolueret, ueniſſetque in canone, ubi defunctorum memoria agitur mox in ſpiritum raptus in eccleſia, ubi fratres eius ſepeliendi erant, apparuit, eisque exequias honorifice peregit. Interim murmur & ſtrepitus excitabatur, cum pontifex ſanctus tamdiu officium protraheret. Et cum proſpicerent, poſt aliquot horarum ſpatia, iubente apoſtolico acceſ-

S. ADALBERTVS cappam ſuam in *radium ſolis* appendit.

Exequiis, ſuorum interfectorum fratrum, in *Bohemia*, intereſt, dum ſuum corpus *Romae* conſpiceretur.

accesserunt, eum quasi excitaturum, q
mox ad se reuersus, officium, quod coepera
coram apostolico perfecit. Quem post mi
ssarum solennia dominus Iohannes papa a
uocans, & cur in missa dormiuerit? interr
garet. Vir autem dei se non dormisse a
firmabat; papa a. interrogabat, cur officiu
suum, more solito, prolongauerit. Qui cu
diu sibi nollet rem suam gestam dicere
uera humilitate tandem, mandato ipsius c
actus, dixit se in exequiis fratrum suor
interfectorum interfuisse. Et si, inqu
mihi non creditis mittite in Libucz, & c
rothecam, quam uobis excitantibus re
pere non potui, ibi inuenietis. Quod a
stolicus audiens nuncios suos direxit,
ita, sicut uir dei dixerat, inuenerunt. V
usque hodie in eadem ecclesia, pro testi
nio, eadem chirotheca seruatur. Princ
Boleslaus post mortem Christiani siue *Str*
quat cum clericis inito consilio Mogu
nensem archipraesulem sollicitat his
bis: aut nostrum pastorem Adalber
ad nos reuocetis, uel populus ad pr
nos errores reuertetur. Qui archie
scopus, hoc audiens mox apostolicum
gressus, & quid inde sentiat, sciscita
Et conuocantes ad se seruum dei Adal
tum talibus uerbis eum allocutus est:
maxime obtestamur, ut ad tibi commi
dioecesin redeas, regimenque tuarum
um diligenter recipias; ipsi autem, ut te
ad tuam, sed potius ad suam salutem aud
deum exoramus. Porro idem aposto
populum durae sciens esse ceruicis, p

S. ADALBERTVS denuo reposcitur ad *Pragensem* ecclesiam.

Papa eum hortatur *ut redeat*.

Adalberti condescendit labori, & ueluti iugum sibi impositum relaxans praecepit, ut in Boëmia, ferocissimis antiqui hostis satellitibus rebellantibus, proficere non posset, uirtute dei non praesumens uerbum praedicationis, aliis terris & gentibus assumeret. Cum igitur pater Adalbertus tantam in apostolico gratiam pietatis intellexisset, humiliter quod sibi iniungebatur, suscepit. Eodem tempore pius pontifex supplicauit domino apostolico, ut monasterium *Brewnonense*, quod ipse, summo studio, in Boëmia construxerat, ut pius pater sub manu sua teneret, & omnia uel decimas uel qualescunque eiusdem domus collocationes, sua auctoritate, confirmaret. Cuius supplicationi dominus apostolicus libenter assensum praebuit, &, pro suo rogatu, priuilegium conscribi iussit, quod, more solito, sigillo suo autorisauit, quod priuilegium licet sit uetustate consumtum, tamen cum summa reuerentia in eodem monasterio usque hodie, pro testimonio, reseruatur.

His ita omnibus rite peractis B. Adalbertus cum uideret populum sibi commissum a consuetis uitiis nolle quiescere, reliquit eos & migrauit ad Hungariam, eosque ab infidelitate conuertit, & confirmans eos in fide Christi, uenit Poloniam, ibique ducem *Mezkonem*, cum tota gente sua, ad fidem Christi, conuertit. Et perambulans circumiacentes prouincias, multos eorum ab errore infidelitatis conuertit. Tandem uenit ad partes Prussiae ibique fidem Christi praedicans, felici martyrio septem lanceis perfossus

Sed tertio *Bohemos* relinquit & *Hungaris euangelii doctrinam* annunciat; *Polonos*, cum duce eorum MEZKONE, conuertit. *Porussos* sacro dogmate imbuere uolens, a-

pud eosdem subit *martyrium.*

sus feliciter ad dominum migrauit. Impi autem qui hoc fecerunt, caput ei, eo iam mortuo absciderunt, & in quodam pal fixerunt, post recessum autem ipsorum; diui na uirtute, corpus surgens sine capite, accept palo, in quo caput ipsius fixum erat in alian partem stagni iuit ibique requieuit.

Legenda *de manu & digito* S. ADALBERTO abscissis.

Digi tus autem ipsius dextrae manus ab impiis ab scissus, & in stagnum proiectus est, quem piscis auide mox glutiuit. Mox lumen coe licum ipsum piscem irradicauit ita, ut ubi cunque, uel quocunque se in aqua uertere lumen coeli super ipsum & de ipso splen dens, ipsum prodebat. Piscator autem qui dam uidens ipsum piscem, & lumen quod d ipso procedebat, suspicatus aliquam gem mam pretiosam, & magni pretii esse in pisce ipsum, cum labore, prendidit & exenterauit nihilque aliud in pisce reperit nisi digitum S. Adalberti, quem mox, ut manum ipsius unde abscissus fuerat applicauit, ita unitum & sanatum reperit, ac si nunquam abscissus fuisset.

CAP. XXVI.

De morte pii Boleslai ducis eiusque successoribus.

DVx Boleslaus pius, de quo supra f mentio, post obitum patris sui sae ui Boleslai rexit ducatum Boëmia XXXII. annis. Hic Boleslaus pius polleba militaribus uirtutibus, uictoriosus in liis & pacis maximus amator fuit, m abundans diuitiis. Habuit uxorem mam, nobilem genere, & uita & mo

nomine

nomine *Hemmam* ex qua duos filios procreauit, *Wenceslaum* & *Boleslaum*. Wenceslaus dum adhuc puerilibus esset in annis febre correptus uitam finiuit, Boleslao fratre superstite remanente. Dictus uero dux Boleslaus pius, postquam sibi sensisset tempus mortis instare, accersito filio suo aequiuoco Boleslao, ipsum coram coniuge sua *Hemma*, & magnatibus Boëmiae multis informans documentis salutaribus docuit uitare uitia, & quaslibet amare uirtutes, & tandem post patria monita, & doctrinas ducatus sibi Boëmiae committens regimen, plenus dierum felicium, uitam finiuit in domino. Et mortuus est ao. dom. DCCCCLXXXXIX. Id Febr, eodem tempore Anastasius primus abbas monasterii S. Adalberti sc. Brewnomensis in Strigoniensem archiepiscopum eligitur; qui multis miraculis claruit, & inter coetera discipulum suum, solo iussu, a morte suscitauit. Circa idem tempus claruit B. Guntherus, de Landgrauio Thuringiae factus monachus monasterii *Alte* inferioris ordinis S. Benedicti sub regimine B. Godehardi; tunc temporis abbatis monasterii ante dicti, qui multis claruit uirtutibus. Inter coetera, quae gessit uiuens de mensa Stephani regis Vngariae auunculi sui pauonem assatum, precibus suis, uiuum euolare fecit. Teydagus cancellarius imperatoris in episcopum Pragensem eligitur.

BOLESLAVS cognomine *pius* moritur anno 999.

Circa idem tempus Gaudentius frater germanus ex ordine S. Adalberti in archiepiscopum Gnesnensem eligitur. Cuius fama pariter & amore ducti sex fratres uidel.

GAVDENTIVS *archiepisc. Gnesnensis.*

Benedictus, Matthaeus, Iohannes, Christianus & Barnabas, qui cum fratre ipsius S. Adalberto de Roma uenerant, cum consensu & uoluntate Anastasii abbatis monasterii Brewnomensis Poloniam ipsam gratia uisitandi adeunt, & ad petitionem eius, ne desererent ipsum, eremum quendam intrant. Quos breui tempore elapso B. Procopius cum esset canonicus ecclesiae Wyssegradensis, factus monachus monasterii Brewnomensis; de licentia Ieronymi qui & Dobromir, dicti abbatis secundi, monasterii ante dicti; pro spe maioris praemii uitae aeternae, in heremum prope *Zaiuam* aduolauit. Sicque non solum Boëmia, sed Vngaria, & Polonia cum Prussia salutis suae principia sumsit de Brewnomia, dum tantorum uirorum illustrantur uita & passione.

CAP. XXVII.

De uita, & regimine tertii Boleslai.

Boleslaus III. pii Boleslai, ducis Boëmia filius, post obitum patris, regimen Boëmiae ducatus assumpsit, sed non felicibus auspiciis paternos terminos quondam uiriliter acquisitos, obtinuit. Nam non post multum assumtum ducatus Boëmiae regimen dux Poloniae, nomine *Metzko*, homo plenus fraude; sibi urbem *Krako* fraudulenter abstulit, omnibus suis de Boëmia gladio nequiter interfectis; habuit etiam dictus Boleslaus ex coniuge sua nobili duos filios *Odalricum* & *Iaromir*. Odalricus pueritia

Krakau oppidum a *Poloniae* duce occupatur.

traditus ad curiam imperatoris Henrici, moribus & uirtutibus imbuendus. Sed Iaromir in aula patris permansit. Postea autem audit, quod inter Boleslaum Boemiae & Mezkonem Poloniae duces, interueniente tractatu treugarum & pacis, etiam iuramento firmatis, iisdem duces in; simul conueniunt: ubi dict. Metzko subdudum concepto gelositatis ingenio, attractis sibi quibusdam muneribus, de Boëmia, consiliariis praefati ducis Boleslai, *Warsowicenses* nomine; perfidos, & malignos ac nequissimos sui principis traditores, eundem ducem Boleslaum, uersus Cracouiam, super certo termino ueniendum, ad conuiuium, inuitauit. Cum dux Boleslaus, taliter inuitatus, prioris dolositatis & fraudis non immemor, & uolens de periculo futuro carere, primo petitioni Metzkonis noluit consentire, sed postea Wrsowicensium, traditorum suorum, consiliariorum iniquis suasionibus uictus, consensit seque uelle uenire promisit: nec tamen obmisit, quin ducatum suum nobilioribus & fidelioribus, quos habebat, commisit, ut si quid in eo dolositatis dicti Metzkonis humanitus contingeret; Iaromir filium suum in ducem & dominum suum assumerent loco sui, sicque disposito principatu suo Cracouiam ad dominum Metzkonem accessit. Et primum ab eodem Metzkone honorifice suscipitur, sed mox, dum conuiuio interesset, ab hospite suo praefato nequiter capitur & oculis priuatur suis, omnibus, quos secum adduxerat, crudeliter interfectis.

BOLESLAVS III. *a Polono*, per fraudem, capitur & excœcatur.

M 4 CAP.

CAP. XXVII.

De successu Iaromir filii Boleslai & de miraculo S. Iohannis Baptistae.

POstquam dictus perfidus Metzko, a genere ducali degenerans, fidem datam & iuramentum sic in illustri Boleslao Boëmiae duce, hospite suo inhumana scelera peregisset; dicti Wrsowicenses tanti tradimenti, & impietatis crudelissimi patratores reuersi Boëmiam, de nequam sua & amicorum suorum potentia confisi, superstitem iuuenem Iaromir, ducem Boëmiae filium Boleslai praefati, machinantes extinguere & sibi, praeter consensum & scitum magnatum, baronum ac fidelium populi ducatus Boëmiae regimen, fraudulenter usurpare conantes. Quadam die iidem Wrsowicenses & iniquissimi traditores * & quodam perfidissimo maiore & directore eorum *Kochen* nomine, opportunitate facta, ducem & dominum eorum *Iaromir* simulatae uenationis caussa, fictum ad locum; ubi nunc est monasterium *Welich*, densas duxerunt in syluas. Et dum locum aptum, ad perpetrandum coeptum facinus, conspexissent dominum suum *Iaromir* turpiter ligantes ad arborem, & de ipso metam sagittariam statuentes sagittis & telis eum interficere nitebantur. Vbi accidit, quod idem dux *Iaromir*, ob magnae deuotionis ardorem & multam reuerentiam, quibus a pueritia sua S. Iohannem statuerat summopere honorare. S. Iohannes B. in necessitate sua eun-

Legendum potius arbitror: *inhumano scelere fregisset.*

* *Sensus hic paululum interruptus est.*

IAROMIR Boleslai f. captus a Wrasowicensibus, telis petitur.

eundem Iaromir ducem gratiose protexit. Nam dum persecutores & impii traditores sui in eum tela iacerent S. Iohannes, cum indumento suo, prohibuit, ut dux Iaromir nullatenus laederetur. Et in eadem hora B. Iohannes uxori dicti Iaromir, matronae ualde deuotae, in uisione apparuit, admonens ipsam, ut ad liberationem mariti sui Iaromir fidelem populum mitteret. Insuper dum haec fierent, quidam familiaris dicti ducis Iaromir, *Howora* nomine, qui maleficiis interfuit, fidelitate permotus, subito equum ascendens uenit Pragam nuncians fidelibus & amicis dicti ducis ea, quae per Wrsowicenses, impios traditores, commissa fuerant. Qui statim armati equos adscendunt, & una cum *Howora* praefato ad locum praedictum ueniunt maleficos temerarios, quos possunt & capiunt & interficiunt digna morte, ac dominum suum, miserabiliter affectum, dissoluunt. Qui solutus coram omnibus narrat, qualiter S. Iohannis Bapt. fuerit auxilio liberatus & in perpetuam memoriam liberationis ipsius arborem, ad quam ligatus fuit, praecidi fecit, construens in eodem loco monasterium nomine Welichen in honore S. Iohannis Bapt. ubi hodie altare maius, super stipite dictae arboris, situm est; & plures degunt monachi sub regula S. Benedicti sub abbate insulae Sazaniensis. Familiares uero & fideles populi dicti Iaromir ducem suum honorifice suscipiunt & Pragam reducunt. Seruo autem *Howora* dicto propter probitatis fidem, quam ostendit in duce idem dux *Iaromir* hereditarii supremi uenatoris offi-

S. IOHANNIS *Bapt.* beneficio maxime seruatus esse dicitur.

In cuius sancti honorem *ob hoc acceptum beneficium*, monasterium WELICHEN nomine, exstruit.

officium donat. Quod quidem officiu ad arcem *Stebnam* pertinuit & ſic ad poſte ritatem ſuam gratiam honorificae mercedi deduxit.

CAP. XXIX.

De obſidione ciuitatis Pragenſi & captiuitate Odalrici fratri Iaromir, ducis Boëmiae, & ex- coecatione eiuſdem.

METZKO *Poloniae* dux *Pragam* expugnat.

CVm praemiſſa, in Boemia, geſta fue runt, *Metzko* dux Poloniae nactu auxilio ſceleratorum; Warſouicen & amicorum eorum praedictorum, congre gato exercitu ualido, in Boëmiam ueniens Pragam obſedit biennio uid. anno dom. M & MI. intra quod biennium Pragam urbe obtinuit. Caſtro uero *Wyſſegraden*, in dic urbe uiriliter reſiſtente, & inexpugnabili pe manente. Eodem etiam tempore dict ſceleratus Metzko nuncios ſuos ad impera torem, Henricum, cum maxima pecunia & multis muneribus miſit ſupplicans impera tori, ut ſibi *Odalricum*, fratrem [redacted] cis Boëmiae, qui tunc temporis *prout* e iam ſuperius ſcribitur, praefati imperator educabatur in curia, uinctum transmittere quod praefatus imperator, cupiditate auidu & muneribus corruptus adimplere mand uit, in imperialis ſui dedecus & ſcandalu manifeſtum. Qui poſtea anno

HENRICVS IV. imp. Odalricum Iaromiri f. polono tradit.

uel iuſſu imperatoris, uel fuga elapſus liberatus eſt. Et rediens am ſecrete uenit in quoddam

firmissimum, nomine Drewick. Et abinde militem quendam fidelem mittit in urbem Pragensem, iniungens ei, quod nocturno tempore, per clamorem buccinarum & tubarum, incautos hostes perterrent. Mox que fidelis miles, iussa domini sui exequens, ascendit media nocte in praefatam urbem Pragensem eminentiorem locum, uulgariter *Sqsy* nominatum, qui nunc *Strachowia* dicitur, ubi tuba & buccinis sonitum faciens ac altis uocibus clamorem ingeminauit: sub his uerbis: fugiunt, fugiunt Poloni, confusi turpiter. Irruite, irruite, armati Boëmi, acriter. Quos sonitus clangoresque tubarum sonorosas uoces incauti audientes; Poloni, timore perciti, dimissis armis, & rebus suis ut melius possunt turbiter aufugiunt: sic quod quidam per praeruptam uiam, & posticum castri Pragensis, angustia itineris oppressi, miserabiliter pereunt. Et dictus dux *Metzko* uia cum paucis euasit. Quod dictus dux Odalricus percipiens statim altera die Pragam uenit, & Boëmiae ducatus possessionem accepit, & deinde tertia die aduentus sui, ad suggestionem dictorum Wrsouicensium traditorum, Iaromir fratrem suum, fraternis oblitus uisceribus excoecari mandauit, ut sic securius a fratre persisteret in ducatus regimine supradicti.

Qui, e custodia, liberatus *Pragam* urbem, *per dolum* occupat.

ODALRICVS, recepta *Bohemia*, fratrem suum IAROMIR oculis priuat.

CAP. XXX.

De regimine Odalrici ducis Boëmiae.

Porro dum sic praefatus Odalricus ducatus Boëmiae regimen accepisset, quod

ODALRICVS dux BOZENAM e ru-

stica casa, puellam sibi matrimonio iungit.

quod quadam uice dum de uenatione re
diens, per quandam uillam suam transien
uidit uirginem; pannos lauantem ad puteur
Bozenam nomine, quod est alio nomine *Bea*
trix; mirae pulcritudinis & decoris. Quar
sic intuitus totus in eius concupiscentia &
amore exarsit & mittens nuncios suos, con
tinuo tulit eam, & legitimam duxit in uxo
rem. Ex qua generauit filium elegantissi
mum, nomen sibi Brzezislaus imponens
Qui praefatus Odalricus, ducatum Boëmia
prouide regens, statim secundo anno prin
cipatus sui, qui fuit annus domini MII
potentiores de praefatis Wrsouicensium tra
ditoribus, digna morte, uita priuari mandauit
Temporibus etiam suis uid. anno dom. MIV
Benedictus cum sociis suis Mattheo, Isaac
Iohanne & Christino in Polonia heremiti
cam & sanctam uitam ducentes; per quos
dam praedones Polonos, qui se apud dictos

Quidam eremitae a *Polonis* occiduntur.

sanctos uiros quandam massam auri, quam
ipsis *Metzko* dux Polonorum, deuotione per-
motus, miserat, quamque uiri sancti, ne pe-
cuniae dediti, in suis orationibus, impedi
menta sentirent; dicto duci remiserant in
uenire sperabant, nocturno tempore crude
liter interfecti sunt. Et sic, martyrium passi
migrauerunt ad dominum. Fuerunt enim
hi sancti uiri quondam socii S. Adalberti, Pra-
gensis episcopi, quos idem episcopus de
Roma, ex monasterio S. Alexii, secum usque
Boëmiam adduxerat in monasterio Brew-
nomensi fundato in eodem locauerat.
Qui etiam uestigia patris pii & directoris sui,
S. Adalberti, sequentes multos in Polonia
con-

conuerterunt ad fidem & omnipotenti deo, quamdiu in hoc seculo fuerunt sanctis operibus placuerunt. Demum anno domini MVI. Hemma mater Odalrici & Iaromir fratrum; mulier nobilis & plena uirtutibus, febre correpta, obdormiuit in domino. Temporibus etiam domini Odalrici ducis Boëmiae Theogdatus tertius Pragensis episcopus, successor S. Adalberti, mortuus est anno domini MXVII. 4. Id. Iun. Cui successit Ekhardtus IV. Prangensis episcopus.

CAP. XXXI.

De actibus & gestis Odalrici Brzecislai, patre uiuente, & Iudithae, uxoris eius, filiae imperatoris.

PRaefati itaque Odalrici filius Brzezislaus, cui formae proceritas, decus & sapientia, multaeque uirtutes inerant, crescebat in melius, transcendens de pueritia in iuuentutem. Hic audiens magnam famam de pulcritudine cuiusdem uirginis, nomine Iudithae, filiae imperatoris Ottonis Ruffi; suo firmauit in animo, qualiter sibi praefatam speciosam uirginem matrimonialiter posset adiungere. Et dum audisset, quod uirgo eadem in quodam monasterio uolgariter nominato *Nedermünster*, in ciuitate Ratisbon. imbuenda liberalibus studiis serua retur, anno dom. MXXI. acceptis ad se fidelibus secretioribusque familiaribus suis, simulauit imperatorem accedere, cum ipsis iter

BRECISLAVS uirapit imp. OTTONIS II. filiam & eam uxorem ducit. *Sed Cosmas lib. 1. chron. scribit, comitis Teutonici illam tantum fuisse filiam.*

iter arripuit, & VII. diebus continue facien optatum dicti monasterii peruenit ad locum ubi altera die, tacitus intra se conceptum uoluens propositum, solus claustrum adiui quaerens, si posset praesentiam dictae uirginis accedere. Et dum intra monasterium uenisset uidit praefatam Iuditham cum alii puellis solaciando discurrere. Et statim eius inspecto decore, & amoris igne suc census uirginem rapit, & subito equum ascendens aufugit, & ueniens ad portam exteriorem eam, catena ferrea, obstructam reperit qui statim gladium uibrans, unius ictus impetu, catenam firmissimam geminas diuisit in partes. Quod factum fortissimi militis adhuc hodie cerni potest. Et sic cum uirgine, suis familiaribus minime scientibus, fugitiuus abscessit, & dies & noctes transiens, usque ad patrem suum Odalricum ducem peruenit. Familiares uero hic comprehensi, in dicto monasterio, miserabiliter tormentati sunt & crudeliter interfecti. Brzezislaus itaque patri suo, quae gesta fuerant, retulit & accepta licentia transiuit Morauiam, procurans speciosam Iuditham uirginem sibi matrimonialiter copulare. Praeterea Otto imperator percipiens filiam suam Iuditham per Brzezislaum filium ducis Boëmiae raptam esse, indignatus ualde de iuramento firmauit, quod uel mortem subiret uel, subiugata Boëmia, imperialem sedem in ducatus Boëmiae medio collocaret. Ex aduerso uero iuuenis Boëmiae dux magnanimus praestitit iuramentum quod nisi morte praeuentus, imperatori tantum da-

Imperator *Bohemiam*, ob supra memoratum raptum, armis inuadit.]

mnum

mnum inferret, quod dehinc imperator & imperium iacturam perpetuam ſuſtinerent. Ex quo fit, quod imperator exercitu congregato potenti, Boëmiam nititur inuadere; & contra Boëmiae dux necnon Brzezislaus filius eius, cum gentibus ſuis, ad reſiſtendum caeſari uiriliter ſe muniunt. Et poſtquam uterque tam imperator, quam Boëmiae dux, cum exercitibus ſuis, ſtarent in campo praefata domina Iuditha filia imperatoris, & uxor ducis praedicti, foemina prudens, & prouida concepit in animo qualiter huiusmodi grandes inimicitias inter tam propinquos affines interciperet, & omnino ſedaret. Et tandem, ab imperatore ſecuritatis conductu recepto, ipſum acceſſit, & inter multos & uarios tractatus, hunc modum & ordinem adinuenit, quibus caedes populi ab utraque parte uitari, & iuramenta facta, absque cuiuslibet praeiudicio partis, obſeruari ualerent. Tractauerat etenim, quod imperator tranſiret Boëmiam, & in medio eius uid. in Boleslauia imperialem ſedem ſuam poneret, & in eadem ſede ſua potenter reſideret, & eam ibidem, in perpetuam huius rei memoriam, relinqueret. Similiter ad ſaluandum iuramentum mariti ſui Brzezislai ducis Boëmiae tractauerat, quod dum duces Boëmiae & poſteros ſuos curiam imperatoris accedere contingeret, & ad tria milliaria in uicino uenirent, terras imperii per incendium, ſub eiusdem imperii diſpendiis, licite damnificare ualerent. Et quod ad perpetuam huius rei memoriam, pro armis ducalibus Boëmiae, aquilam impe-

Sed inter belligerantes, IVDITHAE interuentu, *pax conciliatur*.

pe-

perialem in campo albo, per pennas flammis distincto deferrent. Quo ingenio per dictam Iuditham sapienter inuento, imperator & dux Boemiae supradictus concordati sunt, & sic imperator cum suis Boëmiam intrans, Boleslauiam uenit, & ibidem imperialem sedem suam pretiosissimam ponit: quae ibidem in ecclesia Boleslauiensi usque in hodiernum diem, pro huius rei memoria, diligenter custoditur. Et postea iuramento seruato, pacificus recessit. Similiter Brzezislaus iuuenis Boëmiae dux, extra Boëmiam curiam imperatoris accedens; dum in uicino ad trium milliarium spatium peruenisset, per ignis incendium bona imperii damnificat, iuramentum seruat, tractatu huius modi ad posteros suos, Boëmiae duces, deducit, quod tam a praeteritis ducibus, quam futuris regibus Boëmiae, usque in hodiernum diem, in huius memoriam perpetuam obseruatur.

CAP. XXXII.

De ulterioribus successibus Brzezislai nec non obitu Odalrici patris ipsius, & Iaromir fratris eius Odalrici.

Brzezislaus Morauiam a Polonis uindicat.

HAbebat itaque praedictus [illegible]
dominatione paterna [illegible]
Morauiam: quam partim a [illegible]
oppressam strenuis uiribus ab eorum [illegible]
bus liberauit, & comprehensa multitu[illegible]
Polonorum, centenos cum centenis [illegible]
mulans uinctos misit in Vngariam, ipsos [illegible]
pe-

pecunia uendidit, & in seruitutem relegauit. Et, tanquam sapiens filius, patrem releuans in multis laboribus multosque strenuos actus faciens usque ad annum dom. MXXX. de mandato patris sui, feliciter gubernat. Quo quidem anno MXXX. Boleslaus praefati Odalrici pater, quem, ut supra dictum est, impius Metzko Polon dux oculis priuauerat mortuus est. Et eodem anno *Odalricus Brzezislai* pater, infirmitate grauatus, ex senio feliciter uitam finiuit. Cuius obitum Iaromir frater eius; quem pridem dictus Odalricus excoecari mandauerat, percipiens Pragam uenit, & Brzezislaum, nepotem suum, una cum baronibus, magnatibus & populo eligit, & praefecit in ducem; ipsum quoque nepotem suum publice admonuit, ut iniquorum traditorum Wrsowicens. genus exterminaret, & ut suorum deberet fidelium consilia studiosius imitari, narrans, coram omni populo, quantam traditionem, quodque scelus Wrsowicenses praefati olim, in suis ducibus & dominis, perpetrauerant, & unde Wrsouicens. eorundem filii iniquorum patrum suorum iniquissimi sectatores, & praesertim eorum nequitia maior *Kochan* quadam nocte cum dictus, orbatus lumine, Iaromir, ad laxandum uentrem, priuato sederet in loco, coecum ducem eundem, per posteriora trans corpus, nequiter letaliterque uulnerans, miserabiliter insontem extinguit. Sicque Iaromir moritur pridie non. Nouembr.

Post patris obitum, a *Bohemis in ducem eligitur.*

CAP. XXXIII.

De regimine & aliis successibus ducis Brzezislai praefati.

IGitur dux Brzezislaus paterna ducali collocatus in sede; uir prouidus, strenuus &, multa uirtute, praeclarus, ducatum suum cupiens dilatare, & in partes circumuicinas extendere uires suas, regnum Hungariae potenter intrat & eius regionem usque urbem Strigonens. deuastat. Eodem etiam anno *Erhardus* quartus Pragensis episcopus, populo & ecclesiae suae utilis, migrauit ad dominum. Cui successit *Itzo* quintus Pragens. episcopus uir bonus & pius nihil mandans per quempiam fieri nisi prius hoc ipsum per se compleslet inter opera pietatis. Hic pauco uiuens tempore sed multo felicior mortuus est; cui successit *Seuerus* sextus episcopus uir industriosus & habilis; in spiritualibus & temporalibus circumspectus. Praeterea praefatus dux Brzezislaus, ex nobili & decora coniuge sua Iuditha quinque elegantissimos filios procreauit Spitigneum, Wratislaum* sceleris in auum suum Boleslaum, per Metzkonem ducem Polon. non immemor, congregato exercitu suo, intrat Poloniam, eam que deuastat, & destruit *Krako* insigniorem urbem Poloniae strenuus uictor acquirit, & funditus subuertit, ac ibi ditissimis thesauris & spoliis oneratur; coeterasque Poloniae urbes succendit & diripit, usque ad castrum *Bdeck* ubi castellani terrae, & hominum

Hic uidentur quaedam deesse.

BRECISLAVS *Poloniam*, ferro & igni, uastat.

Cracau, ab eodem occupata, euertitur.

minum maxima multitudo confugerant. Qui dicto duci & exercitui eius resistere non ualentes, se gratiose seu humiliter subdiderunt. Quos gratiose recipiens misit Boëmiam ipsis partem siluarum * in loco *Czerny* quendam praefectum inter eos capitaneum & maiorem constituens, decreuit, ut sub ea lege, qua in Polonia uixerant, permanerent; qui ab urbe *Bdeck* usque hodie *Bdekany* uocantur. Deinde dux *Brzezislaus*, praedictus usque Gnesnensem transiens metropolim, ipsam uictoriose lucratur. Et tam ipse, quam sui ecclesiam B. uirginis Mariae, ubi corpus S. Adalberti martyris reconditum erat, reuerenter intrantes confessi & contriti, triduanis uacant, ieiuniis, & ante sepulcrum S. Adalberti, una cum Seuero Pragens. episcopo, terra prostrati, oratione fusa & dei nomine inuocato, altare, in quo sanctum corpus reconditum erat, aperientes, inuenerunt sanctum in sarcophago habitu & corpore integro per omnia ac si ipso die missarum solennia celebrasset. De augusto corpore miri odoris fragrantia, non solum totam Gnesnensem repleuit ecclesiam, imo ducem & eius exercitum mirifice confortauit. Ibi stupenda ualde res accidit, quod ante lapsum trium dierum nemo sacri corporis sarcophagum tangere potuit, & sic elapso spacio trium dierum, & orationibus multiplicatis capsam attingunt sancto cum corpore, & ipsam in altari collocant; offertque dictus dux Boëmiae *Brzezislaus* duas argenti marcas. Similiter in eadem ecclesia corpus S. martyris & archiepiscopi

* *desunt quaedam uerba.*

Corpora SS. Adalberti & Gaudentii, ex oppido *Gnesna*, *Pragam* transferuntur.

episcopi Gneznensis *Gaudentii*, qui & a
nomine *Stadin* uocatur, fratris B. Adalbe
martyris supradicti, & ibidem in alia ecc
sia corpora sanctorum quinque fratrum B
nedicti, Isaac, Matthaei, Iohannis & Ch
stiani de quibus supra fuit mentio, prae
tus Boëmiae dux obtinuit. Similiter qu
dam crucem auream magni ponderis, qu
quondam *Metzko*, dux Polonicens. obtu
rat, & quandam tabulam auream ponde
CCC. librarum auri, & multa alia pret
sissima ornamenta recepit, &, cum reuere
tia digna, Boëmiam apportauit. Et d
circa riuulum *Rokysnic* Pragam applicuis
tam dux, quam clerus & populus uniu
sus tantis preciosissimis reliquiis proces
naliter obuiam facientes &, cum magna l
titia, in Pragensem praecanentes eccles
honorifice recondiderunt, ut decuit. Fa
est translatio sanctarum reliquiarum hu
modi anno dom. MXXXIX. calend. Sep

CAP. XXXIV.

De ulterioribus successibus Br zecislai ducis Boëmiae supra dicti.

Ob iam dictorum corporum translationem, dux *Bohemiae*, coram papa, accusatur.

His autem, diuina fauente gratia, pr
spere sic gestis & de tantorum p
tronorum sanctorum allatis r
quiis, tota Boëmorum terra exultante, q
dam talibus inuidentes, apostolica
accedunt, ducem Boëmiae Breze
papae deferunt; eo, quod contra pat
creta & sanctiones canonicas prae

rpora beatorum de Polonia, in Boëmiam, ut praemittitur, asportarat, & unde tam x quam Seuerus, Pragensis episcopus, de aesumtione huiusmodi plurimum arguun-, & ad uidendum desuper coram aposto- a sede missis, citationum literis, ad papae aesentiam euocantur. Qui mittens nun- s & legatos suos, se qualiter non teme- ie, sed bona intentione, nec non pro gna salute Boëmicae gentis translatio- m patronorum suorum huiusmodi fece- t, excusare curantes postularunt miseri- rdiam & ueniam de commissis. Domi- s uero s. pontifex, excusationes & petitio- s eorum admittens, praecepit &, pro sa- factione praemissorum, iniunxit, quod aefatus dux Boëmiae Brzezislaus colle- m canonicorum in Boëmia; de bonis suis opriis sufficienter, in omni necessitate, nstrueret & dotaret; & quaedam, eodem llegio, personae ecclesiasticae idoneae in- tuerentur canonice procuraret, qui lau- bus inibi domino perpetuo deseruirent, c sic per accepti mandati apostolici exe- tionem plenariam, ad propria, dicti nuncii mearunt. Ambassiatores itaque ducis oëmiae supra dicti tam misericordi & be- gna summi pontificis responsione rece- , laeti reuertuntur Boëmiam, suo prin- pi ea, quae acciderant, per ordinem enar- ntes. Brzezislaus uero, Boëmiae dux, apo- licum praeceptum gratanter receptans, exequens in urbem *Boleslau*, sitam littore beae fluminis, sub honore S. Wenceslai artyris, quondam ducis Boëmiae, in qua olim

Qui ei, poenitentiae uice, ecclesiam aedificare iniungit.

Exstruitur ista & s. WENCESLAI

dicatur memoriae.

olim idem S. Wenceslaus ab impio fratricida *Boleslao* martyrium passus est, solennem collegiatorum canonicorum fundari construi & dotari procurauit ecclesiam. Ea quae ipsis per apostolicum super praemissis iniuncta fuerant, deuotius executioni demandans. Quae Boleslauiensis ecclesia fundata, eruta, & dotata, sicut praemittitur, usque hodie cerni potest in euidens testimonium praemissorum.

CAP. XXXV.

Qualiter imperator Henricus II a duce Boëmiae aurum pridem, in Polonia, acceptum repetiit, & ob hoc Boëmiam inuasit, & qualiter primo uictus, secundo muneribus placatus abscessit; de morte matris Brzecislai; de obitu S. Procopii.

HENRICVS III *niger* cognominatus imp. partem praedae Polonicae poscit a *Bohemiae duce.*

POstquam super translatione praedictorum B. martyrum, de Polonia in Boëmiam, sum. pontifex cum Brzecislao duce Boëmiae, ut supra dictum misericorditer dispensasset, imperator Henricus II audiens magnam auri quantitatem, in Polonia receptam &, per dictum ducem, in Boë[illegible] transportatam, auri cupiditate seductus [illegible] periales literas & nuncios, praeter [illegible] Boëmiam, destinauit, mandans qu[illegible] saurus, quem pridem in Polonia re[illegible] uel infra statutum terminum ad p[illegible]

edderetur, uel imperatorem, cum potentia exercitus, hunc ab eo extorquendum adesse entiret. Quod audiens & intelligens Brzezislaus B. dux in hunc modum respondit: uictissime caesar, saluo tenore literarum estrarum & imperialium mandatorum praecessoribus uestris, & uobis, in licitis & onestis, semper paruimus, & fideliter adhaesimus. Carolus enim M. quondam Pini, regis Franciae, filius dum ueniret; nobis ensum imposuit, quo Romanis imperatoribus teneamur obnoxii uidel. MXX. boues ectos, & D marcas soluendum, quod quiem seruauimus, nec in aliquo sumus transgressi, ultra cuius obseruantiam nec artari os licet, nec quocunque largiori iugo grauari. Nam potius eligimus mori, quam solitum ferre onus. At uero imperator, is auditis, rescripsit, quod non obstantibus statutis anterioribus quibuscunque, praeceptum suum uelit effectualiter adimplere, aut, d executionem eius, ipsos compellere manu forti. Et dum praefatus dux Boh. Brzezislaus mandatis imperialibus obtemperare contenueret; statim imperator, feruore succensus, fortem & magnum congregat exercitum, & personaliter, ab uno latere, cum suis principibus per uiam, qua itur de Ratisbona Boëmiam applicat, & in littore fluuii *Bienz*-, qui uulgariter dicitur *rezne* ad partem, quae declinat uersus *Tham* prope siluas, cum exercitu suo, castra metatus est. Ducem ero Saxoniae, *Othardum* nomine, uirum industrem & bellicum cum suis ex opposito lterius partis, qua iter per *Srbiam* uersus

Dux uero hoc renuit.

Sed a Braitenberg *lib. II. Boh. piae* asserit; hoc tributi genus iam ab OTHONE M. *Bohemis*, remissum fuisse.

Igitur *Caesar* iram non tenens, exercitum in *Bohemiam* ducit.

Sittauiam ad inuadendam Boemiam ordinauit. Sicque, ex utraque parte, terram & gentem Boëmorum opprimere nitebatur. Imperator autem ac dum a parte exercitus sui metas Boemiae attigisset, & densitatem siluarum, qua ad intrandum Boemiam aditus praeclusus erat, liquido conspexisset, uias quaslibet inueniret obstructas, suis singulis iubet manum apponere, & per densitates siluarum huiusmodi uias necessarias ordinare. Quo facto una cum suis intrat obscura siluarum in loca, & dum quendam eminentiorem locum ascendisset, imperialia fixit tentoria, & sedens Boemiaeque terram & situm inspiciens, principes & nobiles suos conuocat, ipsos opportunis exhortationibus alloquitur & admonet, ut etiam absque taedio de uictoria securi praecedant, & intendant uiriliter incepto labori. Qui monitione imperiali animati, linquentes tentoria Boemiae in siluas densiores intrant. Et postquam itineris duris laboribus in earundem siluarum asperis perlustrassent, & neminem sibi resistere persensissent, per insolitos montes & colles, maximis cum fatiquis, ulterius progredientes, dum iam abrupta uiarum pericula euasisse sperabant, restat ex solitudine & inconsueta uia labor. Et quidam fortissimi milites uiribus fortem in talibus cupiunt superare laborem, non hostibus sed itineris deuio fatigati, etiam exuberante calore quietem & refrigerium petunt. Et sic, multa ponderositate lassati, credentes se hostium aduersitate securos, arma deponunt, & tunc uelut inter pacatos

Caesarianus miles, magna cum difficultate, *Bohemiae* siluas penetrat.

fines

ines inopinatis euentibus improuide se exponunt. Accidit, quod praefatus Boemiae dux, qui cum fidelibus populis suis, ad defendendam terram suam, non sine ordine sapiens, ut potuit, dispofuit facta sua, sentiens ex fatigis & laboribus, sicut praemittitur, exercitum defecisse, incautos hostes cum suis, audacter quietos, inuasit & ipsos a maximo usque ad minimum, absque pietate, percutiens quoslibet, quos non saluauit fugae praesidium, uiriliter interemit. Et etiam fugientes usque ad imperatoris tentorium, persecutus est, nec pepercit generi uel aetati. Imperator uero inopinatum gentis suae casum, ex euentu rei, percipiens, uix de tanto periculo cum paucis euasit; & sic cum principibus pro tunc liquit Boemiam, qui pridem sub imperiali uictrice aquila uictoriam sperauerat reportare. Ex aduerso uero ab ea parte, per quam Othardus Saxonum dux cum suis Boemiam intrauerat; Bretimum ipsam, ut potuit, deuastauit, usque ad pontem Snewyn, iuxta flumen Bielcka perueniffet. Ibidem dum informatus caesaris euentus audiffet, mente perterritus, cogitare coepit animo, quomodo praefatum ducem Boemiae Brzecislaum mitigaret, & post tantam uictoriam caesari reformarent. Brzecislaus uero Boem. dux, de infidelitate gentis suae praesumens, dicti ducis Sax. spernit consilium, mandans sibi: uel uoluntarius ut intra triduum exeat Boemiam, uel post lapsum termini praefixi eius bello depressus subiaceret, nec haberet a modo liberam licentiam exeundi, qui uir prudens talia

Bohemi, incautis *Germanis* superuenientes, eos in fugam uertunt.

OTHARDVS, *Saxonum* dux, Bohemo, ut cum caesare pacem ineat, suadet; sed frustra.

talia prudenter aduertens, & prioribus domini caesaris sui discriminosis pensatis dispendiis, terram & metas Boemiae pacificus exiuit, cogitans qualiter se super illatis posset imposterum uindicare. Interea dux Brzecislaus prædictus, ad defendendum fines Boemiae uersus Saxoniam, comitem Bidinensem, Procopium nomine, cum tribus legionibus, deputauit. Hic quia corruptus Saxonum pecunia aduersus ducem Othardum non restiterat, ut debuit; a praefato duce Brzecislao captus est, & oculis erutis, manibus pedibusque abscissis, praecipitatur in fluuium Bielina, ut alii, eius exemplo perterriti, ad uotum & iussum ducis sui patriam defenderent, & fidem praestitam nullatenus uiolarent. Facta autem sunt haec anno MXLI. & deinde anno domini MXLII.

Procopius comes a Bohemiae duce proditionis insimulatus, occiditur.

Henricus imperator praefatus, una cum Othardo duce Saxoniae supradicto, militorum suorum nobilium & fidelium ruinae non immemor, ulcisci cupiens, imperiali potentia, multis itineribus, Boemiam intrans, eam undique deuastat, & demum usque Pragam perueniens obsedit eam. Quo facto, cum tanto exercitui resistere non ualerent, Seuerus episcopus Pragens. timens, ne propter fidelitatem, qua caesari tenebatur per ipsum Pragensi episcopia priuaretur; quadam nocte secrete confugit ad caesarem. Quod audiens Brzecisl. dux Boemiae, tanquam uir sapiens, & necessitate incitatus, imperatorem auro placat, dans sibi MD. marcas argenti, quae summa fuit tributum trium

Imperator *bellum restaurat.*

Dux Bohemiae ab eo pacem *argento redimit.*

trium praeteritorum annorum, pacemque firmauit cum ipso. Et ſic caeſar, qui pridem anno praeterito bello uictus turpiter de Boemia, per fugam, euaſerat, iterum anno futuro non reſiſtentia ducis, ſed muneribus placide pacificatus, abſceſſit, quique prius fuerant inimici, ex tunc, interuenientibus praemiſſis euentibus, amoris uinculo mutuo reformantur reconciliatis itaque imperatore & duce Boemiae ſicut praemittitur.

Poſtea anno dom. MLIII. S. Procopius abbas, plenus ſanctis operibus, coeleſtem prouexit in patriam. Anno uero immediate ſequenti, qui fuit MLIV. Brzecislaus, dux Boemiae ſupradictus, Wratislauienſem ciuitatem & alias ciuitates Olecze & dioeceſin Wratislauienſem ducibus Poloniae ſub ea conditionem locauit, quod ſibi & ſucceſſoribus ſuis, Boemiae ducibus, in perpetuum uerae ſubiectionis titulo centum marcarum argenti & triginta auri, annuatim, perſoluant, in terminis deſuper conſtitutis.

BRECISLAVS Wratislauiam & Oelz urbes Polonis *in feudum quotannis recognoſcibile* tradit.

CAP. XXXVI.

De morte Brzecislai & ſucceſſione Spitignei primogeniti ſui.

Poſtquam Brzecislaus, dux Boemiae, totam olim Poloniam deperditam uictorioſe * relioratus eſſet, & ditioni Boemiae ſubegiſſet, propoſuit ſimiliter inuadere Pannoniam, & proceſſit in urbem *Chrudim*, uolens ibidem exercitum ſuum congre-

** locus corruptus eſt.*

BRECISLAVS *Hungaris* bellum infert;

gregare, ut hoc facto una cum ipsis directus & prouisus posset ulterius proficisci. Sicque eo ibidem stante in Chrudim, infirmitate grandi pulsatur, & cum inualescere morbum sensisset, seque quotidie fortius deficere, ac inopinatam mortis horam adesse * nobis & magnates suos conuocat, & de principatu suo disponens, statutum condidit; ut uidelicet in Boemiae principatu, post cuiuslibet ducis obitum, primogenitus inter fratres sublimetur in ducem, ducatum regat, & populus ac singuli fratres sui sibi, tanquam principi suo & domino, sint subiecti. Et nihilominus ad obseruantiam huiusmodi statuti perpetuam, magnates & nobiles principatus Boemiae in sacramento adstringit, ne pluralitate ducum tam insignis ducatus suppressionetur, aut ex dissensione fratrum, super eiusdem principatus regimine, dispendium pateretur. Et sic intentionis proposito probe consummato, non post multos dies, febribus adauctis, oppressus, deficiens, uitae cursum consummauit feliciter temporalis. Mortuus est autem uictoriosus Brzecislaus, dux *Bohemiae* praefatus, anno dom. MLV. IV Id. Ianuar. & sepultus in ecclesia Pragensi cum Iuditha sua coniuge. Quem Brzecislaum, ob multa merita sua, per dies multos, tota lamentabiliter planxit Boemia. Postquam ordinationem suam, per magnates & nobiles Boemiae, Spitigneus primigenitus eius in ducem eligitur, & in patrio solo sublimatur.

Sed, in hac expeditione, corporis infirmitas eum inuadit.

Primogeniturae legem in *Bohemia*, ad sentientibus statibus prouinciae, introducit.

BRECISLAVS moritur.

CAP.

CAP. XXXVII.

De regimine & successione Spitignei.

ERat itaque Spitigneus dux Boemiae primogenitus Brzecislai ducis speciosus statura & membris admodum dispositus. Qui postquam, sicut praemittitur, ducatus Boemiae regimen assumpsit, prima die principatus sui tale statutum, per totam Boemiam, publice promulgari mandauit. Quod omnis Teutunicus, qui ultra triduum infra metas Boemiae repertus foret, capite truncaretur. Et inde statuto tali temporibus suis Teutunici de Boemia penitus eliminati sunt. Qui etiam Spitigneus Iuditam matrem suam, Ottonis Ruffi filiam, de qua superius facta est mentio, in Boemia permanere noluit pati. Similiter abbatissam S. Georgii nobilis Brunonis comitis Almaniae filiam, ex eo, quod in eadem abbatissa olim in structione muri castri Pragens. per Brzecislaum ducem Boemiae, patrem dicti Spitignei constructa, eundem Spitigneum, adhuc iuuenem, propter destructionem cuiusdam fornacis pistoriae monasterii praefati, opprobriis & oblocutoriis uerbis affecerat, extra monasterium & regnum eiecit. Demum, non post multos dies proficiscitur uersus Morauiam. Nam quondam Brzecislaus pater eius Morauiam inter filios suos, per partes, diuiserat. Wratislao medietatem eius, ac Conrado & Ottoni aliam superstitem partem assignans, ex conditione, quod tanquam uasalli ducis Boe-

SPITIGNEVS B. dux, una die, omnes *Germanos e Bohemia* expellit.

Boemiae sibi fideliter, perpetua subiectione, subessent. Iaromir uero liberalibus studiis tradiderat imbuendum, ut, tempore suo, posset ad gradum sacerdotii promoueri. Et dum Morauiam, cum multitudine armatorum, potenter applicaret, frater suus senior, Wratislaus nomine, audiens talem fortem aduentum illius, ualde timuit, & uxore sua Ollomutz ciuitate dimissa, fugit Hungariam, quem rex Andreas ibidem grate suscipiens, quamdiu secum fuit, honore condigno tractauit; ueniens itaque Spitigneus Morauiam, & rebus & prouincia, ad placitum, ordinatis, fratres suos suam recepit ad curiam, Cunradum, qui uenationibus delectabatur insistere, officio uenationis praeficiens; Ottonem prouisorem & dispensatorem curiae ducalis constituit. Nurum suam, Wratislai fratris sui coniugem, postquam ipsa cum ciuitate Olmucensi in eius potestatem deuenit, cuidam comiti Mztis nomine, ad quoddam castrum Leshozen uocatum in captiuitatem tradidit. Qui comes insignem talem dominam, ne aufugeret, dure tenuit, & pedem suum cum pede eius, compede forti, constrinxit. Quae tamen Wratislaus uir eius postea percipiens, plurimum aegre tulit. Spitigneus itaque dux praefatus, inductione Seueri Pragens. episcopi dominam praefatam, post lapsum unius mensis, de captiuitate liberam abire permisit. Quae ad uirum adire proponens, & in itinere iam existens, quia uicina partui fuit, infirmitate pressa infra biduum expirauit. Quod uir eius audiens, multo dolore

WRATISLAVS frater *Spitignei* illum metuens, fugit in Hungariam.

dolore turbatur, nec, per dies multos, uoluit in huiusmodi ſuis doloribus mitigari: Andreas autem rex Hungariae uidens Wratislaum praedictum de morte coniugis ſuae turbatum, amicabiliter conſolatur eundem, & conſiderans excellentiam generis ſui, & etiam magnam eius uirtutem, poſt lapſum non longi temporis ſibi filiam ſuam, Adelheidam nomine, legitimam tradidit in uxorem. Quod dux Boemiae Spitigneus ſentiens & praecauere uolens, ne Wratislaus frater ſuus regis Hungariae, adhaerentiumque ſibi plurium nobilium in Morauia, qui ſibi ualde fauebant, ſuffultus auxilio, Morauiam potenter intraret: dictum fratrem ſuum Wratislaum, de Vngaria, reuocat, & ei ciuitates in Morauia, quas ante pater ſuus dum uixerat, ſibi dederat, reaſſignat. Succeſſu etiam praefati Spitignei, ducis Boemiae, opibus an anno dom. MLVIII. IV. Non. Aug. Iuditha mater ſua, quam antea extra Boemiam eiecerat, & quae in odium eius Petro regi Hungariae nupſerat moritur. Poſtea a filio ſuo, Wratislao duce, inde translata, ſepulta eſt Pragae iuxta uirum ſuum Brzecislaum, SS. martyrum S. Wenceslai atque Adalberti in eccleſiam. Haec fundauit monaſterium ordinis praemonſtratenſis prope Znoimam in dioeceſi Olomucenſi.

SPITIGNEVS cum fratre iterum *in gratiam redit.*

CAP. XXXVIII.

De amplificatione aedificii Pragenſis eccleſiae, per Spitigneum & eius obitu.

Prae-

PRaefatus itaque Spitigneus Boemi dux, uir multum deuotus, aut iudex & praecipuus benefactor mi rabilium personarum, nec non in augme to diuini cultus plurimum sollicitus, d anno dom. MLX. in festiuitate S. Wenc lai martyris & patroni in Bohemia, & B.V Pragensis niteretur ecclesiam, quam an dictus S. Wenceslaus construxerat, & qua sanctae sui corporis reliquiae quiesc bant, uidensque ecclesiam eandem adre piendam multitudinem populi confluent non posse sufficere, cupiens ad aliam p uam ecclesiam eidem contiguam, in q corpus B. Adalberti martyr. erat reconditu deliberauit bonum esse, alias disrumpi d bere huiusmodi paruas ecclesias, ut earu loco tantis patronis reaedificare de no ualeret ecclesiam spatiosam, & contin per gyrum in longum & latum primum ei dem instaurat fundamentum, ac demu incepto operi feruenter intendens, ann sequente, deo iubente morte praeuent conceptum non potuit propositum consu mare. Et mortuus est Spitigneus dux, ue Boemiae amator, anno dom. MLXV. c Febr. Ducatus sui anno VI. Et sepultus e in ecclesia Pragensi.

Ecclesia cathedralis Pragensis. maiorem in modum, aedificatur.

CAP. XXXIX.

De sublimatione Wratislai, fratris Spitignei, in ducem Boemiae.

Mor

MOrtuo itaque Spitigneo frater eius Wratislaus principatus Boemiae solio sublimatur, qui non post multos dies, Morauiam intrans, diuidit eam inter fratres suos. Orientalem plagam, quam ipse potius habuerat apertam uenatui & piscibus abundantem Ottoni committens, occidentalem partem Teutonicos declinantem, campestrem & plenam frugibus fertilem Conrado, qui & linguam Teutonicorum optime sciuit, distribuens. Iaromir itaque quartus frater, qui olim a patre illorum Brzecislao literarum studiis applicatus, & ad clericatum deputatus fuerat, audiens mortem Spitignei, fratris sui, quem ut se ipsum dilexerat, de studio reuertitur, sub spe portionis paternae haereditatis habendae, quem dux Wratislaus, frater suus, gratanter suscipiens, & ut sensit eum magis ad temporalem militiam, quam clericalem gradum inclinare, ipsum minis & precibus a suo reducens proposito, promittensque sibi quod eum, post obitum Seueri, episcopi Pragensis, ad praesulatus apicem promoueret. Et sic intrante Martio in prima sabbathi, dum sacri ordines celebrarentur, Iaromir partim resistens usque ad diaconatus ordinem ordinatur & subsequenter episcopo missarum solennia celebrante, mire diaconi euangelium legit, & in praesentia Wratislai, fratris sui, iuxta morem solitum, episcopo ministrauit. Qui tamen Iaromir acceptum ordinem postea abiiciens, miles effectus est, & ad ducem Poloniae fugitiuus abscessit. Interea accidit quod

WRATISLAVS *Morauiam*, inter suos fratres, diuidit.

Mztis comes Bielinus, filius Borth, qui olim uxorem ducis Wratislai, ad mandatum Spitignei, in custodia, irreuerenter tenuerat; eo quod ipsum de hoc suspectum haberet Wratislaus, non immemor, de prudentia tamen sua nimium confisus, palatium ducis accederet. Ingressus ducem rogauit suppliciter, quod ad consecrandam parochialem ecclesiam, quam in urbe sua Bielina, in honore S. Petri Apostoli, accedere dignaretur. Dux uero petitioni suae, sub conditione exequendae iustitiae, consentiens, uenire promisit, dicens: Veniam, & quod iustum fuerit, faciam; quam responsionem praefatus Mscis non perpendens, laetus abscessit, & tam pro duce quam pro episcopo fecit necessaria singula praeparari. Constituto itaque die dux & episcopus Bielinam ueniunt, & ibidem ecclesia dedicata, dux cum suis pransurus intrat in urbem, comes uero & episcopus in quadam curia; prope dedicatam ecclesiam, remanent, & simul discumbunt. Interea uenit nuncius dicens secrete comiti, ablatam sibi esse urbem per ducem Boemiae & traditam Capathae filio Wsebori, qui tunc in aula ducis primus post ducem, in omnibus, habebatur. Comes uero, auditis talibus, de Seueri episcopi Pragensis, auxilio absque personae suae periculo uix euasit. Habuit etiam praefatus dux Wratislaus, ex uxore sua Adelheida, filia regis Hungariae, duos filios Brzecislaum & Wratislaum & duas filias Ludmillam & Iuditham. Quae Adelheidis mater eorundem filiorum nondum prouecta in senium, uitam fini-

deficit hoc in loco uerbum quoddam.

MZTIS comes, bonis suis a WRATISLAO priuatur.

finiuit, anno dom. MLXII. VI. kal. Febr. Post cuius obitum anno elapso, dux Wratislaus natam Casimiri ducis Poloniae, Boleslai & Wladislai fratrum germanam, legitimam duxit in uxorem, de qua quatuor filios procreauit uidelicet Boleslaum, Borziwz, Wladislaum & Sobieslaum, de quibus suis in locis postea tractabitur; rexit igitur ducatum suum feliciter praefatus Wratislaus Boemiae dux, post mortem uxoris suae Adelheidis, quinque annis, uel usque ad annum dom. MLXVIII. In quo anno V. Id. Septembr. Seuerus Pragens. episcopus sextus, uir prouidus & in multis expertus, & qui Pragensem & Olmucensem episcopatus indiuisim multa rexit per tempora usque dum, post obitum Spitignei ducis, ex tunc uictus precibus Wratislai, ducis Bohemiae, sensit, Iohannem in Morauiensem episcopum promoueri. Post cuius quidem episcopatus diuisionem praefatus Seuerus modico tempore uixit, & post multa bona opera, infirmitate grauatus & senio, feliciter ab hoc mundo migrauit uel transiuit.

Pragensis & Olomucensis episcopatus diuiduntur; cum antea ab uno regebantur episcopo.

CAP. XL.

De ulterioribus successibus Wratislai & promotione Iaromir in episcopum.

PRaeterea postquam Conradus & Otto fratres Wratislai, ducis Boemiae, audiuissent Seuerum, Pragensem episcopum, ab hac luce migrasse: secrete mittunt

Poloniam ad fratrem ſuum Iaromir, apoſtaſiam fraudulentam reuoluens, cogitare coepit, ut non ipſum ſed magis idoneum, ad Pragenſem eccleſiam, promouerent. Habuit enim hoc temporis, in aula ſua, quendam capellanum Langkonem nomine, de Saxonia, nobili proſapia genitum, praepoſitum Litomericenſem, uirum induſtrem & literarum ſcientia decoratum. Hunc Langkonem, quia ſibi, longis temporibus, fideliter ſeruierat, deliberauerat, eccleſiae Pragenſi praeficere. Quod & adimpleſſet, niſi Conradus & Otto, adhaerentium ſuorum auxilio, poſt uarios tractatus, multasque altercationes inter ducem & eos, uix apud fratrem ſuum Wratislaum poterant obtinere: Iaromir, fratrem eorum, in Pragenſem epiſcopum, promoueri. Et ſic Wratislaus dux, cum fratribus & magnatibus ſuis, Iaromir unanimiter, in epiſcopum, eligunt, nuncios ad imperatorem Henricum deſtinant. Imperator itaque Henricus Iaromir annulum & paſtoralem dat baculum, aſſignans eum archiepiſcopo * in Pragenſem epiſcopum conſecrandum. Qui ſibi munus conſecrationis impendens, nomen ſuum Iaromir in Gebhardum transmutat. Et ſic conſecratus epiſcopus Pragam reuertitur & ibidem a clero honorifice ſuſcipitur. Facta ſunt haec anno domini MLX. Deinde anno domini MLXXIII. Gebhardus epiſcopus Pragenſis repetens Morauenſem epiſcopatum, ex eo quod praedeceſſor ſuus Seuerus utroſque indiuiſim tenuerat, & uidens quod propter fratrem ſuum Wratislaum, qui Morauiae epiſco-

IAROMIR epiſcopus Pragenſis, a Bohemiae duce conſtitutus, ab imp. Henrico IV. *per annulum & baculum*, inueſtitur.

episcopum Iohannem ualde dilexit, non posset proficere, quodam tempore transiuit Morauiam, & Ioannem episcopum fraudulenter accessit ipsumque, in domo sua, contumeliis & uerberibus multis affecit. Quod Wratislaus dux percipiens, multum doluit, & recepto episcopo Morauiae in domum suam, ipsum gratiose protexit quousque missis legatis ad papam, ea quae facta fuerant, per querimoniam, ad eius deducerent notionem. Primi itaque nuncii in hoc misso negotio, per seruitores Iaromir, in uia reperti, male tractati, & etiam mutilati redire, turpiter sunt compulsi; deinde alii, tutiori uia, nuncii mittuntur ad papam, qui Romam uenientes, papae, quae facta fuerant, exponunt per ordinem & supplicant de remedio prouideri. Papa uero audiens exposita, mittit quendam cardinalem, nomine Rudolphum, ut super praemissis ueritate comperta, iustitiam ministraret. Qui ueniens Pragam, honorifice suscipitur & Gebhardo, Pragensi episcopo, citato, sed minime comparente ob contumaciam eius & despectum apostolicae sedis ipsum ecclesia & omni officio episcopali priuat, ditionem Pragensem ecclesiastico subiicit interdicto. Quod audientes praelati & clerus Bohemiae dictum cardinalem accedunt, referentes, nisi eorum episcopum officio restituat, secum uelint, relictis eorum beneficiis, exulare. Quod ipse cardinalis sapienter, ad tollendum scandalum, necessitate compulsus, Gebhardo episcopo sacerdotale tantum reddit officium, iniungens utrisque

GEBHARDVS seu Iaromir *Iohannem* Morauiae ep. uerberibus afficit;

Ideo priuatur *a legato apostolico* suo Pragensi episcopatu.

Sed ab eodem mox restituitur.

episcopis, ut infra annum ad apostolicum transeant, super praemissis papae sententiam audituri. Ex quo uterque Romam uenit, se apostolico respectui repraesentans. Et tunc papa cum super praemissis partim informatus existeret, utique Gebhardum Pragens. episcopum dignitate priuasset, nisi potentissimae comitissae Mechtildis, filiae Bonifacii ducis Lucani in Tuscia, consanguineae suae, quae pro tunc Romae fuit, interpositione & precibus fuisset apostolico reformatus. Eadem enim Mechtildis fuit uirgo potens & nobilis, multas habens prouincias & terras. Ex eius donatione Romana ecclesia patrimonium - - S. Petri obtinuit. Et quia de sanguine ducum Boemiae processerat, Gebhardum episcopum papae conciliauit taliter, quod ex tunc uterque episcopus tam Pragae quam Morauiae de episcopatu suo, contentus de cetero pacifice permanerent. Et sic ad propria redierunt, mandatum apostolicum obseruantes.

Papa uero Gregorius VII. ei MATHILDIS, *Tusciae* princ p inter e tu, commissa remittit.

CAP. XLI.

De ulterioribus successibus Wratislai & de praelio habito cum Australibus.

PRaeterea Wratislaus dux, temporibus regiminis sui, uidens quod gentes Lipoldi, Austriae marchionis, fratres suos Conradum & Ottonem in Morauia supradictos, rapinis & latrociniis, plurimum mole-

WRATISLAVS B. dux Austriae marchionibus bellum infert.

molestabant, & missis nunciis suis ad marchionem praefatum, ut suos in talibus compesceret. Tandem uidens se totaliter non posse proficere, ualidum & fortem congregat exercitum, & similiter militum multitudinem, de Alemanniae partibus, conducens, ac etiam fratribus eius, marchionem Austriae diffidantes, terras eius intrant, & undique deuastant. Marchio uero praefatus militum & armatorum suorum confisus potentia, cum suis in campo, ex aduerso, congreditur. Et ueniens ad locum, in quo Boemiae dux & sui aduentum eius magnanimiter expectabant, aciebus & turmis a parte utraque prouide ordinatis, tam equestre quam pedestre certamen initur, fitque pugna maxima inter eos & conflictus. Durante certamine Wratislaus cum suis strenue triumphauit, & sic Australibus superatis, & sic crudeliter interfectis, marchio Lipoldus praefatus, cum paucis, per fugae praesidium, uix euasit. Verum Wratislaus & sui, post triumphum huiusmodi, laeti reuertuntur ad propria; uictoriosis spoliis plurimum onerati.

LIPOLDVS marchio a *Bohemis* proelio uincitur.

CAP. LXII.

De reformatione quondam desolati regni Morauiae, & de eius, in Boemiam, translatione per imperatorem Henricum, qui propterea Wratislaum in regem sublimauit.

ANno dom. MLXXXII. Romanorum imperator Henricus imperialem solennem curiam uolens in Moguntia celebrare, certo statuto termino, uniuersos & singulos electores eccl. & seculares nec non alios quoslibet imperii principes & nobiles conuocat super arduis, Romanum imperium tangentibus, negotiis tractaturus. Ad quam curiam principes ecclesiastici & seculares, nec non nobiles & proceres mandatis obediendo caesaris adueniunt, cum imperatore, super reformatione status imperii & eius reipublicae, tractaturi. Quibus taliter congregatis, & de diuersis & magnis tractantibus negotiis; inter cetera res ardua deducitur in medium; quomodo quondam regnum Morauiae, cui suberant Boemia, Polonia, Russia & quam plures ducatus alii, nec non nationes & terrae, temporibus quondam Swatopluck, ultimi regis Morauorum, defecerat & cesserat: quod regnum tanquam insigne membrum imperii esse consueuerat, & ex debito eius imperio Romano subiectum. Et qualiter ab tempore obitus dicti *Swatopluck* regis, pene CXCII annis imperium eiusque rectores, desolato regno praefato Morauiae, rege caruissent: & qualiter ad honorem imperii expediret, summopere cogitare & etiam prouidere, de reformatione tanta serenissimi principatus. Quibus propositis, imperator Henricus praefatus, tam arduo tamquam insolito pensato tractatu, consilio electorum & aliorum ecclesiasticorum & secularium principum imperii, diligentius coepit perquirere, & ad ho-

Vetus *Morauiae* regnum imperio Germanico subiectum.

honorem & ſtatum imperii, ſollicita mente, ſcrutari, quatenus ſuper talibus & principum ſuorum conſiliis poſſet ad debitum prouideri. Tandem negotio tam grandi, per multos dies, mentis examine, profundius reuoluto, deſunt uiae deſuntque conſilia, quibus tanta negotia absque praeſidio Wratislai, ducis Boemiae; non ſolum Boemiam, uerum etiam Morauiam, Poloniam & multas alias prouincias & terras, olim ad regnum Morauiae pertinentes, pro tunc iuſto titulo poſſidentes uiri, utique tam opulentia, quam latitudine regionum, honorifice & ſtrenue de - - - poſſint, ſeu ualeant fine laudabili conſummari. Et unde Wratislaus Boemiae dux, qui tunc Moguntiae fuit praeſens, per imperatorem & principes electores imperii eccleſiaſticos & laicos, uocatur in medium, & conceptis circa praemiſſa conſiliis, multa reſolutione, magnaque maturitate diſcuſſis de omnium & ſingulorum unanimi & deliberato conſenſu, per imperiale decretum, idem Wratislaus regia gloria exaltatur, & ibidem imperiali ſanctione ſtatuitur, ut ad recuperationem notabilium damnorum, quae imperium per tot annorum curricula ex Morauiae regum & eiusdem regni carentia paſſum fuerat, Boemia ſublimatur in regnum, & ſibi regi ſucceſſoribusque ſuis in perpetuum regibus Boemiae Morauia uelut Marchionatus; nec non Polonia, Ruſſia, & alii ducatus & terrae, quae olim ad regnum Morauiae reformare gaudent, & in Boemia cum uniuerſis pertinentiis iure & honoribus, regalibus

Morauiae regnum in Bohemiam transfertur.

pure & irreuocabiliter ſit translatum. Hinc eſt, ut ad huius rei effectum notabilis Henricus, inuictiſſimus imperator, ſanctionem & decretum caeſaris huiusmodi, in principum ſuorum & inauditae multitudinis praeſentia, mandat publice promulgari &, corona regali, manibus accepta propriis, inter electores, alios quoque principes & nobiles imperii Wratislaum, praedictum ducem, magnifice decorauit, capiti eius coronam regalem eandem imponens. Sicque Wratislaus ſublimatur in regem & rex Boemiae nomine & re, ab omnibus, proclamatur. Demum imperator magnificus ſtatim Engelberto, archiepiſcopo Treuirenſi, commiſit, quod accedens Boemiam, nouum regem, eius in propria Pragenſi eccleſia, iuxta morem unctionis Romanorum regum, qui etiam coram ſublimatione ſeruatur, hoc eſt, in capite, pectore, inter & trans ſcapulas atque manus ungat in regem, & ipſum regalibus inſigniis, in proprio ſuo Boemiae regno, decoret. Engelbertus itaque Treuirenſis archiepiſcopus iuſſis imperatoris obtemperans, Pragam acceſſit, & ibidem anno dom. MLXXXVI. praedict. XVII. cal. Iul. in eccleſia Pragenſi, infra ſacra miſſarum ſolennia, Wratislaum nouum regem Boemiae, regalibus inſigniis, decoratum, ſecundum ordinem & morem Romanorum regum ſicut praemittitur, clero & populo ter acclamantibus: Wratislao regi noſtro, ſalus, honor & uictoria, unxit in regem, & tam ipſum, quam Swatouam, coniugem ſuam, coronis regalibus inſigniuit.

WRATISLAVS *Bohemiae* dux in regem ungitur anno 1086.

Quae

Quae unctio iuxto morem Boemiae regum in coronationem singulorum regum Boemiae, in eius perennem memoriam, iugiter obseruatur. Repleta itaque regia festiuitate praedicta, post triduum praefatus Engelbertus archiepiscopus Treuirensis, in honore condigno remissus a rege, feliciter reuertitur ad propria, tota regione noui regis Boemiae, in tantis acceptis muneribus, per multos dies, plurimum, ut decuit, exultante.

CAP. XLIII.

De reunione Olomucensis ad Pragensem ecclesiam, & fundatione S. Petri Wyss.

Celebrante itaque, in Moguntia, sicut praedictum est, imperatore Henrico solennem suam curiam, Gebhardus Pragensis episcopus praecauere uolens, ne de obitu Iohannis, quondam episcopi Morauiae, qui eodem anno decesserat, Morauiensi ecclesiae certus alius praeficeretur episcopus & inde ad imperatoris praedicti deduceret notitiam, qualiter ex ordinatione quondam S. Adalberti, Pragensis episcopi, temporibus primi Ottonis imperatoris ecclesia Morauiensis Pragensi episcopo fuisset unita, & qualiter Benedicti papae fuisset desuper confirmatio subsecuta; una cum Wratislao nouo rege Boemiae, fratre suo, imperatori praefato supplicans, ut unionem eandem imperialibus dignaretur literis roborare. Imperator itaque talibus eorum petitionibus inclinatus, unionem ecclesiarum hu-

GEBHARDVS de uniendis *Pragensi* & *Olomucensi* episcopatibus init consilia.

huiusmodi, per suas literas, confirmauit, quarum tenor per omnia sequitur in haec uerba:

Henrici IV. imp. litterae unionem Pragensis & Olomucensis episcopatuum confirmantes.

In nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis. Henricus III. diuina fauente clementia, Romanorum imperator Augustus regio homini & imperatoriae dignitati congruere nouimus, ut ecclesiam dei, utilitatibus ubique opitulantibus, damna uel iniurias earum, quandocunque necesse fuerit, propulsemus. Quapropter uniuersis dei, nostrique regni fidelibus, tam futuris quam praesentibus, notum esse uolumus, qualiter fidelis noster Pragensis episcopus Gebhardus saepe confratribus & coepiscopis, coeterisque principibus nostris & nouissime nobis conquestus est, quod Pragensis episcopatus, qui ab initio per totum Boemiae & Morauiae ducatum, unus & integer constitutus est, tam a Papa Benedicto, quam a primo Ottone imperatore sic confirmatus est; postea antecessorum suorum consensu, sola dominantium potestate subintronizato, inter terminos eius nouo episcopo diuisus fuisset & minutus. Qui cum Moguncìae coram legato apostolicae sedis, praesentibus nobis, & plerisque regni nostri optimatibus eandem querimoniam intulisset, ab archiepiscopis, Wistone Moguntino, Synewino Coloniae, Gilberto Treuirensi, Wemaro Bremensi, ab episcopisque, Theodrico Virdunensi, Conrado Traiect. Odalrico Cis - - - Ottone Ratispon. cum assensu laicorum, ducis Boemorum Wratislai & fratris eius Conradi ducis, Friderici ducis, Ludolphi Palatini comitis, Rapotonis & omni-

omnium, qui ibidem conuenerant, primitiua illa ecclesiae parochia cum omnium terminorum suorum ambitu, Pragensi sedi est adiudicata. Termini autem eius uersus occidentem hi sunt: Tugast, quae tendit ad medium fluminis, *Thub*, *Zelza* & Luczena & Dasena, Lutomerici, Lezncizii, usque ad mediam siluam, qua Boemia limitatur. Deinde ad aquilonalem hi sunt termini: personane, Ghrownag & altera Ghronati, Zlazane, Treboiuane, Borborane usque ad mediam siluam, qua Militunorum occurunt termini. Inde ad orientem hos fluuios habet terminos: - - - - cum Cracouia ciuitate, prouinciaque, cui Maqs nomen est, cum omnibus regionibus ad praedictam urbem pertinentibus, quae Cracouia est. Inde Vngarorum limitibus additur usque ad montes, quibus nomen est Truti dilatata procedit. Deinde in ea parte, quae meridiem respicit, addita regione Morauia usque ad fluuium, cui nomen est Wagis, & ad mediam siluam, cui nomen est mare, & eiusdem montes eadem parochia tendit, qua Bauaria limitatur. Mediantibus itaque nobis & communi principum aspirante suffragio, pactum est, ut dux Boemiae Wratislaus & frater eius Conradus, supradicto Pragensi episcopo, fratri suo parochiam, iudiciario ordine requisitam ex integro profiterentur & redderent. Proinde nos, rogatu eiusdem episcopi, rationabiliter inducto Pragensis episcopatus reintegrationem nostrae imperialis autoritatis edicto illi & successoribus suis confirmamus, & stabili-

Limites dioeceseos episcopatus *Olomucensis*.

ſtabilimus, inuiolabiliter decernentes, ne ulla poſthac cuiuslibet conditionis perſona, uel ulla ſocietas hominum Pragenſi eccleſiae quicquam ſui iuris, in praenotatis terminis, praeſumat alienare. Cuius reintegrationis & confirmationis auctoritas ut omni aeuo ſtabilis & inconuuſſa permaneat hanc chartam inde conſcribi, ſicut infra apparet, manu propria laborantes, impreſſione ſigilli noſtri iuſſimus inſigniri. Dat. III. cal. Maii anno ab incarnat. domini MLXXXVI. Ind. IX. anno autem domini Henrici, regni quidem XXXII. imperii uero III. ſigillum domini Henrici III. Romanorum imperatoris Auguſti.

CAP. XLIV.

De erectione eccleſiae Wyſſegraden.

GEBHARDVS ep. Pragenſis, faſtu nimio inflatus, fratrem ſuum, WRATISLAVM B. R. deſpectui habere incipit.

PRaeterea, poſtquam ſicut praemittitur, Wratislaus dux quondam Boemiae, ſublimatus fuiſſet in regem, & Gebhardus epiſcopus Pragenſis, praetextu unionis Pragenſis & Olomucenſis eccleſiarum, utrumque regeret praeſulatum, ipſe Gebhardus in arrogantiam mentis erectus, coepit regi Boemiae, fratri ſuo, contrarius exiſtere, &, ut potuit, plurimum diſplicere, ac taliter ſe a regis potentia retrahere, ut etiam quandoque in feſtiuitatibus ſummis, quibus rex regalibus inſigniis decoratus, intereſſe conſueuerat, Pragenſi epiſcopo ſe ſaepius abſentante rex diuinorum ſolenniis, absque praeſule intereſſet. Et unde rex talem ela-

elationem eius sapienter tolerans, in castro suo Wyssegraden in honore S Petri fundauit ecclesiam, solemnes nuncios mittens suos ad Alexandrum papam, qui propter institutionem & ordinationem eiusdem ecclesiae Ioannem Tusculanum episcopum, cardinalem cum Petro S. Georgii praeposito Pragensi transmisit Boemiam, precibusque obtinuit: ut ibidem certus instituetur canonicorum numerus, qui dominicis laudibus iugiter insisterent. Et quod in summis festiuitatibus patronorum Boemiae & aliis festiuitatibus, ac etiam in presentia regis Boemiae praepositus & decanus, nec non presbyter, diaconus & subdiaconus, missam celebrantes, infulis & sandaliis, uelut episcopi, in perpetuum uterentur, quodque sint ab omnium ordinariorum episcoporum Pragensium iurisdictione liberi, prout horum effectus, in hodiernum diem, intuentibus clare patet. Quae per praefatum etiam Alexandrum papam & LXXII reuerendissimos patres, cardinales, patriarchas, archiepiscopos & episcopos, qui tunc apud papam, aderant confirmantur. Et in die fundationis Wratislaus rex XII. cophinos lapidum, ad modum quondam Constantini imperatoris, propriis humeris suis portans, aedificiorum prima posuit fundamenta & Wyssogradensem ecclesiam ad similtudinem ecclesiae romanae S. Petri construxit. Sic enim Wratislaus Bohemiae rex arrogantem absentiam dicti fratris sui, Pragensis episcopi, curiosa & utili mente perdomuit, & eius Wyssogradensem ecclesiam, in qua pro.

Hanc ob causam WRATISLAVS in castro Wyssegraden nouam exstruit sibi ecclesiam exemptam ab omni Pragensis episcopi iurisdictione.

propriam ſepulturam elegit, tam eccleſia-
ſticis ornamentis quam id * magnis utilitati-
bus & praediis plurimum exaltauit. Nam
ei Wyſſegradenſem praepoſitum, in cancel-
larium regni, conſtituit, & immedietatem
cum principibus regni, in conſiliis regalibus
habere ſeſſionem & locum. Facta eſt au-
tem tam inſignis eccleſiae Wyſſegradenſis
erectio anno dom. MLXXXIX.

WRATISLAVS, GEBHARDI inſolentiam exoſus, *Pragenſem* & *Morauenſem* eccleſiam iterum ab inuicem ſeparat;

Inualeſcente inſuper elatione dicti Geb-
hardi epiſcopi Wratislaus Boemiae rex, in
uindictam fratris ſui, quendam capellanum
ſuum Wiclonem, eccleſiae Morauenſi, de-
facto, praefecit. Quod Gebhardus, Pra-
genſis praeſul, intelligens, diſpoſuit Romam
ire propterea & apoſtolicum auxilium im-
plorare & tranſiens Hungariam & regem
Wladislaum, ut eius fultus praeſidio, tutius
Romam iret, in Strigonia infirmitate captus
ſub paucis diebus, nimium augmentato
dolore, uitam finiuit, & mortus anno dom.
MXC. cal. Iul.

CAP. XLV.

De ulterioribus ſucceſſibus Wratislai primi regis Boemiae.

WRATISLAVS aduerſus *Sorabos* expeditionem ſuſcipit.

INterea Wratislaus rex Boemiae praefa-
tus, ad reformandam & inſtaurandam
Syrbiam prouinciam, quae a finibus
Boemiae per uiam, qua itur circum Miſnam
per totam Luſatiam usque Saxoniam ſe ex-
tendit usque Poloniam, ac deinde iterum
a-

ad metas Boemiae reuertitur, & suis limitibus est destinata, quam olim imperator Henricus in perpetuum possidendam donauerat, ualidum congregans exercitum, intrat eandem Syrbiam, & idem prope Misnam, ad dictam mediam urbem Grosdoc quondam destructam reaedificat. Et missis a se una cum Brzecislao filio suo aliquot legionibus armatorum; ad ultimas metas eius reclinantes Saxoniam, qui, iuxta iussum regis sui, quoscunque progredientes rebelles uiriliter subiugauerunt. Et aduenientes ad quandam uillam sitam in medio Syrbiae, nomine Kalaw, populosque ualde ipsam, ex eo quod olim, dum rex per eam uiam suam casu, fecisset duo de nobilibus suis, a Villanis ibidem, interfecti fuerant, succedentes igni totaliter uastauerunt, &, pluribus spoliis onerati reuertuntur ad regem. Et ut uadum cuiusdam fluminis transire deberent, Brzecislaus, filius regis, onustos armatos, una cum accepta praeda, primum transire praecepit, apud se nobilibus & electis suis militibus reseruatis. Et, quia ualidissimum corpus fuit, Brzecislaus praedictus, post sumtum cibum, recreationis causa, se fluidam mittit in aquam. Et dum in ipsa maneret diutius mittit ad eum Allexius comes eiusdem, sui director exercitus, persuadens, ut non tam incautus, cum esset extra Boemiam & hostibus ualde propinquis, in dicto flumine perduraret Quod audiens iuuenis, aduertere noluit, asserens plus iuuenibus - plurimum pauidos esse senes. Quo facto subito uisi sunt aliquot

Mortem, quorundam nobilium suorum uindicat, a *Sorabis* occisorum.

armati de hostibus, gentes Boemicas prouocantes ad bellum, ex quo fit, quod quiuis una cum Brzecislao, regis filio, armis & equis, se munit. Interea pars exercitus Brzecislai aduenientes hostes inuadit, ac hostes astuti, dantes fugam, incautos persecutores suos usque ad exercitum eorum * ademit. Sicque de insequentibus exercitus regis alius captus, alius interfectus prosternitur. Nam statim insidianter aderat legio Saxonum armatorum, qui Brzecislaum filium regis & suum exercitum, duris congressionibus, inuaserunt. Dirum itaque & arduum, inter partes, bellum committitur, & dum hinc inde diutius certant, licet multi de Boemis prostrati fuerant bello: tamen ad ultimum uicti Saxones, fugae praesidio, ut melius poterant, euaserunt. In eodem bello filius regis praefatus in manu dextra uulneratur & nisi gladius, quem manu tenebat, ipsum ex inflicto uulnere protexisset, manum cum pollice perdidisset. Occisus est etiam in eo bello dictus Alexius cum multis nobilibus Boemis. Inde post habitam uictoriam rex, una cum filio suo Brzecislao, & eius residuus exercitus Boemiam reuertuntur. Wratislaus itaque rex reuersus Boemiam & comperto Gebhardum episcopum sublatum de medio; Cosmam episcopali Pragensi praefecit cathedrae. Et quia imperator Henricus, eodem tempore, in Lombardia constitutus erat, Cosmas Pragensis electus non potuit consummari. Electus est autem Cosmas in Pragensem episcopum anno dom. MXCII. IV. Non. Mart.

* *mendum.*

BRECISLAVS regis Boh. filius, in fluuio corpus abluens, propemodum *circumuenitur* ab hostibus.

COSMAS in Pragensem episcopum, a *rege*, eligitur.

CA[...]

CAP. XLVI.

De ulterioribus successibus Wratislai regis.

PRaefatus igitur rex Boemiae considerans, quod Conradus frater suus alteri fratri suo Ottoni, qui ciuitatem Olmucensem & eius districtum dominium tenebat, & filiis suis, plus quam filiis regis fauebat, ac, ad eorundem status augmentum in omnibus procurandum, feruentius anhelaret; incipit adire Conradum &, cum forti exercitu intrans Morauiam, Ottoni & filiis suis, *uique Suatopluck & Ottone, de paternis eorum haereditatibus, potenter, expulsis, urbem Olmuz & alias ciuitates filio suo Boleslao tradidit possidendam. Quo facto non post multum temporis praefatus Otto, Wratislai frater, mortuus est. Wratislaus itaque audiens mortem fratris sui Ottonis, & considerans, Conradum adhuc solum esse superstitem, proposuit ipsum similiter supprimere, & eius ab eo paternam portionem auferre; ex eo quod quamdiu Iaromir alias Gebhardus, Pragensis episcopus, & Otto uixerant, cum Conrado semper persisterunt unanimes, nec poterant ab inuicem ingenio quocunque disiungi. Sicque Wratislaus rex, forti suo iterum uallatus, exercitu reintrat Morauiam & dum Brunnae applicuisset ad urbem, ipsam per gyrum circumuallare disponens, hinc inde - - - & suis nobilibus specialia cuilibet locandi exercitus ad loca designat. Vbi fit, quod nobilis quidam Sderad nomine, consiliarius Brzecislai, filii regis, his uerbis

WRATISLAVS fratres suos CONRADVM & OTTONEM bello persequitur.

BRECISLAO nimia, inter hostes, *securitas* a quodam exprobratur.

regem alloquitur: Nosti, domine, quod filius tuus Brzecislaus, aestiuo tempore, summe libenter fluentibus balneatur in agris hunc si placet, rex, iuxta flumen cum suis militibus collocare; ut sic, si quando solis ardore grauatur, demum in fluuio refrigerium sibi faciat. Haec itaque praefatus Sderad dixit ideo, ut filius regis, praeterita expresse in Syrbia, iuxta praememoratum fluuium acciderant, rememorans coram adstantibus hominibus, de hominis leuitate notaretur; quod, confusionis uerecundia, iuuenis tacitus aduertens, alto concepit in corde, ut se in dictum Sderad uindicaret. Tristisque recessit ad suos, &, prae amaritudine mentis, ea die sine coena fuit. Tandem nocturno tempore receptis suis ad se, de quibus prae ceteris praesumebat; super illatis sibi cotumelus mente aperit, & qualiter in Sderad possit ulcisci, reuoluit. Mittens itaque ad patruum suum, Conradum, nuncium, illatam sibi per Sderad pandit blasphemiam, & petit uindictae consilium ab eodem. Conradus uero non ignorans, quia rex Wratislaus, ad suggestionem Sderad, cum exercitu suo, taliter ipsum oppresserat, Brzecislao resignificare curauit, materiam non aliter quam propriam reputaret. Vnde iuueni taliter animato habetur in promtu consilium, ut Sderad intereat, & Brzecislaus, cum patruo suo, super talibus uindicetur. Mane itaque facto Brzecislaus in campo mittens ad Sderad, ut ueniat, quoniam secum habeat secreta conferre. Qui solus cum socio suo Dismir, secum acce-

ccepto, filium regis accedit, nihil mali prae-
mens. Iuuenis uero uidens eum uenire,
suis, qui in mortem Sderad iurauerant,
ulisper abscessit, & loquens cum Sderad,
ter coetera obiicit sibi, cur ipsum, in pa-
s sui praesentia, confudisset. Et post mul-
uerba difidens eum, ut solitum erat, ac,
imo permotus, ab ipso recessit, quod sui
dentes armati fugientem insecuti Sderad
um atrociter interimunt; at Disimir per
gam euasit, & nunciat regi, quod uide-
. Rex itaque Wratislaus hoc audiens,
o consiliario suo Sderad, multa ira multo-
e dolore grauatur, & cogitans qualiter
posset tam in fratre, quam in filio uindi-
re. Brzecislaus uero, ira patris percepta,
ra fluuium castra metatus est, quem ma-
pars exercitus & bello fortior est secuta.
terea uxor praefati Conradi Virepurus
mine, uiriliter prudens & prouida, in-
io uiro suo, regem accedit, & ipsum qua-
nus fratri suo - - nec terram propriam
estruat & deuastet, precibus & lacrimis
eprecatur. Similiter & pro filio regis pa-
is gratiam implorauit. Rex uero ad preces
usdem dominae, pietate permotus, ipsam
atiosius exaudiuit, & utrisque pepercit,
andans quod ad praesentiam eius accede-
nt. Qui postquam adessent, fratrem fra-
rne suscipiens, his uerbis allocutus est
ium: Si bene fecisti, fili, bene tibi erit: sin
item male, postea tu uidebis. Quae audiens
zecislaus, patris iram timens, secessit ad
rtes urbis Hradeck; quem iterum maior
rs exercitus est secuta. Nam omnes, qui
ipsum

SDERAD nobilis Bohemus a iuniore BRECISLAO, *ob scomma* imprudenter in eum dictum, perimitur.

Rex cum *fratre* suo & *filio* in gratiam redit.

ipſum ſequebantur, propter indignationem regis, ad propria reuerti nullatenus praeſumebant. Videns itaque rex, quod ſecundum ſuum propoſitum ſe non poſſet in filio uindicare: cum fratre ſuo Conrado diſpoſuit, ut poſt eum, loco filii, rex eſſet Boemiae. Quod audiens Brzecislaus, cui plus quam millia uirorum fortium adhaeſerunt, prope Pragam ueniens, iuxta fluuium Robytinck caſtra metatus eſt, patri ſuo regi ſignificans: Ecce adſum, quem quaeſiturus es alibi, quod ergo poſtea facturus es mecum, fiat citius. In eiusdem diei nocte apparuerunt SS. uiri & martyres, Wenceslaus & Adalbertus, captis in carceribus, ipſosque de carceribus liberauerunt, mandantes eis, ut, cum gratiarum actionibus, Pragenſem intrent eccleſiam, ac populo & regno futuram tranquillitatem & pacem annuncient, quod per taliter liberatos deuotius impletum eſt, prout huiusmodi miraculum in paſſione S. Wenceslai * ſaepius eſt expreſſum. Eadem die Conradus frater regis omnem rumorem & diſcordiam, inter regem & filium eius, ſopiuit, & ipſos omnimode concordauit. Quod audientes nobiles & alii, qui Brzecislao contra regem, patrem ſuum, adhaeſerant, regem eundem, qui plurimum formidantes induxerunt Brzecislaum, ut non obſtante gratia patris, dimiſſo regno una cum ipſis tranſiret Hungariam, quod & fecit. Quem Hungariae rex Wladislaus, uelut cognatum ſuum, benigne ſuſcipiens eundem Brzecislaum cum paucis apud ſe retinuit militibus, & populis aliis dans diſtrictum Bahw-

* forte *ſuperius* legendum.

Sed BRECISLAVS, dubiam ſibi patris gratiam eſſe, ſecum reputans; ad *Hungariae* regem, cum aſſeclis, ſecedit.

Bahwnaw prope castrum Trencz apertum uenationibus & frugibus. Vnde Brzecislaus taliter cum suis, usque post obitum patris, in Hungaria demoratur.

CAP. XLVII.

De distinctione episcopatus Pragensis & Morauiensis & obitu Wratislai primi regis, & successione Conradi.

EOdem itaque anno MXCII. industriosissimus Wratislaus rex, rebellionem quondam fratris sui Gebhardi, Pragensis episcopi, rememorans, per se disiungit ecclesias, & unionem earum, qua prius unitae fuerant & effectualiter interrupit. Nam Cosmam Pragensi & Andream Morauiensi praefecit ecclesiis, constituens, in Morauia Olomutz ciuitatem episcopalem de coetero sedem esse, quae prius in Welegrado tempore Swatopluck regis, archiepiscopalis fuerat. Et mittens utrosque, sub conductu comitis palatini Rheni, ad Henricum praefatum, qui tunc Lombardia in ciuitate Mantua, imperialia tractans negotia, morabatur ut ipsi confirmationem solitam obtinerent. Imperator uero, quamuis praedictarum ecclesiarum unionis hactenus confirmatae non esset oblitus, tamen uolens regi Boemiae consentire, electionem eorum approbat & confirmat, sicque ipsos remittit ad propria. Excellentissimus insistens agendis, febre corripitur, & uiribus consumtis

COSMAS & CONRADVS electi a rege Bohemiae episcopi, confirmantur *ab imperatore.*

tandem, post multa opera mirifica, uocatus a domino, mortem subiit, & in Wyssegraden suae fundationis ecclesia, secundum morem regum, sepelitur. Quem, per multa tempora, planxit regnum Boemiae dolorosissimis lamentis, & mortuus est anno dom. MXCII. XIX. cal. Febr. qui Wratislaus rexit tamquam dux annis XV. & tanquam rex XVI. annis. Defuncto itaque Wratislao primo rege Boemiae, iuxta ordinationem suam, sicut praemittitur, Conradus frater eius sibi successit. De cuius gestis nihil scribitur, ex eo quod solum septem mensibus & XIII. diebus rexit, & VIII. Id. Septembr. obdormiuit in domino.

WRATISLAVS moritur, cui, in regimine, CONRADVS, frater eius, succedit.

CAP. XLVIII.

De regimine Brczecislai primogeniti primi regis Boemiae.

DEfuncto itaque Conrado fratre quondam Wratislai R. B. Brzecislaus eiusdem regis primogenitus, adhuc existens in Hungaria cum suis adhaerentibus, & audiens obitum patrui sui, transit Boemiam, & dum Pragam uenisset, tam a clero, quam a populo laetus suscipitur, & in paterni regni solium collocatur. Facta est autem huiusmodi sublimatio sua anno dom. MXCII., XVIII. cal. Oct. Eodem mense quidam pseudo-episcopus, nomine Robertus de Cabalonensi prouincia, Boemiam uenit, qui ex eo, quod Cosmas ad Pragensem & Andreas ad Olomucensem ecclesiam electi, nondum consecrati fuerant, idem pseudo tamen episcopus reputatus, multas conse-

ROBERTVS, pro episcopo se falso iactans, in *Bohemia* episcopalia obit, ad tempus, munia.

consecrauit ecclesias, & sacros celebrauit ordines, & complures clericos ad maiores & minores ordines promouit. Postea uero comperto, ipsum non esse episcopum, omnia talia, secundum canonicas sanctiones, legitime reformata. Eodem etiam anno Brezecislaus Boemiae regnum regens, circa festum S. Wenceslai Boemiae Patroni omnibus baronibus, principibus suis conuocatis ad Pragam, per triduum, ipsis magnificum fecit conuiuium, & ibidem praelatorum suorum consilio, zelo christianae religionis accensus, magos, auspices, & sortilegos eiecit de regno, nec non superstitiosas sectas Boemicae gentis, praetextu quarum tunc alii arbores adorabant, alii super scaturientes fontes uictimas uiuas mactabant, & similiter omnes ritus gentilium, qui adhuc erant in Boemiae regione, exterminauit totaliter, & penitus aboleuit: faciens & procurans solum deum ab omnibus uenerari. Hic Brzecislaus saepius inuasit Poloniam, & semper, cum triumpho, reuertitur. Nam & eandem Poloniam, anno *ducatus* sui secundo, scil. MXCIII. tam duris *inuasionibus* continue deuastauit, ut a castro Graetz super Albea usque urbem Glogaw, praeter solum oppidum Nyempcz, nullus hominum habitaret, nec cessare uoluit, quousque Wladislaus dux Poloniae, cum magnis precatibus, censum, sub quo quondam Brzecislaus dux Bohemiae, auus suus, Wratislauiensem & alias ciuitates, in signum uerae subiectionis locauerat, de duobus terminis nondum solutis, scilicet mille

BRECISLAVS *Bohemos* a superstitione liberare annititur.

Polonos feudale iugum, Wratislauiae ergo, laxantes *ad pristina reducit obsequia.*

mille marcas argenti & quadraginta auri ad plenum persolueret: & quod insuper Wladislaus, Poloniae dux, & sui successores Brezecislao regnum Boemiae gubernanti, & suis successoribus tributum solutum annuatim uidel. C. marcas argenti & XXX. auri, tempore certo ad hoc constituto, persoluere se constringeret fidei sacramento.

CAP. XLIX.

De consecratione Pragensis & Olmucensis ecclesiarum episcopis, & ulterioribus successibus Brzeslai.

PRaeterea anno dom. MXCIV. Henrico imperatore tertio in Moguncia suam solennem curiam iterum celebrante, Brzecislaus praefatus princeps regni Boemiae mittens ad imperatorem Cosmam & Andream episcopos; supplicans, ut ipsos committeret Moguntinensi archiepiscopo, quod & per Ruthardum archiepiscopum Moguntinum factum & adimpletum est. Eodem anno per totam Alemanniam maxima & prius inaudita fuit mortalitas. Eodem etiam anno praefatus Brczecislaus filiam Alberti comitis palatini Rheni, Lucardam nomine, duxit in uxorem, mense Septembri; deinde mense Octobri Cosmas Pragensis episcopus, altare S. Viti, in Pragensi ecclesia, consecrauit. Deinde postea anno domini MXCVI. XVIII. cal. Maii, ordinatione praefati domini Brzecislai, per praefatum

BRECISLAVS comitis *palatin Rheni* filiam matrimonio sibi iungit.

fatum Cosmam Pragensem etiam consecratur. In quo etiam de uniuersis partibus Germaniae, ad terram sanctam Ierusalem, multus populus confluebat, & in tanta multitudine, ut per diuersas prouincias, transeuntes, quotquot Iudaeos reperierant, baptismum urgebant recipere, etiam non uolentes; non aduertentes, quod hoc facerent contra canonicas sanctiones. Anno etiam praefato dictus Brzecislaus, cum exercitu, iterum intrans Poloniam, ipsam circa flumen Nisam omnino uastauit, destruens castrum eorum Brig firmissimum situm in fluuio Odre. Et inde transiens, quoddam castrum aedificauit, nomine Camentz, ubi nunc monasterium situm est. Et rediens Boemiam, Martinum filium Boza & Kack cognatum suum, de iniqua & perfida natione Wrsouiensi, de regno expulit, mittens eos in Sirbiam exulare, auferens omnem eorum substantiam, ipsam suae camerae infiscauit, Mantuna, fratre eorum, ad ducem Poloniae aufugiente; anno domini MXCVI. Brczecislaus Odalricum, filium quondam Conradi, fratris sui, cepit in castro Glatz; tradens ipsum diligenti custodiae. Deinde anno domini MXCVIII. captiuatis omnibus Iudaeis regni Boemiae maximum ab ipsis thesaurum abstulit in auro, argento & lapidibus pretiosis. Et in eodem anno Id. Decembr. Cosmas Pragensis episcopus, uir plenus uirtutibus & operibus bonis, migrauit ad dominum. Post eius obitum Brczecislaus praefatus, usque ad confirmationem futuri episcopi ele-

Christiani expeditionem in *terram sanctam* parantes, obuios passim *Iudaeos*; reluctantes quoque, *sacro fonte abluunt*.

electi, ecclesiasticorum bonorum sollicitam & prouidam curam gessit.

CAP. L.

De promotione Hermanni episcopi, & ulteriori regimine Brzecislai.

BRECISLAVS diaetae Ratisponae indictae ab HENRICO IV. aug. interest.

DEfuncto itaque Cosma, Pragensi episcopo, Brczecislaus princeps Boemiae regni, de consilio Wiliberti, generi sui, Hermannum quondam patris sui, regis Wratislai, capellanum, & in eius curia nutritum praepositum Boleslauiensem, de consensu cleri & populi, Pragensi praeficit cathedrae. Facta est autem haec electio anno MXCIX. II. cal. Mart. Et quia eodem tempore imperator Henricus III. in ciuitate Ratisbona pascha celebrans, dictum Brczecislaum ad se ibi uenire rogauerat; idem Brczecislaus una cum Hermanno electo Pragensi, eundo Ratisbonam, iter arripuit. Cui praefatus imperator una cum principibus ad tria fere milliaria, obuiam fecit, ipsumque honorifice suscipiens secum in ciuitatem Ratisbonensem ecclesiam reduxit. Ubi statim die altera Hermannus, Pragensis electus, per caesarem approbatur. Ibidem etiam Brezecislaus obtinuit a caesare, ut Borziwoy frater eius post eum regeret regni Boemiae principatum. Caeterum eodem anno praefatus Brzecislaus, Morauiam intrans, castrum Podiwin reaedificat & in Hermanni, episcopi Pragensis, tradidit potestatem. Deinde

Ibi dictus caesar Hermannum electum Pragens. episcopum inuestit.

inde cum Colmanno, rege Hungariae, conuenit in campo Luzko nomine, qui sic coniuncti mutuo post multorum & uarios placitorum tractatus antiquae amicitiae & pacis renouant foedera, & iis sacramento firmatis, amicabiliter ab inuicem separantur. Ac ab inde praefatus Brczecislaus transiens iuxta urbem Braunensem castra metatus est. Erat enim Odalrico & Lutholdo, filiis quondam Conradi, patrui sui, infestus ualde; qui timentes eum, illico fugierunt trad[illegible]runtque, per nuncios suos, in eius potestatem singulas ciuitates eorum, quas Brczecislaus praefatus recipiens, regimen fratri suo Borziwoii & gubernationem commisit. Eodem etiam anno festum natiuitatis domini idem Brczecislaus in urbem Saczensem Boleslaum affinem seu sororium suum, ducem Poloniae, de consilio comitum & baronum suorum, ensiferum suum regni Boemiae constituit: donans sibi administrationem eiusdem officii, ut de censu seu tributo annuo, quod Wladislaus pater suus & alii duces ibidem regno Boemiae, annis singulis, tenebantur obnoxii C. marc. argenti, & X. auri annuatim haberet. Anno insuper dom. incarnat: MC. Hermannus Pragensis electus per praefatum Brczecislaum ad imperatorem Henricum, qui tunc Moguncia e fuit transmittitur, & per Rupertum cardinalem, papae Clementis legatum, qui tunc ibidem erat in episcopum consecratus, & ad propria reuertitur.

Dux *Bohemiae* BOLESLAVM *Poloniae* ducem, regni Bohemiae *mareschallum* creat idque cum *ordinum prouincialium* consensu.

CAP.

CAP. LI.

De successibus Borziwoy fratris Brczecislai.

PRaeterea anno eodem XV. cal. Nou. Borziwoy filius Wratislai primi regis Boemiae secundo genitus, frater Brczecislai, in urbe Znoiimensi, sororem Lupoldi, ducis Austriae, Hewick nomine, duxit in uxorem. Et quia ex cessione Gottfridi marchionis Austriae, Lutholdus, filius quondam fratris Conradi, dicti Wratislai primi regis castrum Rachs pro tunc habebat, ipse expulsionis suae, de Morauia, sicut praemittitur, non immemor terras Borziwoy, fratris Brczecislai praefati, rapinis, incendiis & molestiis damnificat. Vnde Brczecislaus, in uindictam fratris iterum congregans exercitum, Morauiam transit, praemittens ad Gottfridum nuncios suos, rogans attente, quatenus praefatum Ludolphum, nepotem suum, uel uinctum sibi remittat, uel de castro suo Rachs expellat. Quae cum dicto Lutholdo secrete nunciata fuissent, praefatum castrum Rachs, cum militibus suis, pro se detinuit, omnibus castellanis praefati Gottfridi abinde expulsis. Qui Gottfridus hoc audiens praefato Brczecislao, iuxta oppidum Branow occurrit supplicans, ut ad expugnandum castrum Rachs necessarium sibi praebeat auxilium. Et sic Brczecislaus praefati fratris sui Borziwoy & etiam Gottfridi marchionis Austriae - - - cum exercitu castrum Rachs obsedit. Et dum in eius obsidione, per sex continuas hebdomadas

LVTHOLDVS *Morauiam* depraedatur.

Sed mox a *Bohemiae* duce, occupata, in quam confugerat, arce, compescitur.

pen-

perſtitiſſent, Lutholdus praedictus cum ſuis, in caſtro praefato, fame praegrauatus, nocte ſolus auffugit, ſuis in eodem caſtro dimiſſis. Qui mane facto tam caſtrum Rachs, quam ſe ipſos in praefati Brczecislai tradiderunt manibus. Et ſic Gottfrido caſtrum reſtituit, & uictor exiſtens, Boemiam reuertitur. Eodem anno ante feſtum S. Thomae apoſtoli, dum praefatus Brczecislaus, in crepuſculo, de uenatione rediret prope uillam Stebna, a quodam uenatore Lorck nomine, inductione Bozey & Myntinen, genere Wrſſouienſium, quos prius de regno Boemiae expulerat, proditorie uulneratur. Qui Lorck, dum aufugere niteretur in quandam foueam cecidit, & tandem a populo ſemifractis cruribus repertus, digna morte, perimitur. Brczecislaus uero praefatus ex inflicto uulnere preſſus, diſpoſitis animae ſuae & regni negotiis, poſt triduum, expirauit, & in eccleſia Pragenſi ſepultus eſt. BRECISLAVS Boh. dux a *uenatore* occiditur.

CAP. LII.

De ſublimatione Borziwoy fratris Brzecislai in regimen regni Boemiae.

ziwoy itaque ſecundo genitus fra- olim Brczecislai, eundem fratrem m mortuum eſſe praeſentiens, emiam, ubi ab ipſo epiſcopo Prani, comitibus & baronibus regni, ipſo e natiuitatis domini honorifice ſuſcipitur, Boemiae regno praeficitur. Anno uero do-

domini MC. dictus Borziwoy Odalrico & Lutholdo, filiis quondam Conradi, senioris fratris quondam Wratislai, primi regis Boemiae, ciuitates, quas ipsis quondam Brczecislaus, frater eiusdem Borziwoy primogenitus, abstulerat, restituit. Praedictus etiam Odalricus, filius quondam Conradi praefati, post mortem Brczecislai patrui, habito suorum consilio, tanquam senior haeres regni Boemiae imperatorem, qui tunc in urbe Ratisbona fuit, accessit, supplicans caesari: Vt ipsum tanquam seniorem haeredem regni Boemiae iuxta statutum quondam Brczecislai, proaui sui, comitum, baronum ac procerum Boemiae iuramento firmatum, Bohemico regno praeficiat, sibique paterna feuda sicut huiusmodi conferre dignetur. Imperator uero petita eadem sapienter aduertens, sibi contulit, quod de iure debebat, eligendi principem regni Bohemiae, principibus, comitibus & baronibus ibidem iuxta morem in talibus antiquitus obseruatum, relinquens liberam potestatem. Quo facto Odalricus, per plures nuncios suos transmissos Boemiam, acceptat, & uariis uiis & modis innititur, si possit quouis ingenio regnum Boemiae principatum & regimen adipisci. Sed quia Borziwoy frater dicti Brczecislai iam regali roboratus erat in solio, praefatus Odalricus proficci non potuit, sed solum obtinuit a caesare, ut eundem patruum suum Borziwoy a regno Boemiae, actione haereditatis sibi debitae, possit inuadere & turbare. Quo obtento, amicorum & adhaerentium sibi non-

BORIVOIVM inter & ODALRICVM contentio oritur de regno Bohemiae.

nonnullis Teuthonicis, nec non comite Gerhardo de Sala, & Odalrico, Pragensi episcopo & quibusdam aliis magnatibus, & Luthuldo fratre suo, Boemiam intrat asserens in eorundem adiutorum suorum praesentia se, pro parte sua, quam plurimos adhaerentes habere de Boemia meliores. Quod audiens Borziwoy supradictus, ex aduerso fortem congregat exercitum, & occurrens eis, usque ad oppidum Malin, ibidem castra metatus est, disponens, die crastina, cum aduersariis, bellum inire. Similiter ex aduersa parte Odalricus cum suis ab alia parte riuuli se taliter, in tanta uicinitate alterius exercitus, locauerat, ut pars una posset ab alterius intueri. Vbi dum adhaerentes Odalrici, constantiam Borziwoy & suorum conspicerent, & eis contrarium, de quo alias Odalricus, in eorum praesentia, se iactauerat, uidelicet adhaesioni baronum Bohemiae manifeste sensissent, sibi sic inquiunt: Cur te una nobiscum sic decipere uoluisti? Vbinam sunt meliores Boemi qui tibi & nobis adhaereant, ut dixisti? false nos decipis & teipsum. Et inito consilio, per uiam, qua intrauerant regnum, etiam exire decreuerunt. Sed quia Swatopluck & Ottone fratribus, filiis quondam Ottonis praefati Conradi fratris, qui Znoymam in Morauia possederat, & qui Conradus & Otto fratres fuerant Wratislai, quondam regis Boemiae, cum ducibus & exercitibus multorum electorum, praefato Borziwoy, in auxlium, aduenerant; retrocedere minime potuerunt. Et noctis tempore, per artas & densos uias, prope *Habr*

ODALRICVS, sibi *Bohemiam*, armis, parare, conatur.

Sed ab exercitu suo *deseritur*.

per fugam, ut potuerant, euaſerunt, ter-
toriis & rebus eorum in campo relictis
Mane itaque facto, dum Borzwoy & ſu
hoſtes uellent inuadere, nullum inueniun
ſed ſpolia rapiunt & diuidunt, prout pl
cet. Erat enim illo tempore Borziwo
cum Swatopluck & Ottone, fratribus nep
tibusque ſuis, multum unanimis, qui tame
poſtea, ex aliis euentibus, plurimum diſco
darunt.

CAP. LIIII.

De diſcordia Borziwoy, & nepo tum ſuorum Swatopluck & Ottonis.

ANno dom. MCIII. Borziwoy nep
tem eius Swatopluck, qui tunc ma
chionatum Morauiae gubernab
ad inſtantiam & auxilium Sbibnerii, filii n
turalis quondam Wladislai, ducis Poloniae
Qui, poſt obitum patris, aduerſus Boleslau
fratrem ſuum, ex Iuditha, filia Wratislai, quo
dam regis Bohemiae legitime genitum, u
rumque ducem Poloniae, eundem ſibi d
catum Poloniae uſurpare conatus eſt, ſ
ſpe cuiusdam promiſſae pecuniae exercitu
& arma mouerunt. Et dum usque in Boz
ueniſſent, Boleslaus ſentiens ipſos in ſuu
diſpendium aduenisse, miſſis nunciis h
ad Borziwoy, principem regni Bohemi
ipſum foedere conſanguinitatis, quo ſibi
Iuditha praefata iunctus erat, admonuit,
datis pecuniis, ut Borziwoy ad prop

SBIBNERIVS ad *Poloniæ* ducatum adſpirat.

reuerteret, obtinuit. Verum quia Swatopluck nepos eius huius datae pecuniae partem non habuit, aduersum Borziwoy patruum suum indignationem & iram concepit. Et postquam uterque reuersus fuisset ad propria, Swatopluck praedictus dolose quosdam de suis mittit Boemiam, ut tam inter nobiles, quam ciuitates fomenta diffidii seminantes, quos possent Swatopluck, filio Ottonis, fratris eiusdem Wratislai uoluntarii adhaeserunt. Et nisi Borziwoy citius uenisset Pragensem in urbem, ipsam utique Swatopluck occupasset. Borziwoy itaque in urbe praesidia sua disponens, Hermanno, Pragensi episcopo, commisit castrum Wyssegraden gubernandum. Et ecce cum Swatopluc cum sex legionibus armatorum appropinquaret Pragae, & nullum resistentem sibi obuium habuisset Wltauiam, infra uillam Rebin & usque ad portas urbis ueniens, portas clausas inuenit & milites ciuiliter resistentes. Qui tunc retrocedens inter utrasque urbes in eo loco, ubi sabbato mercimonia ueunduntur, fixit tentoria. Et cum perficere se non posse sentiret, reuertitur cum suis Morauiam, quos abeuntes dux Borziwoy cum suis insequitur. Et quamuis multo fortiorem haberet exercitum, tamen timens perfidiam, sapienter bello cer- tare postposuit. Anno dom. MCVI. Swatopluck praefatus cum suis qui ad eum, de Boemia, confluxerant, inito consilio tractare coepit, qualiter Borziwoy patruum suum fraudibus & dolis posset regno Boemiae spoliare. Et mittens Budiwoy filium Hron, uirum

SWATOPLVCVS *Bohemiae*, infesta signa, infert.

Sed nulla re ei, ex uoto, succedente, rursus in *Morauiam* redit.

uirum multa dolositate fallacem, qui, fraudibus commentatis, accessit ad Borziwoy, & se finxit, Swatopluck, (in iuramento asserens) se aliter uindicare non posse: nisi quod Borziwoy adhaerens, & uera falsis immixtis consiliarios Borziwoy Sozier & Mutynam, de genere Wrsouiensi, multis incusat criminibus, persuadens Borziwoy ut ueluti hostes suos publicos, persequatur. Quod dicti Wrsouienses dum sentiunt, statim ad Swatopluc transeunt, inducentes eum, ut aduersus Borziwoy principatum regni Bohemiae suscipiat, & acquiescentem Swatopluc erigunt, & regno praeficiunt Borziwoy uiolenter depulso.

SWATOPLVCVS, per fraudem, BORIVOIVM Bohemiae regno depellit.

CAP. LIV.

De exulatione Bohemorum & successibus Swatopluck.

PRaeterea anno domini MCVII. II. Id. Maii. Swatopluck filius Ottonis, fratris Wratislai, quondam regis Bohemiae, qui Swatopluck tres fratres habuit uidelicet Ottonem, Wladislaum & Sobieslaum, Bohemiae regno - - & Borziwoy secundo genitus Wratislai, primi regis Bohemiae, exul proficiscitur Poloniam, quem frater suus ultimo genitus, Sobieslaus nomine, & multi barones & nobiles de Boemia sunt secuti. Borziwoy itaque de Polonia ad regem Henricum quartum Saxoniam proficiscitur, exponit ibidem illatam sibi iniuriam &, ad restitutionem regni sui eius implorat auxilium, promittens regi dare magnam

BORIVOIVS opem imperatoris HENRICI V. implorat.

magnam pecuniae quantitatem. Rex uero, mittens de nobilibus suis Boemiam, mandat dicto Swatopluck, ut protinus ad eum ueniat. Qui statim, congregato exercitu, usque introitum siluae penes oppidum Luneck peruenit, & conuocans proceres suos & nobiles fratrem suum praeposuit Bohemiae regno, ac demum cum paucis ulterius progreditur, usque ad Henrici regis praesentiam. Quem statim rex ubi uenit, in captiuitatem tradidit, & conuocatis his, qui secum aduenerant, ipsis Borziwoy commisit, ut ipsum Pragam reducerent, sibique Bohemiae regnum redderent, & uelut suo principi in omnibus obedirent. Qui reuertentes Borziwoy secundum iussum regis, tertia die applicant castrum Diewyn. Audiens Otto, frater Swatopluck supradicti, ordinatis militibus suis, cum sex legionibus armatorum, nocte montes transcendit, & diluculo castrum Diewyn obsedit. Sed memoratus Borziwoy per quendam, qui de exercitu Ottonis aduenerat, aduentum Ottonis praesciens, cum suis, ut potuit, per fugam euasit. Interea Swatopluck regis tenetur in carcere, & tandem recepto ab eo sacramento de decem millibus marcarum argenti regi soluendis, solutus & liber dimissus est, de familiaribus regis, pro accipienda pecunia huiusmodi, secum Boemiam destinatis. Qui Swatopluck Pragam reuersus, Ottonem, fratrem suum, regi mittit in obsidem quousque dictam pecuniam persoluat ad plenum. Et e thesauris regni MM marcarum argenti congregans, promissam pecuniam regi mittit.

SVATOPLVCVS ab imperatore euocatus, ab eo, in custodia, retinetur.

Sed paulo post argento *imperatorem* sibi amicum reddit.

Praefatus uero frater suus Otto, pro residua pecunia, adhuc in regis praedicti tentus custodia, fuga elapsus, ad Swatopluck seniorem fratrem suum reuertitur. Deinde anno domini MCVIII. uxor eiusdem Swatopluck peperit filium, quem post quinque hebdomades Henricus Romanus rex de sacro fonte leuauit, & superfaciens uidelicet tria millia marcarum argenti compatri suo Swatopluck omnino remisit: rogans eum, ut aduersus Hungaros secum, pro tunc imperio rebellantes, armata potentia procederet. Quod Swatopluck libenter adimplens, cum rege ad Hungariam progreditur, Watzkoni & Mutynie Wrsouiensibus gubernationem regni committens. Et eodem ibidem cum rege in obsidione ciuitatis Posoniae existente, princeps Swatopluck praedictus cum suis, quicquid erat in Vngaria, inter fluuios Wah & Danubium, - - - destruxit incendio, & quam pluribus exploratoribus regis Hungariae comprehensis, ipsos nasis & oculis priuauit; eodem etiam tempore mille electos uiros ad exercitum regis Hungariae missos, ad inuadendum Theutunicos, bello coepit & pluribus interfectis, superstites captiuos detinuit. Interea praedictus Borziwoy, cum Polonis hostiliter intrat Boemiam & Wazkonem & Muthynam, qui tunc in quodam castro in metis Boemiae uersus Poloniam sibi restiterant, superauit. Et inde procedens ulterius in regnum, ubi Wazko praedictus principi suo Swatopluck patruum suum Muthynam secreto detulit, narrans, quod in ductio

Expeditioni *Hungaricae*, ab *imperatore* susceptae, interest.

BORIVOIVS, *Polonicis* suffultus auxiliis, rursus *Bohemiam* inuadit.

ductione sua Borz woy regnum Bohemiae intrasset, & ab illo tempore dolose quendam, de suis militibus, mittit ad suum patruum, asserens Borziwoy, Swatopluck cum exercitu suo reuersum esse Boemiam in crastinum pugnaturus. His fictitiis idem Borziwoy cum suis perterritus, eadem nocte Poloniam remeauit. Interea Swatopluck, reuersus per Boemiam, intra se cogitat, qualiter in Muthyna posset ulcisci, & postquam uenit in castrum Wratislau prope Luthomisl. singulos proceres conuocat, inter quos fuit Muthyna, nihil de principe mali suspicans, quem, in praesentia omnium, taliter allocutus est: Muthyna Wrssouiensis, familiaris nostri generis inimicus, cuius parentes olim Iaromir in monte Welisch duris affecerunt opprobriis, Brzecislaum quondam patrem meum, Boemiae ducem eximium, maligna dolosaque morte necauerunt, Borziwoique patruum meum similiter quae, ad nutum uestrum singula omnia gessit, expulistis de regno, & me induxistis ad hoc, ut ipsum regno priuarem. Tibi Muthyna nuper, dum Hungariam proficiscerer, gubernationem regni commisi, qui iterum in hoc *traditione te gessisti. Et dum taliter perorasset, Muthynam apprehendi iussit, & capite truncari. Et in eadem hora capti sunt Wrsouienses, Vncyslaw & Domeslaw & duo filii Muthinae, unus a Ronsa nomine, licet esset ex alia natione, tamen quia ualde familiaris Muthynae fuerat, uoluit aufugere, & dum inter arbusta curreret, abscondere se cupiens, rubra

* *Proditorie* substituendum forte.

SWATOPLVCVS familiam *Wrasouiensem* totam delet.

 tuni-

tunica, qua indutus erat, proditus illico capitur, & oculis & naso priuatur. Et hoc facto Swatopluck decretum posuit, ut omne genus Wrsouiense a magno ad minimum deleretur, animans suos sub spe recipiendae mercedis, ut Bozey & eius filium caperent & perderent hinc est, *quod familiares Swatopluck, principis Boemiae, deletum est. Nam & senes, iuuenes & pueri lactantes gladio perierunt, illis duntaxat exceptis, qui, per fugae praesidium, Vngariam & Poloniam euaserunt.

CAP. LV.

De successione Swatopluck & eius obitu.

COLOMANNVS rex *Hungariae Morauiam* uastat.

ANno domini MCVIII. Colmannus, rex Hungariae, cupiens de illatis sibi damnis per Swatopluck, filium Otonis, fratris tertio geniti Wratislai, primi Boemiae regis, principem regni Bohemiae uindicare; Morauiam hostiliter intrat ipsamque deuastare coepit. Quod cum Swatopluck comperisset, tam in Boemia, quam in Morauia magnum congregat exercitum; dum Colmanno regi praedicto uoluisset occurrere, & iam disposuisset, ut secum in crastino bello certaret, nocte cum suis, per densas siluas, transiens cuiusdam arboris rami fixura idem Swatopluck perdidit oculum, unde ex euentu tali turbatus exercitus reuertitur ad propria II. Id. Nou. Deinde anno dom. MCX. dictus princeps Bohemiae Swatopluck oculi cicatrice sanatus, ualido iterum

iterum exercitu congregato, intrat Vngariam, eamque usque deuaſtauit totaliter, & deſtruens eiusdem agmina Vngarorum, gladio necans, & multis ditiſſimis ſpoliis oneratus, ad propria cum ſuis, uictorioſe, reuertitur. Eodem etiam tempore rex Romanorum Henricus, memor iniuriae Swatopluck, per ducem Poloniae eo tempore, quo dictus Swatopluck cum rege Hungariae perſtiterat, congregans ualidiſſimum exercitum, una cum Swatopluck, principe Bohemiae, intrat Poloniam, & diſpoſita obſidione circa urbem Glogau, urbem eandem ab utraque parte fluminis Odreen deuaſtat, & deſtruit. Et deinde procedens ad caſtrum Reczen & illo deuaſtato, cum maximo onuſtus ſpolio, redire diſpoſuit ad propria. Et cum iam rex principem Swatopluck in caſtrum a ſe uellet dimittere, affuit in caſtro quidam miles Wrſſouienſis. Qui miles, dum princeps Swatopluck de curia regis ſero redire deberet, inter alios ſe miſcuit, & dum perueniſſet ad principem, inter ſcapulas eius laetifere uulnerauit. Et antequam Swatopluck terram attingeret, morte praeuentus eſt, & ſimiliter miles, qui haec fecerat, crudeliter interiit. Mortuus eſt itaque Swatopluck XX. cal. Oct.

Bohemi, Hungaros in ipſa Hungaria fundunt.

SWATOPLVCVS a *Wraſouienſi* occiditur.

CAP. LVI.

De ſublimatione Ottonis fratris Swatopluck.

INterfecto itaque Swatopluck multus, tota nocte, ſuper eum fit planctus, & mane

 facto

facto uenit rex lugens compatrem suum & inopinatam mortem ipsius; & uniuersis comitibus & nobilibus regni Boemiae, qui tunc aderant, concessit, ut ex auditione certissimi, quem uellent de filiis Swatopluck, Boemiae regno praeferrent. At illi inductione Wazeck cuiusdam baronis de Morauia, Ottonem fratrem dicti Swatopluck non obstante eo, quod in electione & approbatione quondam Swatopluck singuli comites & barones Wladislaum, dicti Swatopluck fratrem, post eum in principem assumi debere iurauerant, eodem regno Boemiae sibi dari in principem petierunt. Quem Ottonem statim rex ad petitionem eorum approbat & collaudat, sicque infra IV. dies Otto Pragam aduenìens, ex eo, quod contra iuramentum praestitum, & etiam sine consensu Hermanni episcopi & Fabiani comitis praepositus Wyssegradensis electus erat, intentum obtinere non potuit, sed consentientes approbantesque cuncti de Boemia, Wladislaus frater Swatopluck tertio genitus, in principem Boemiae regni, sublimatur. Vt autem audiuit Borziwoy filius secundo genitus Wratislai, primi regis Boemiae, quod nepos eius Wladislaus iuuenis, post obitum fratris sui Swatopluck, principatum regni esset adeptus, continuo perrexit in Syrbiam ad Wilbertum, sororium suum, nec non quorundam de Boemia & aliorum suffultus auxilio Bohemiae regnum intrans, in uigilia natiu. dom. nemine resistente, urbem Pragensem ingressus est. Vnde factum est, quod plures dimissis uxoribus pueris & rebus suis

OTTO in ducem *Bohemiae* eligitur.

Sed alii eius fratrem WLADISLAVM principem sibi assumunt.

BORIVCIVS alter filiorum WRATISLAI B.R. quondam, Bohemiae regnum armis inuadit & *Pragam* occupat.

ſuis extra Pragam fugere corripiunt, aliis qui pro parte Borziwoy fuerant, ibidem manentibus. Vbi etiam Hermannus praeſul, in palatio ſuo repertus, deprehenditur & cuſtodiae mancipatur. Fabianus ergo comes Wyſſegradenſis, urbe ſibi commiſſa, ſimiliter aufugit. Hinc fit multus tumultus & rumor in regno Boemiae de nouitatibus ſupradictis. Alii Pragam confluunt, alii aſſumpti complicibus ſuis undique per uillas currunt, ipſasque deſtruunt & deuaſtant. Et eodem die Borziwoy in caſtrum Wyſſegraden ſe recepit. Altera uero die Pragam reuertitur. Interea cum magna cleri proceſſione ſuſcipitur, qui, ibidem audita miſſa, iterum Wyſſegraden reuertitur. Eadem nocte Otto ſecundo genitus frater Swatopluck cum Watzkone praefato barone de caſtro Hradec, cum magno exercitu, uenientes, circa Rokytuick riuulum, caſtra metatus eſt. Altera die caſtrum Wyſſegraden obſederunt, & ut nullus egredi aut ingredi poſſet, poſuit circumquaque cuſtodes. Poſt triduum frater Wladislaus praedictus, de ciuitate Pl̃znenſi, cum ſuis uenit Pragam & inuenit portas, hominibus armatis, munitas. Qui loquens ad eos, ut ipſum urbem pacifice intrare permitterent, ſed a nemine obtinuit; unde prouocatus ualde recedit, usque fluuium Brusnyck, &, ut ſupercilium montis aſcendiſſet, uidet a longe exercitum appropinquantem, & miſſis exploratoribus comperit filium Wilberti Wratislaum cum ſuis, Borziwoy, patruo ſuo, in auxilium aduenire, & licet Wladislaus ſine pugna

WIGBERTI, Luſaciae marchionis filius.

ad ferenda BORIVOIO auxilia a patre missus, ab aduersa parte uincitur proelio.

pugna praeterire uolebat, tamen inductione Theodrici, filii Bozey, cum aduersa parte bellum iniens, ubi Wladislaus primus saeuit in hostes & de ipsis uictor extitit, actristem Wilberti filium in urbem Pragam fugauit; de cuius gentibus quotquot uulnerati fuerant, mortui sunt.

WLADISLAVS *Bohemiam* recuperat, ope HENRICI V. imp.

Interea dux Wladislaus, frater dicti quondam Swatopluck, Hermannum & Sezeniam, barones suos, ad Henricum regem, qui tunc in Bamberg erat, dudum miserat, instans muneribus & precibus: per se aliosque suos efficiat regni Bohemiae principatum sibi restitui. Ad cuius monitum & rogatus, exercitu congregato, Boemiam ingressus erat; praemissis duobus principibus suis, uidelicet Dippoldo & Berengario, mandat ut, interposita pace, tam Borziwoy quam Wladislao, ut Hermannus, episcopus Pragensis, cum Wratislao filio Wilberti & baronibus Boemiae, ad regem, in Rakyzan uillam, ueniant. Qui cum iussum regis impleffent, rex Borziwoy & filium Wiliberti utrosque capi praecepit, & Hermannum episcopum immunem esse decreuit. Sicque Wladislaus praedictus, Rom. regis auxilio, Boemiae regnum adeptus est, & aduersarios suos, qui Borziwoy adhaeserunt, poenarum diuersis suppliciis peremit. Inter quos Ioannes, filius Tisce, de genere Wrsouicensi, de quo superius est mentio, naso, oculis & mento priuatus est. Facta sunt haec anno dom. MCX. cal. Ianuar.

CAP.

CAP. LVII.

De diſſenſionibus Wladislai & Ottonis fratrum, filiorum Ottonis.

PRaefatis itaque ſic peractis eodem anno, inter Wladislaum & Ottonem fratres, grandis orta eſt diſcordia: & taliter, ut unus ad alterum, absque magna potentia, armatorum nullatenus uenire praeſumeret. Qui tamen poſtea mutuo conueniunt in uilla Tymeck, & pace inter utrosque concepta, ac iuramento firmata, reconciliati ſunt. Sed tamen rancorem mentis ſeruantes intrinſecus, ita quod Otto reuerſus Morauiam: Et tandem III. Id. Iul. eiusdem anni Wladislaus in Zaczk curiam celebrat, & Ottonem inuitat, qui, confiſus de pace firmata, fratris acceſſit ad curiam, & cum, per triduum ibidem manſiſſet, &, recepta licentia, recedere uoluiſſet illico inductione Waczeck & Bozey Wrſouienſium, per fratrem ſuum capitur, & in cuſtodia caſtri Wyſſegradenſis retruditur. Deinde ad caſtrum Burgleys uel Bozywlat iuxta fluuium Mſſan dure deducitur obſeruandus, & ibidem fere tribus annis continue detinetur. Eodem etiam anno circa feſtum S. Wenceslai Sobieslaus, quartus iunior frater Wladislai praedicti, una cum duce Poloniae Boleslao, cum potentia armatorum, regnum intrant Boemiae, doloſe dicentes, qualiter ad concordandum fratres eosdem ueniſſent; & ſic talibus fictitiis usque ad flumen Alboae perueneuene-

OTTO, a ſuo fratre WLADISLAO, amicitiam ſimulante, capitur & in cuſtodia detinetur.

uenerunt. Dum Wladislao nunciatum esset, ipse, dolositatem illorum considerans, uerbis eorum non credidit. Quod illi uidentes transierunt fluuium Alboae, & terras regni undique uastauerunt. Wladislaus uero ex aduerso exercitum congregans, ipsos insequitur, quos, ut uidit, ad resistendum dispositos, suos praemonuit, & belli certamen praeordinat, & post primos congressus, quam plurimis, a parte utraque, interfectis, fratrem suum Sobieslaum cum duce Poloniae uertit in fugam, & de suis hostibus, magnifice, triumphauit. In quo bello Theodoricus Bozey cum quibusdam adhaerentibus sibi militibus multos actus strenuos fecit. Et facta sunt haec anno praefato VIII. Id. Octobr. Postea uero anno dom. MCXI. Swatawa, marchionissa Morauiae, Wladislaum & Sobieslaum filios suos mutuo concordauit. Sic Wladislaus, fratre suo Sobieslao, de Polonia reuocato, urbem Sacensem cum eius prouincia sibi tradidit possidendam. Deinde anno MCXII. Wladislaus princeps terrae Bohemiae, iuxta statutum antiquorum imperatorum, Wladislaum filium quondam Brczecislai, patrui sui, cum trecentis electis militibus Henrico IV. in subsidium misit. Qui, post multos actus strenuos, reuersi sunt ad propria. Anno uero domini MCXIII. innotuit Sobieslao, quod Wladislaus frater eius, inductione Wazeck praedicti, ipsum capere niteretur, ex quo Sobieslaus praefatus non longe a castro Wyssegraden trecentos armatos, per insidias, posuit; iniungnes eis, ut dum Wazeck

Idem WLADISLAVS Polonos, Bohemiam hostiliter ingressos, acie uincit.

zeck appropinquare uiderent, ipſum necarent. Hinc eſt, quod poſtquam Boleslaus cum fratre ſuo Wladislao in caſtro Wyſſegradenſi hora coepta pranſus fuiſſet, accepta ab eodem fratre licentia, Wazeck rogauit, ut propter quaedam, quae ſecum haberet, ſecrete conferre, equum aſcenderet, & eum aliquantum itineris faceret. Qui dum iuxta uotum Sobieslai, quaſi per decem ſtadia de Wyſſegrado tranſiſſet, ſtatim ex latentibus inſidiis prorumpunt armati milites, & inuadentes Wazeck ipſum interficiunt dira nece. Quo facto Sobieslaus reuerſus ad ſuos, ſed Wladislaum fratrem ſuum ualde timens & uolens per Sirbiam ad Poloniam aufugere, cum prope Donyn ueniſſet, per Eckembertum praefectum caſtri Donyn, quod imperatoris fuit, doloſe inuitatur ad caſtrum, & ab eo nequiter capitur, uinctusque Saxoniam deducitur. Boleslaus autem poſt unum menſem de captiuitate ſua, per fugam, noctis liberatur tempore. Eodem etiam anno Wladislaus fratrem ſuum ſecundo genitum Ottonem ſoluit a uinculo, & ſibi dimidiam partem totius Morauiae, quam olim poſt mortem Swatopluck, primogeniti patris ſui, habuerat, reſtituit.

WAZECK *Wraſouienſis*, per inſidias, occiditur.

OTTO e cuſtodia iterum dimittitur.

CAP. LVIII.

De reconciliatione Boleslai & Wladislai.

ANno dom. MCXIV. in menſe Maio, iubente Ottone, marchione Morauiae, Bozey

Bozey & Wazeck de genere Wrſſouienſi, oculis priuati ſunt Sobieslaus frater Wladislai principis Boemiae, quibusdam Polonis ſecum aſſumptis, clandeſtine ueniens prope caſtrum Glacz, ciues ibidem minis & precibus placare nititur, ut ſibi portas eiusdem urbis aperiant. Quibus minime conſentientibus Sobieslaus quoddam palatium uetus, quod prope murum erat, ſuccendit igne. Vnde accidit, quod uento circum quaque uolante propugnaculum ſuper murum urbis, & demum ipſa ciuitas incenſa eſt. Sicque ciues ibidem uidentes ab igne ipſis imminere periculum, treugas firmarunt, ut tamen ipſa ciuitas omnino combuſta eſt, a Boleslao caſtro inexpugnabili remanente, ipſeque Sobieslaus reuertitur ſine profectu Poloniam. Anno itaque MCXV. in menſe Ianuario Boleslaus dux Poloniae, nunciis & literis, inſtat, ut Sobieslaum ad gratiam dignetur aſſumere. Et tandem Wladislaus dicti auunculi ſui precibus & etiam fraterna pietate permotus, Sobieslaum fratrem ſuum, priſtinae gratiae ſuae reformauit, & committit ei ciuitatem Hradeck cum quatuor caſtellis, & totam eius prouinciam. Deinde eodem anno menſe Iulio Wladislaus cum fratribus ſuis, Ottone & Wladislao, iuxta fluuium Niſa, ad quendam diem placitorum conueniunt, inter ſe perpetuam pacem firmant, hilares ad propria reuertuntur. Interea Odalricus, filius Conradi, marchionis Morauiae, ſecundo geniti fratris quondam Wratislai, primi regis Boemiae ſupradicti, qui Olomucenſem ſuam pro-

GLACZ oppidum a SOBIESLAO comburitur.

Iſte iterum cum fratre WLADISLAO in *concordiam* redit.

prouinciam possederat, & solum filium, aetate tenerum, post se relinquerat, moritur. Verum Wladislaus, princeps regni Boemiae, fratri suo, Sobieslao, dictam ciuitatem & eius prouinciam assignauit. Deinde anno dom. MCXVI. post obitum Colmanni, regis Hungariae, Stephanus rex, ad Wladislaum praefatum, solennes mittit nuncios, rogans: ut ad certum diem & locum, pro pace inter eos confirmanda, conueniant. Quorum uoluntati Wladislaus annuens, uenit usque ad fluuium Olsen, metas Hungariae & Morauiae distinguentem. Rex uero Hungariae cum in campo Lugko, ab alia parte fluuii, cum innumerabili multitudine Hungarorum, similiter aduenerat. Vnde altera die Wladislaus praedictus, trans flumen procedens, castra metatur. Ad quem missi per regem Hungariae solennes nuncii quaedam referunt; guerram & non pacis foedera, designantes. Vnde idem Wladislaus eadem distulit de pace tractare, quod Vngari indigne ferentes, arma sumunt, & stantes ex alia parte fluuii se ad bellum muniunt. Hoc igitur princeps Wladislaus comperiens, cum suis subito arma capit, & flumen transit, paratus ad pugnam, sicque illico cruentum bellum conferitur. Wladislaus cum suis, ab hostibus, retrocedere compellitur. Sed Otto & Sobieslaus, fratres eius, tam de Boemia, quam Morauia fortem habentes exercitum, regis Vngarorum, Stephani, & suorum, de hoc bello nil scientium, impetu magno, irruunt castra, quotque reperiunt tam nobiles, quam alios perimunt. Et rex Ste-

Bohemos inter & Hungaros qui, pacis stabiliendae gratia, conuenerant; atrox oritur proelium.

Hungari, cum eorum rege, in fugam uertuntur.

Stephanus, auxilio Laurentii, sui archiepiscopi, uix euasit. Quibus taliter bello instantibus accedunt alii, qui prius aduersu Wladislaum, principem Boemiae, uictoriam obtinuerunt; quos similiter Otto & Sobieslaus hostiliter, in campis, suscipiunt, & ipsis deuictis, suscipientes conuertunt in fugam, de quibus ipso die, in flumine *Wa* innumerabiles submersi sunt, & quam plurimum interfecti. Sic quod, in temporibu praeteritis, aut uisa fuit lauta strages in illi partibus hominum bellatorum. Boemiitaque & Moraui, potiti uictoria, Vngaric gazis acceptis & spoliis, eadem inter se diuidunt & laeti, ad propria, reuertuntur.

CAP. LIX.

De reconciliatione Borziwoy patrui Wladislai, & ultima expulsione eius & ulterioribus successibus Wladislai.

WLADISLAVS & BORIVOIVS *Bohemorum* principes, arctam, inter se, amicitiam ineunt.

POstea anno dom. MCXVI. Wladislaus patronum suum Borziwoy, secundo genitum filium Wratislai, primi regi Boemiae, reassumpsit ad gratiam suam, imo ipsum regno Boemiae praeficiens, semel ipsum suae uoluntati submisit. Borziwoy itaque, acceptis, per patruum, beneficiis, nunc eidem patruo suo, Wladislao, donat dimidiam partem regni Boemiae uidelicet quicquid erat inter flumen Albeam uersus aquilonem, & absque eius consilio de coetero nihil gessit. Anno uero domini MCXVIII. mense

nense Septembri facta est inundatio aquarum, & Wlitauia inter urbem & ciuitatem Pragensem tantum excreuit, ut etiam superiores trabes pontis attingeret. Deinde a tempore reconciliationis usque ad annum MCXX. Borziwoy & Wladislaus concorditer, Boemiae regnum, regentes, inter se iterum & adeo incipiunt discordare, quod Borziwoy, patrui timens potentiam, dimisso regni Boemiae regimine Id. Aug. fugitiuus abscessit. Deinde anno domini MCXXI. Wladislaus castra Donin, uersus Syrbiam, & Podiran, in Morauia, inter fluuium Saczawa reaedificat. Eodem etiam anno quidam ex Theutunicis, intrantes Boemiam, infra terminos Boemiae, prope uillam Wicklu, castrum, in altissimo monte, struxerunt. Quod audiens Wladislaus, congregatis militibus suis, improuiso in ipsos irruit, & castrum cum hostibus obtinuit. Anno uero domini MCXXII. VI. cal. Octobr. Hermannus, Pragensis episcopus, post multa bona opera, emigrauit ad dominum. Cui successit Meinhardus decimus Pragensis episcopus. Deinde praefatus Wladislaus, Boemiae regnum, salubriter, gubernans, inter ipsum & fratrem suum Sobieslaum maxima orta est discordia, sic quod uterque moueret exercitum. Vnde Wladislaus aduersus fratrem ira commotus, de Morauia expulit: partem Lutholdo, filio quondam Conradi senioris primogenito, fratris olim Wratislai, primi regis Boemiae, & partem Ottoni & Swatopluck, filiis quondam Odalrici, fratris praedicti Lutholdi, distribuit.

Noua inter WLADISLAVM & BORZIWOY, oritur discordia.

SOBIESLAVS ab eodem MORAVIA expellitur

R 2 Sobies-

Sobieslaus itaque fugiens, imperatorem accessit, instans, ut, eius auxilio, restitueretur ad propria. Sed quia proficere non potuit, transiuit Poloniam, & ibique resedit. Coniux uero Sobieslai, consanguinea Stephani, regis Hungariae, transiuit Hungariam, & ibi permansit. Eodem etiam anno Wladislaus & Otto fratres, rogatu imperatoris Henrici, contra quem quidam princeps Saxoniae arma commouerat, congregato exercitu, transiens extra Boemiam, in subsidium castri & ultra oppidum Groosdeck sua praefixerat tentoria. Ex aduerso uero circa fluuium Musde Moguntinensis archiepiscopus, Wilibertus comes & Saxones stabant in campis, inter imperatoris & Wladislai exercitum. Quod considerans Wladislaus, & dum imperatoris non posset exercitum attingere, totam illam Misnensem deuastat prouinciam, & ad propria reuertitur. Anno MCXXIV. Borziwoy in Vngaria moritur, & perductus Pragam, sepultus est in ecclesia S. Viti. Eodem anno Wladislaus ad imperatorem, qui tunc in Bamberck solennem celebrauit curiam, accedit; & post uarios tractatus caesar & principum exercitus reuertitur ad propria. Eodem etiam anno Wladislaus praefatus natalem domini & festum epiphan. in uilla Srebna, celebrauit. Ibidem aegrotare coepit, & ducitur in urbem Wyssegraden. Et eo taliter infirmante frater suus, Sobieslaus, hoc audiens, furtiue, intrat Boemiam, & interpositione Swatawae matris eorum, quondam Ottonis tertio geniti Wratislai, primi regis Boemiae, dicti

HENRICO V. imp. WLADISLAVS suppetias fert aduersus *Saxones*.

dicti Wladislai sui fratris gratiae reformatur. Quod Otto, eorum frater senior sentiens, reuersus est tristis Morauiam, & pacificati sunt praefati fratres anno dom. MCXXV. Deinde post octauam Paschae. II. Id. April. quae fuit dominica Misericordiae, Wladislaus praefatus, non sine magno planctu suorum, uitam finiuit, & sepultus est in ecclesia B. Mariae uirginis, monasterii Cladenb. quod ipse fundauerat. WLADISLAVS, dux Bohemiae, moritur.

CAP. LX.

De regimine Sobieslai fratris dicti Wladislai.

DEfuncto itaque Wladislao, filio Ottonis, tertio geniti fratris quondam Wratislai, primi regis Boemiae, regno Sobieslaus praeficitur. XVIII. cal. Maii. Et licet Otto, secundo genitus & senior frater eius, ob huiusmodi causam, ipsum plurimum odisset, tamen sibi non potuit resistere. Anno insuper domini MCXXVI. Sobieslaus, princeps regni Boemiae praedictus, iuit Morauiam, & deposito Ottone, fratre suo seniore praedicto, de prouincia Odalrici, filii Conradi, quondam senioris fratris Wratislai, primi regis Boemiae. Cui dictus Sobieslaus protunc praefecit Wratislaum, filium eiusdem Odalrici, in paternam haereditatem instituit, & partem dicti Ottonis uastauit. Ipse autem Otto, ad Lotharium regem, Ratisbonam transiens, ipsum induxit, quod aduersus Sobieslaum fratrem congregat exercitum. Et una cum Ottone transiens Boe- SOBIESLAI & OTTONIS fratrum discordia.

 miam

miam iuxta oppidum, nomine Chalmneck, ubi Sobieslaus princeps Boemiae, iam suo exercitu similiter adunato, paratus ad bellum, de regis primatibus, exceptis scutiferis & aliis communibus, quingentos prostrauit gladio. Ibidem etiam praefatus Otto interiit, & tres tantum de parte principis Boemiae interfecti sunt, rege Rom. & suis uictoriose fugato. Fertur etiam, quod in eodem bello a quibusdam de Boemia uisus est Wenceslaus in albo equo, & candida ueste indutus, pro suis pugnans, habens in hasta uexillum S. Adalberti apprehensum. Et sic tanta habita uictoria tam princeps solus, quam sui laeti reuertuntur ad propria.

Supra memoratus OTTO, in proelio, *occiditur.*

Eodem etiam anno Stephanus, Vngariae rex, & Sobieslaus conueniunt, pacem inter se firmantes amicabiliter. Et Sobieslaus, in reditu suo, cepit nepotem suum, Wratislaum, filium dicti Odalrici, & duxit in castrum Donyn; & deinde post IIII. menses eundem Wratislaum, de castro Donyn, Iaromir deduci praecepit, & eum ibidem arcta custodia detineri, quem tamen postea solutum dimisit redire Morauiam. Eodem etiam tempore castrum Przimbda alias Pfunberg & urbem Citaw instaurauit ex nouo. Similiter in montem dudum destructam Sobieslaus reaedificauit ecclesiam, quam Henricus, episcopus Olmucensis, consecrauit. Anno uero dom. MCXXVII. Sobieslaus princeps Boemiae regni, Romano regi, Lothario, reconciliatus est. Et eodem anno idem rex, una cum principe Sobieslao, urbem Bamberg obsederunt, & totam Bauariam

SOBIESLAVS in castris LOTHARII II. cum

riam usque Danubium, per decem continuas hebdomadas, incendiis & depopulationibus, uastauerunt, & postea sine resistentia ad propria reuertuntur. Deinde anno dom. MCXXVIII. Lotharius rex filium Sobieslai, in die paschae, de sacro fonte leuauit, sibique Wladislai nomen imposuit, & de uoluntate Wiliberti comitis, deuolutionem omnium bonorum feodalium eiusdem Wiliberti infanti baptizato, contulit; in praesentia principum Saxoniae. Eodem anno Sobieslaus regi Lothario, aduersus Conradum, quem tunc quidam principes electores, in odium Lotharii, elegerant: cum maximo exercitu, praebuit auxilium, & post multos actus magnanimos, cum honore, reuertitur. Deinde non post multum tempus Sobieslaus, Conradum, filium Lutholdi, fratris Odalrici praedicti, cepit, & in castro Wyssegraden reclusit. Similiter & Sobieslaum & Brzecislaum in castro Donyn captos detinuit. Postea uero anno dom. MCXXIX. memoratum Wratislaum, filium Odalrici praedicti, Sobieslaus iterum cepit in castro Glacz firmae commisit custodiae. Eodem anno Sobieslaus ecclesiam S. Petri Wyssegradensem, quam olim pater suus, rex Wratislaus, fundauerat, renouauit, & in ipsa coronam ponderantem XII. Marc. auri & LXXX. argenti suspendit; pauimentum politis lapidibus exornauit; circuitum & ambitum struxit, & tecta & alia aedificia ecclesiastica reformauit, & praelatos & canonicos augmentauit. Eodem idem anno Sobieslaus Wratislaum, filium suum, Swatopluck nepotem suum,

militat, aduersus CONRADVM III. imperium affectantem.

ſuum, Stephano, regi Hungariae, in auxilium, contra Graecos, miſit; qui iuuenis uictor reuerſus ab hoſtibus, & correptus infirmitate febrium, prid. cal. Oct. expirauit.

CAP. LXI.

De ulterioribus ſucceſſibus Sobieslai &, traditione concepta, per quosdam ſuos debebat interfici, & de eorundem traditorum exterminio.

SOBIESLAVS *Boioariam,* **hoſtiliter, inuadit multasque arces & caſtra expugnat.**

ANno domini MCXXX. Meinhardus, Pragenſis epiſcopus, in peregrinationem Hieroſolymitanam iuit. Et eodem anno Sobieslaus, cum exercitu, ad Lotharium regem, tranſiens, qui tunc Ratisbonae erat, per flumen Reſe tranſitum faciens, in eodem fluuio ſubmerſionis periculum uix euaſit. In qua etiam uia, ad regis rogatum, XX. munitiones Bauarorum deſtruxit, & ſanus reuertitur, & iuit ad caſtrum Glacz multo comitatu ſuffultus. Eodem etiam - - idem Sobieslaus uolens ire Morauiam, comperit quosdam de ſuis, in eius interitum, machinaſſe: quorum unum deprehendit, & per fugam alius euaſit. Quem praefatus Sobieslaus, cum omnibus uenaticibus, tamdiu inſecutus eſt, quousque etiam alterum, in quadam uilla, captiuum detinuit. Qui taliter deprehenſi, ſe familiares Miroslai, filii Ioannis comitis, & fratris eius iuuenis Strzezemir eſſe confeſſi ſunt, & ſe ad interficiendum Sobieslaum, datis

Multi, primi ordinis, optimates & nobiles *Bohemiae,*

datis muneribus, destinatos. Sobieslaus hoc itaque audiens, Miroslaum & Strzezemir cepit, & secum in castrum Wyssegradensem captiuos deduxit, & tandem, in praesentia magnatum suorum, tanti facinoris causam sciscitat, & ab eis comperit, ordinatione & inductione Brczezislai, nepotis sui, filii supradicti Conradi, & Meynhardi episcopi, nec non Bezikonis, capellani sui, qui omnes Wrssouienses genere fuerunt, traditionem huiusmodi emanasse. Vnde praefatorum nobilium suorum dictante sententia, dictus Sobieslaus, princeps regni Boemiae, diuersis poenarum afficiens suppliciis, Miroslaum & Sczezemir dimembratim interimens, alios duos, nec non nepotes Wrssouienses uidelicet Czerwosne, Wetzmil & Henricum decollari praecoepit; qui iam sic ultimo supplicio deputati, cum uita priuantur, adest in se metu diaboli Bczec, capellanus praefatus, qui similiter capitur, & perpetuo carceri detruditur. Facta sunt haec anno praedicto IX. cal. Iul. Deinde II. cal. Iun. Brczecislaus pradictus, filius Conradi senioris, fratris Wratislai, primi regis Boemiae, excoecatus est: dicto facinore exigente. Eodem etiam anno dictus Wratislaus, filius Odalrici praedicti, de captiuitatis uinculis, liberatur. Anno uero dom. MCXXXI. Sobieslaus, princeps regni Boemiae, urbem Misa aedificauit. Similiter iuxta fluuium Nisa urbem Goczelecz alias Gorlitz, quod antea Drewnow uocabatur, instaurat. In quo etiam anno Mainhardus episcopus, de Hierosolymis, reuertitur, & de accusato

in SOBIESLAI necem, *conspirant.* Sed, detectis insidiis, omnes *comprehenduntur.*

Coniurati isti ultimo puniuntur supplicio.

delicto, archiepiſcopo Moguntinenſi & epiſcopo * Burgigenſi committitur puniendus. Anno uero domini MCXXXII. Lothario in Bamberg curiam celebrante, Sobieslaus adfuit. Eo etiam tempore, in Vrſulienſi eccleſia, ſanctus Gotthardus floruit. Lothario Romam proficiſcente, Sobieslaus, Iaromir, filium Borziwoy, filii Wratislai, primi regis Boemiae, cum CCC. electis militibus, in auxilium deſtinauit. Wratislaus itaque, filius Odalrici de Morauia, ſupradicti regis Biſſe * filiam duxit in uxorem. Eodem etiam anno Sobieslaus cum ſuis Boleslaum, ducem Poloniae, ad Vngariam fugauit, & Poloniam cum exercitu intrans, ipſam usque ciuitatem Ladislauienſem prope Pruſſiam, deuaſtauit & totaliter deſtruxit, & hoſtibus ſtrenue ſuperatis, nec non maxima praeda capta, laetus reuertitur ad propria. Iterum anno dom. MCXXXIII. Sobieslaus, cum exercitu ſuo, reintrat Poloniam, ultra CCC. uillas omnino deſtruens, & innumerabilibus captiuis abductis, ſucceſſu proſpero rediit, & deinde Hungariam tranſiens, regem ibidem iterum, a ſuis hoſtibus, liberauit. Deinde anno dom. MCXXXIV. Sobieslaus, tam exercitu Boemiae quam Morauiae congregato, reintrat Poloniam, & eam usque flumen Odram, igne, ferro & ſpoliis depopulatur. Iterum Boemi absque duce ſuo Sobieslao, repetita uice, intrant Poloniam & poſt multa damna multaque exterminia ibi facta, cum innumerabili praeda, ad propria reuertitur. Eodem etiam tempore, Sobieslao procurante, Conradus marchio Mo-

* *Rutheni principis*, hic ſubſtitui debere nullus dubito. Vid. Dubrauius lib. XI.

SOBIESLAVS *Polonos*, bello, perſequitur.

CONRADVS marchio *Morauiae*

Morauiae, dominus Znoymensis, filius Lutholdi, fratris Odalrici praedicti, sororem Bellae, regis Hungariae, in uxorem, accepit. Et Mainhardus, Pragensis episcopus uita exiuit, & in Pragensi ecclesia sepelitur. Cui Ioh. Wyssegradensis, praepositus in praesulatu, successit. Qui anno dom. MCXXXV. per imperatorem approbatur, & a Moguntino archiepiscopo consecratur. Eodem etiam anno Non. Mart. in Nisa apparuerunt signa in sole, & intuentibus quasi tres soles apparuit esse, usque ad XI. horam diei.

cum BELA, *Hungariae* rege, affinitatem contrahit sorore regis, in matrimonium accepta.

CAP. LXII.

De ulterioribus successibus Sobieslai.

Anno, quo supra, uidelicet MCXXXV. Lotharius imperator, uolens partes suas interponere, ad concordandum Sobieslaum, principem Boemiae regni, cum Boleslao, duce Poloniae, ambos ad se uocauit sub imperiali conductu. Ipsis in praesentia caesaris existentibus, imperator solum treugis inter eos dispositis, in aliis proficere non potuit, sicque uterque reuertitur ad propria. Anno uero domini MCXXXVI. imperatore Lothario Romam eunti Sobieslaum exercitum suum cum nepote suo Wratislao, filio Odalrici praedicti, iam de captiuitate soluto, sibi in auxilium misit. Deinde anno domini MCXXXVII. rex Hungariae Bella cum Sobieslao, principe regni Boemiae, in metis Hungariae, conuenit: pace firmata reueritur Olomutz, ibique pascha celebrat. Eodem

Dux *Bohemiae* pacem, cum *Hungaris* & *Polonis*, fecit.

Eodem idem anno Sobieslaus, cum Boleslao, duce Poloniae, in castro Glacz, terminum placitorum obseruans, praetentis inimicitiis depositis, foedere pacis amicabiliter coniunguntur.

LOTHARIVS II. imperator moritur; cui succedit CONRADVS III.

Eodem anno Lotharius imperator mortuus est, & in Brunschweig sepultus. Postea anno domini MCXXXVIII. Conradus, in regem Romanorum, eligitur, & eo in Bamberg solennem curiam celebrante, Sobieslaus ipsum accedit & ut Wladislaus sibi in regno Boemiae succederet, obtinuit & reuersus ad propria; in castro Saczka, imperatoris collatio de successione Wladislai in regno Boemiae, per baronum eiusdem regni sacramenta, firmatur. Eodem anno Sobieslaus filiam suam, nomine Mariam, Lupoldo, Austriae marchioni, legitimo coniugio iunxit in uxorem & in ciuitate Olmucensi nuptias celebrauit. Deinde anno domini MCXXXIX. princeps Sobieslaus, ab uxore Wiliberti, plurima castra, primitus obligata, redemit, & ipso in quadam silua cum exercitu suo manente, peruehementem subito flantem uentum septem de suis, casu arboris, mortui sunt. In quo anno Conradus, Romanorum rex, filiam Belae, regis Hungariae, in praesentia principis Sobieslai, duxit uxorem. Deinde non post multas hebdomadas idem Conradus Saxones sibi resistentes, cum potentia exercitus Sobieslai, ditioni suae subiecit. Eodem etiam tempore Iohannes episcopus Pragensis, post multa bona opera, finiens uitam, in Pragensi ecclesia sepelitur. Post quem Silue-

SOBIESLAVS successionem, in *Bohemia*, post mortem suam; *cum assensu statuum, prouincialium*, ordinat: imperatore pacta *confirmante*.

SOBIESLAVS, in gratiam caesaris, aduersus *Saxones* arma capit.

Siluester, abbas Sazawiensis electus est, sed nec approbatus, nec confirmatus permansit. Eodem etiam tempore Sobieslaus prouinciam suam Cuncunensem, quam a Polonis obtinuerat, intrans, & circa fines eiusdem urbem Toscam construxit, & dum operi eius instaret, infirmitate, tactus in eodem castro, inualescentibus febribus, post multos magnificos actus & praeclara opera, uitam finiuit. Anno domini MCXL. XIV. cal. Martii, Pragam adductus, honorifice sepelitur in Wyssegradensi ecclesia, totius regni Boemiae maximis in lamentis. Eodem anno Adelheidis uxor Sobieslai similiter decessit. XVII. cal. Octobr.

SOBIESLAVS moritur.

CAP. LXIII.

De regimine Wladislai.

Memoratu dignum est, regalem dignitatem olim, non nisi personae cui fuerat concessa, adhaesisse; licet Bohemia, iam ab HENRICO III. *imp. regni nomine, fuerit insignita.*

DEfuncto itaque Sobieslao, Wladislaus, filius Wladislai ducis, filii Wratislai, assumpsit regni Boemiae principatum. Et adscedens ad regem Romanorum Conradum in Bamberg, de principatu eiusdem regni, solenniter inuestitur, & letus reuertitur Boemiam. Deinde anno dom. MCXLI. in Boemia facta est magna dissensio, ita quod nobiliores & potentiores Conradum, marchionem Morauiae, seniorem post eum inter alios fratres eius, uidelicet Iaromir & Ottonem, exaltauerunt in principem regni Boemiae, parte alia cum Wladislao manente. Vnde factum est, quod uterque, cum exercitibus suis, ad bellum dispositus per Conradum & suos Wla-

CONRADVS, agnatus WLADISLAI, a quibusdam *prin-*

ceps salutatur. Inde ciuilia, in *Bohemia*, bella oriuntur.

WLADISLAVS, proelio uictus, ad *imperatorem* fugit.

Wladislai fugatur exercitus, & potentiores utraque parte pereunt. Videns autem Wladislaus inualescere Conradum & eius potentiam, Pragam se transfert & cum Theobaldo, Wyssegradensi praeposito, urbe & castro ad defensionem disposito, ad regem Romanorum Conradum, subsidii causa, progreditur. Interea Conradus, marchio Morauiae praedictus, cum suis ciuitatem Pragensem obsedit, positis machinis, balistariis & insidiatoribus innumeris. Ecclesias & monasteria destruxit & fregit, quibusuis pretiosis ornamentis & rebus ex ipsis fraudulenter abstractis. Et ecclesia monasterii S. Georgii, in castro Pragensi, ignis deuastatur incendio, de quo omnes reliquiae, praeter S. Ludmillae corpus, consumtae sunt. Et tanta in populo facinora crudelia perpetrari permisit, quod multi tam clerici, quam laici, dimissis propriis, imo omnes sanctimoniales monasterii eiusdem, in speluncis montis Petrae, eo tempore, misere latuerunt, huiusmodi miseriae exitum expectantes.

Imperator eum, armis, reducit in regnum.

Conradus itaque rex dicti principis Boemiae uxoris, sororis suae, permotus rogatu, cum exercitu potenti, Boemiam intrat, & abinde Conrado, marchione Morauiae supradicto, depulso, Wladislaum solio principatus restituit, & a Wladislao magnifice honoratus, ut decuit, rex Romanorum rediit ad propria. Hinc enim Wladislaus sororem dicti Conradi, Romanorum regis, nomine Gertrudam, uxorem habuit. Eodem anno Wladislaus eandem coniunxit ei, &

& Luthomisl. praemonstratensium Strachowiensis ordinis fundauerunt coenobia & opulentissime dotauerunt, abbatibus & monachis in ipsis canonice institutis. Et rexit idem Wladislaus Boemiae regnum usque ad annum dom. MCLIV. In quo anno rex Conradus uiam uniuersae carnis ingressus est; & Fridericus, in regem Romanorum, est electus. Ad quem anno domini MCLV. Wladislaus progreditur, & eius maximum fauorem acquirens, filios Sobieslai, filii Conradi, fratris Wratislai, primi regis Boemiae, nepotes suos, in eiusdem Friderici regis curia committens, ut decet, nutriendos. Deinde anno dom. MCLVI. rex Fridericus Romam progreditur; Wladislaus, princeps Boemiae, regni sui rexit feliciter principatum. Deinde anno domini MCLVII. imperator generalem curiam suam celebrans in Herbipoli, quod uulgariter dicitur Wurtzburg, ibidem Beatricem, filiam ducis Burgundiae, duxit uxorem. Eisdem nuptiis dux Wladislaus cum magno nobilium & procerum apparatu, interfuit. Deinde anno domini MCLVIII. interpositione Wladislai, principis Boemiae, Wladislaus nepos eius, Mel - - Poloniae dux, ducatui suo restituitur, qui ab eo ducatu antea erat expulsus. Anno domini MCLIX. Fridericus imperator solennem curiam celebrauit in Ratisbona; uniuersos principes tractans, ut Mediolanenses imperio rebelles exterminaret. Ad quae singuli principes obloquendum imperatori promittunt. Similis-

FRIDERICVS I. *Barbarossa* cognominatus, post CONRADI III. caesaris mortem, imperator eligitur, anno 1154.

Imperator *Wurtzburgi* comitia habet; quibus *Bohemiae* dux *interest*.

Idem quoque Ratisbonae indicta comitia uisitat & ibi ab im-

peratore, haud excluso consensu principum imperii, rex nominatur.

militer Wladislaus dux Boemiae cum arma torum suorum potentia paratum se offer imperatoris obsequio. Exhibitionem prom tissimam gratam imperator accipiens, d consilio omnium ecclesiasticorum & secula rium electorum & aliorum principum im perii, Wladislaum, ad instar aui quondam sui Wratislai, primi regis Boemiae, regi idiomate & titulo solenniter insigniui Nam a tempore Wratislai, primi regis Boe miae praedicti, propter intempestiuas sedi tiones & guerras, iam inter fratres, iam in ter nepotes Boemiae & Morauiae principes nullus ex ipsis usque ad Wladislaum, Sobies lai filium, regalibus insigniis exstitit decora tus. Et in exaltationis huiusmodi testimo nium perpetuum, idem imperator regi, Boe miae Wladislao, suisque successoribus Boe miae regibus, tale priuilegium concessit, ui delicet, quod a Pragensi & Olmucensi epi scopis uel eorum altero reges Boemiae con secrari, & Boemiae regibus circuli regales debeant imponi. Nam tunc temporis, pro pter excellentiam imperialis coronae seu diadematis, coronae regum circuli, ab im peratoribus, uocabantur, prout in subscripto priuilegio plene patet.

CAP. LXIV.

Literae Friderici imperatoris.

IN nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis. Fridericus, diuina fauente clementia, imperator Romanorum Augustus. Cum

Cum tam lege naturae, quam ſcripto bonum operari mouemur ad omnes, praecipue eos, qui in adminiſtratione imperii, & reipublicae, ueraci conſilio & indefeſſo laboris ſtudio nobis aſſiſtunt, & pro gloria imperii propaganda ſtrenuiſſime decertando omnibus inimicorum incurſibus & quibuslibet periculis ſeſe obiiciunt: ſpeciali praerogatiua honoris ſublimare dignum ducimus, ut de uirtutum praemiis & gloriae corona diffidere non debeant, qui legitime certauerint. Nouerit igitur omnium Chriſti, imperii, quam noſtri fidelium tam praeſens aetas, quam ſucceſſiua poſteritas; qualiter nos Wladislao illuſtri, & ſereniſſimo duci Boemiae, ob inſignia deuotionis & ſeruitii, tam eius quam omnium Boemorum merita, honoris inſignia, quo auus & coeteri progenitores eius, duces Boemiae, beneficio imperialis excellentiae, e ueteris ducibus praeeminebat, circulum uidelicet geſtandum conceſſimus, & cum omnibus ſucceſſoribus ſuis in perpetuum decreuimus. Itaque irreuocabili lege ſtatuimus, ut liceat praefato duci Boemiae, duci Wladislao illis temporibus, quibus nos coronam & diadema glorioſe portamus, in natiuitate domini uidelicet, & in paſcha & pentecoſtes circulum portare, & amplius in feſtiuitatibus uidelicet S. Wenceslai & S. Adalberti, eo quod illas ſolemnitates, propter patronos ſuos, maiori reuerentia & celebritate ueneretur. Sicut itaque celebratio & impoſitio coronae noſtrae non debent fieri, niſi per manus archiepiſcoporum. Ita praefato

Imperator regiam dignitatem etiam ad WLADISLAI ſucceſſores extendit.

Differentia inter *auguſtale diadema* ſeu *coronam imperialem* & *regium circulum* obſeruanda eſt.

Coronatio Bohemiae regis ad Pragensem & Morauiensem episcopos pertinet.

duci Boemiae a nullo hominum circulus imponatur nisi a dilecto nostro Daniele, uenerabili Pragensi episcopo, Ioanne, Olmucensi episcopo, eorumque successoribus. Quod si forte Olmucensis defuerit, nihilominus Pragensis pro sede & dignitate excellentiori, uices compleat amborum. Similiter autem Olmucensis si forte Pragensis defuerit. Adhuc praedicto duci Boemiae & successoribus eius addimus & concedimus censum de terra Poloniae, quem antecessores eius, duces Boemiae, a Polonis, retroactis temporibus, accipere solebant. Vt autem haec nostra donatio & constitutio supra nominato duci Wladislao carissimo nostro eiusque successoribus, omni tempore, rata & inconcussa permaneat, praesentem inde paginam conscribi &, sigillo nostro, insigniri iussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina haec sunt: Eberhardus Saltzburgensis archiepiscopus; Wiemannus Magdeburgensis archiepiscopus; Henricus Ratisbonensis episcopus, Eberhardus Bambergensis episcopus, Daniel, Pragensis episcopus, Conradus Patauiensis episcopus, Henricus, dux Austriae, Fridericus, dux Sueuorum, Ludouicus, landgrauius Thuringiae, Adelbertus marchio Saxoniae, Otto marchio Misnensis, Otto & Fridericus, comites Palatini. Signum domini Friderici imperatoris Romanorum inuictissimi. Datum Ratisbonae, XV. cal. Febr. Ind. V, anno dominicae incarnationis MCLVII. Regni nostri anno VI. imperii uero III.

Obseruandus hic subscriptorum ordo qui, aliquo modo, ab hodiernis moribus recedit.

CAP.

CAP. LXV.

De transitu regis Wladislai, cum imperatore Friderico, Lombardiam, & destructione ciuitatis Mediolanensis.

IGitur praefata imperiali curia celebrata & Wladislao, rege Boemiae, regalibus insigniis, sicut praemittitur, decorato, rex Boemiae & singuli principes propria petunt, &, ad exterminandam Mediolanensem prouinciam, se disponunt. Hinc est, quod eodem anno Fridericus imperator praefatus, cum principibus & magnatibus imperii, uersus Mediolanum iter arripuit, & Wladislaus, Boemiae rex, cum suis, in maxima armatorum potentia, prior Lombardiae Alpes transgreditur, ueniens ante Bruxiam ciuitatem, uniuersam uastauit illam prouinciam, quem imperatoris & aliorum secuti sunt exercitus, &, super fluuio Olea castra metantes, se congregant, & recedentes abinde ueniunt super uehementissimo rursus fluuio Adwe quoslibet pontes fractos reperiunt, & Mediolanenses milites, ex aduerso fluuii, transitum prohibentes. Super littora eiusdem fluminis imperialia figunt tentoria, & de multitudine armatorum spatiosi campi replentur. Postquam itaque totus exercitus se locasset, rex Boemiae Wladislaus, auidus in hostes insurgere, suis praecepit, ut trans uehementissimum fluuium ad unum uadum seu transitum perquirant. Quem dum multi, ad hoc missi, inue-

WLADISLAVS imperatorem, cum *Mediolanensibus* bellum gesturum, comitatur in *Italiam*.

nire non possent : Nobilis Odolemus, filius Zris de Chypb se, cum tribus consociis, celerrimum transmittit in fluuium, & uno suo consocio retrocedente solus cum famulo, non sine periculo, dictum flumen transuadauit. In cuius animositatis signum, per regem suum, Wladislaum, nobilibus decoratus est armis scilicet clypeo albo, habentem lineam ad instar fluuii a cornu superiori trans clypeum descendentem. Wladislaus uero uidens, suum militem transuadasse, armatus cum omnibus suis, ductore de Chysb praefato, exercitum praeeunte, praecipitem superat fluuium & paucis submersis in aqua, animosus desaeuit in hostes. Et super regis exercitum Mediolanenses milites pro prima uictoria deuincuntur. Interea imperator pro ponte parando trans aquam Adwe, ab una parte instat sollicitus, rege Boemiae, Wladislao, a parte alia pontis insistente, quem tamen laborem obscura nox impedit, & sic nocte eadem Mediolanensis exercitus ad prohibendam facturam pontis adueniens, regem Boemiae, hostilibus congressibus, inquietat. Rex igitur cum suis intrepidus, uiriliter saeuit in [illegible] quamplurimis interfectis, residuos [illegible] tam depulit in fugam, ex quibus [illegible] nobiles Mediolanenses cepit, & ip[illegible] signum uictoriae caesari destinauit. [illegible] rator interim reparatum per pontem [illegible] suis principibus, Mediolanensem [illegible] uinciam, & iuxta Trecz, castrum [illegible] mum, obsidione fortissima, tentoria [illegible] figentes; castrum, in paucis diebus, [illegible]

Mediolanenses, a Bohemo milite, proelio, uincuntur.

pugnant.

pugnant. Et abinde ad Laudam ciuitatem famoſam per Mediolanenſes deſtructam adueniunt, & in medio eius omnem locant exercitum. Vbi imperator, rex Boemiae & alii principes, dum deſtructionem tam nobilis ciuitatis, per Mediolanenſes deſtructae, uidiſſent: ad eorundem Mediolanenſium ſuperbiam humiliandam fortius armantur. Vbi etiam, ſub conductu caeſaris, Mediolanenſes imperatorem adeunt, eiusque quaerentes gratiam, & de commiſſis exceſſibus ueniam humiliter poſtulantes. Quos itaque imperator aſſumpſiſſet in gratiam, niſi Baniacenſis epiſcopi, * Anshelmi, fortis praetenſio perſtitiſſet. Inde fit, quod imperator Mediolanenſes, tanquam hoſtes imperii & reos laeſae maieſtatis crimine, imperiali banno ſubmittit & ad eorum exterminium, cum regis Boemiae & aliorum principum auxilio, fortius elaborat. Et abinde imperiales mouit aquilas, & in pleniſſimis circumquaque Mediolanenſium muros obſedit, ſicque ſuum ordinauit exercitum. Nam in prima fronte Ludouicum, fratrem ſuum, comitem palatinum Rheni, cum Suaueienſi, Papienſi & Cremonenſi locat militia, deinde Fridericum, filium regis, Conradum ducem de Rotenburg, adiungens ſibi Hugonem marchionem Montisferrati, Veronenſium, Bruxenſium & Montanorum potentia. In tertio denique loco excellentiſſimum regem Boemiae, Wladislaum, cum ſuis principibus & baronibus & nobilibus regni Boemiae quos multo numero, multa potentia ſecum illuc

Mediolanenſes pacem ab imperatore, per legatos *petunt*; ſed eam non impetrant.

* *Rauennae* urbis hunc archiep fuiſſe Dubrauius refert lib. XII.

illuc adduxit, constituit. Henrico uero Austriae duci & suis militibus quartum locum assignat. Quintum Ottoni, comiti Palatino, Ratisbonens. Friderico & Ottoni fratribus, & aliis ducibus Bauariae. Sextum uero locum imperator cum maximo exercitu per aquilas imperiales exornat. Septimum Friderico, Coloniensi archiepiscopo & aliis Teutoniae & Longobardiae nobilibus deputat, & octauum coeteris principibus Alemanniae locum committit. Sicque imperator, suos per diuersos disponens exercitus, ciuitatem Mediolanensem accedit. Et dum extra eam sibi resistentem aduersarium non uideret, ante portam, quae Romana dicitur, imperiales aquilas figens, regem Bohemiae & alios principes iuxta praefatum ordinem, per gyrum, Mediolanensis urbis circum quaque disiungens. Quem ordinem, cum Mediolanenses cautius perspexissent, per portam S. Dionysii Ludouicum, fratrem imperatoris, & eius exercitum inuadunt hostiliter, & ipso cum suis resistente, fit pugna fortis. Iam hi, iam alii gladio superantur. Cui Wladislaus, Boemiae rex, ut huiusmodi rumor insonuit, cum electis suis militibus in auxilium quantocius ueniens, Mediolanenses turmas aggreditur, & regali lancea sua uexilliferum Mediolanensem dire perfodit, ipsumque necauit. Vnde fit, quod exercitu Ludouici, fratris imperatoris praefati, per Wladislaum regem Boemiae eiusque fortissimos milites, roborato, a uespertina hora usque crepusculum bellum committitur, & Medio-

Mediolanenses caesaris adoriuntur exercitum.

diolanensis exercitus, post caedes quam plurimas, in suam ciuitatem retrocedere, ob fugae praesidium crudeliter est compulsus. Hac in arte talibusque bellorum uariis conflictibus, Mediolanensis ciuitas, eorumque proterua rebellio, imperiali domatur potentia, & per multa tempora misere prosternitur gladio, uarias pressuras quasque pluribus annis elapsis. Vltimo ipsis bellis, caede & fame depressis, undique imperialis exercitus necessariis instrumentis aptatis, regis Boemiae, Wladislai, milites primi urbis fossata replentes, muros adeunt, sagittis eorum hostes fugantes de moeniis. Inter quos quidam dicti regis Boemiae miles, Brennus de Chusnick genere, per scalas, muros Mediolanensium primus ascendit, quem totus exercitus regis est secutus; sicque alta superant urbis moenia, &, fugatis hostibus, ciuitatem intrant; uictores portas aperiunt, & residuum imperatoris exercitum intromittunt. Ex quo imperator uictoriam consequitur, Mediolanensium superbiam humiliat & deprimit, muros urbis diruit, & aspera mutat in plana. Tali itaque terrore Italicos afficit, quod deinceps timore & amore sibi obedire promittunt. Fertur etiam, quod praefatus miles de Chusnick, qui primus per scalas Mediolanenses muros ascendit, rex Wladislaus, pro armorum insigniis, scalam auream in campo flaueo per transuersum eidem deferre concessit. Quod & eius posteris in huiusmodi memoriam est deductum. Praefatus itaque rex Wladislaus, in signum tantae uictoriæ, intrans eccle-

Sed *pedem* retro in urbem *referre* coguntur.

At Dubrauius aliique *Mediolanum* tunc, *per deditionem*, in caesaris potestatem uenisse asserunt.

ecclesiam, in qua tres magi, qui deo munera obtulerunt iacebant, recepit ibidem pedem candelabri, quod quondam per Salomonem in templo Hierosolymitano, fusoria opera, fabricatum, & factum & datum fuerat. Et eundem pedem Pragensi ecclesiae apportauit, qui hodierno die cernere uolentibus mire subtiliter & ingenio ostenditur esse factus. Et sic post insignem habitam uictoriam Wladislaus, Bohemiae rex, cum suis, qui tunc erant superstites, honorifice licentiantes a caesare cum laetitia & gaudio Boemiam est reuersus.

CAP. LXVI.

De ulterioribus successibus Wladislai & successorum ipsius.

WLADISLAVS *Graecos, ex Hungaria, pellit.*

POst lapsum itaque temporis, dum rex Wladislaus, in regno suo Boemiae aliquamdiu stetisset, congregato exercitu, Hunorum, alias Hungarorum, terram intrauit; regem Graecorum ex ea turbauit, & optimates Hungariae, in concordiam posuit. Deinde anno domini MCLX[illegible] praefatus rex Wladislaus cum caesare Poloniam intrans, ipsam Romano subiecit imperio. Deinde anno domini MCLXXIV. Sobieslaus, filius Wladislai, primogenitus regis, uiuente patre, regno Boemiae praeficitur. Nam Wladislaus rex & alios tres filios habuit, uidelicet Odalricum, Conradum & Fridericum. Sobieslaus itaque praedictus postea anno domini MCLXXVI. cum exercitu, Austriam intrans, ipsam uasta-

Polonia Germanico imperio subiicitur.

SOBIESLAVS deuastat Austriam.

...t incendio. Similiter eodem anno XV. cal. Febr. Wladislaus pater eius, rex Boemiae, mortuus est, & in monasterio Strabomensi sepultus. Deinde anno domini MCLXXVII. Odalricus dux a Sobieslao, fratre suo, capitur. Et eodem anno idem Sobieslaus de regno paterno, a Boemis, expellitur, & Fridericus, frater eius iunior, in paterno regali Boemiae solio collocatur. Eodem etiam anno Sobieslaus praedictus in exilio mortuus est. Temporibus dicti Henrici. Anno MCLXXXIV. Conradus, dux Morauiae, frater dicti Sobieslai, Pragam obsedit: deinde anno immediate sequenti Boemi cum Morauis bellum commiserunt, uictoresque fuerunt. Postea uero anno domini MCLXXXV. Odalricus dux, frater senior Friderici praedicti Pragam coactus obsedit, & spe fraudatus decessit. Deinde anno immediate sequenti Fridericus, princeps Boemiae, cum suis nobilibus, curiam imperatoris, uocatus, accessit, & dispositis, per imperatorem, imperialibus negotiis reuertitur ad propria. Deinde anno domini MCLXXXIX. Fridericus praefatus obiit. Cui frater eius, Conradus, dux Morauiae, successit in regno. Qui statim anno sequenti cum filio imperatoris in Napuliam est profectus, & bello famosissimo huius uincens, immatura praeuentus est morte, cuius ossa delata sunt in ecclesiam Pragensem sepulta. Deinde anno domini MCXCI. Wenceslaus, Conradi filius, in regis Bohemiae solio collocatur. Deinde post tres menses, per Przemislaum, alias Ottocarum, patruum suum, filium

WLADISLAVS rex moritur anno 1176.

SOBIESLAVS a *Bohemis* expellitur regno, qui FRIDERICVM sibi regem constituunt.

Illi mortuo succedit CONRADVS.

Post Conradi obitum summa rerum peruenit ad WENCESLAVM.

filium dicti Sobieslai, de regno pellitur, & idem Przemislaus regni Boemiae regimini praeficitur. Ciuitas Pragensis obsidione circumdatur, sed expugnari non potuit. Deinde post III. menses, permittente Wenceslao praefato, per internuncios imperatoris, Pragensis ciuitas in manus Brzecislai episcopi uel Henrici traditur, & sibi regimen regni Boemiae committitur. Deinde praefatus Wenceslaus in confinibus Syrbiae iter agens, per insidias marchionis Syrbiae, ibidem dolose capitur, & in strictissimum carcerem detruditur. Anno uero domini MCXCIII., cum Spitigneo iuuene, filio Wenceslai praedicti, Brczecislaus alias Henricus, episcopus Pragensis, imperatorem accessit, procurans sibi regni Boemiae regimen, ab imperatore, committi, & ab ipso principatum, nomine iuuenis Spitignei in feodum releuans, Boemiam reuersus est; utriusque dignitatis officium & nomen apportans. Postea uero anno dom. MCXCVI. XVII. cal. Iul. idem Brczecislaus alias Henricus, princeps & episcopus regni Boemiae, obiit. Deinde anno immediate sequenti Spitigneus iuuenis, Przemislaum alias, Ottocarum, superauit in bello, ipse tamen Spitigneus oculis suis priuatur. Post iunior frater eiusdem Przemislai, Wladislaus nomine, regni Boemiae regimen nitebatur assumere, sed tamen idem Wladislaus Przemislao, fratri suo seniori, uoluntarie cessit, ut decuit. Fuerunt enim hi duo fratres filii Sobieslai, filii Wladislai secundi, regis Boemiae.

PRZEMISLAVS siue OTTOCARVS I. regno eum *spoliat.*

HENRICVS, episcopus Pragensis, *tutorio nomine, Bohemiam* administrat. Sed hic *Dubrauio* in omnia alia placuit ire.

Spitigneus Przemislaus & Wladislaus regimen, in Bohemia, nanciscuntur.

CAP.

CAP. LXVII.

De succeſſibus Ottocari.

POſtquam itaque Przemislaus, alias Ottocarus princeps, regni Boemiae regimini, impedimento ceſſante, praeeſſet, quamuis, uidelicet anno domini MCXCII. quasdam Theutoniae prouincias uaſtaſſet, & ex hoc Philippum, regem Romanorum, aduerſus ſe plurimum prouocaſſet, nihilominus tamen non poſt multum temporis eidem imperatorii, Philippo, reconciliatus eſt. Et ab ipſo poſtmodum anno domini MCXCIX. ad inſtar progenitorum ſuorum, in regem Boemiae ſublimatus eſt, ac regalibus inſigniis decoratur. Qui rex Prczemislaus Conſtantiam, Andreae, regis Hungarorum, ſororem legitimam duxit in uxorem. Deinde anno dom. MCCIII. contra Ottonem de Brunſuic, qui aduerſus Philippum regem Romanorum electus fuerat, eidem Philippo adhaeſit, & eius auxilio ab alia parte Rheni Philippus Ottonem & archiepiſcopum Colonienſem bello deuicit. Deinde anno domini MCCV. Philippus Romanorum rex, filiam ſuam, Cunegundam, Wenceslao, filio regis Prczemislai, legitimam dedit in uxorem. Anno inſuper immediate ſequenti Philippus per comitem Palatinum Rheni in Bambergk, nocturno tempore, fraudulenter occiditur. Cui ſucceſſit in imperio Otto praefatus. Deinde anno domini MCCXI. rex Prczemislaus, Ottoni imperatori, ex eo quod a papa excommunicatus erat, rebellans, Friderico

PRZEMISLAVS ab imp. PHILIPPO II. *rex* nominatur.

In caſtris huius imperatoris contra eius anti-caeſarem, OTTONEM IV. militat.

Imperator filiam ſuam *Bohemi* deſpondet filio.

PHILIPPVS II. imp. occiditur.

derico ſecundo huius nominis regi Rom. adhaeſit. Qui Fridericus imperialem curiam celebrans, regem & regnum Boemiae exemit & liberauit, eisque gratias & dona conceſſit, prout in ſubſcriptis priuilegiis continetur.

CAP. LXVIII.

De priuilegio exemtionis & liberationis Friderici imperatoris dicentis, quod reges Boemiae, ab omni pecuniae exactione imperialis curiae, ſint liberi, & quod poſſint inueſtire ſuos epiſcopos; inſuper quod ad nullam curiam imperialem uenire teneantur, niſi in Nurenberg & Bamberg.

FRidericus, diuina fauente clem
Romanorum imperator elec
ſemper Auguſtus, rex Sicilia
catus Apuliae, & principatus Capuae.
decor & poteſtas imperii noſtrum p
ſerit ſtatum, ut non electorum & prin
duntaxat, uerum etiam ſceptra regal
ſtra conferuntur maieſtate: glorioſ
putamus & magnificum, quod in tan
ſtrae claritatis beneficio & aliis creſcit
dignitatis augmentum, nec ob hoc em
tia noſtra aliquod patitur detrimentum.
de eſt, quod nos attendentes praeclar
uod

uotionis obsequia, ab antiquo tempore, Romano exhibuit imperio tam fideliter, quam deuote; & quod illustris rex illorum, Ottocarus, a primo inter alios principes, specialiter prae coeteris in imperatorem nos elegit, & nostrae electionis perseuerantia diligenter ac utiliter semper assisterit, sicut dilectus patruus noster, piae memoriae rex Philippus, omnium principum habito consilio, per suum priuilegium, instituit ipsum regem, instituimus, confirmamus & tam sanctam ac dignam constitutionem approbamus, regnumque Boemiae liberamus, & absque omni pecuniae exactione curiae nostrae, iustitia sua suisque successoribus in perpetuum concedimus, uolentes: ut quicunque ab ipsis in regem fuerit electus; ad nos uel successores nostros accedat, regalia, debito more, recepturus. Omnes igitur terminos, qui praedicto regno attinere uidentur, quocunque modo alienati sint, ei & successoribus suis possidendos indulgemus. Ius quoque & autoritatem inuestiendi episcopos regni sui integraliter sibi & haeredibus suis concedimus. Ita tamen, quod ipsi ea gaudeant libertate & securitate, quam a nostris praedecessoribus habere consueuerunt. De nostrae ac imperialis libertatis munificentia statuimus, quod illustris rex praedictus uel haeredes sui ad nullam curiam nostram uenire teneantur, nisi quam nos apud Bamberg uel Nurenberg celebrandam induxerimus, uel si apud Merseburg curiam celebrare decreuerimus ipsi sic uenire teneantur. Quod si dux Poloniae uocatus acces-

Ius inuestiturae episcoporum, olim imperatoribus competens FRIDERICVS II. imp. *Bohemiae* regi concedit.

Rex *Boh.* ad nulla comitia, nisi *Bambergae*, *Noribergae* aut *Mersebúrgi* habeantur, uenire tenetur.

accesserit, ipsi sibi praeire debeant, sicut antecessores sui quondam Boemiae reges facere consueuerunt. Si tamen, ut spatium sex hebdomadarum ueniendi, ad praedictas curias, eis praefigatur. Saluo tamen, quod si nos uel successores nostros Romae coronari contigerit, ipsius praedicti regis Ottokari uel successorum suorum relinquimus arbitrio, ut ipsi CCC. armatos nobis transmittant, & CCC. marcas persoluant. Ad huius autem nostrae constitutionis & confirmationis memoriam & robur perpetuo ualiturum praesens priuilegium, per manus Henrici de Parisiis, notarii & fidelis nostri, scribi & bulla nostra aurea iussimus communiri. Anno, mense & indict. subscript. Huius rei testes sunt isti; archiepiscopus Barensis, episcopus Tridicensis, episcopus Boskensis, episcopus Constantiensis, episcopus Curensis, abbas Augensis S. Galli, abbas de Vicebe, Pertholdus de Nymphe, regalis curiae protonotarius, comes de Chorburg, comes Rudolfus de Hapsburg, & landgrauius de Alsatia, comites Ludouicus & Hermannus de Friburg, comes Wernerus de Hoemborg, Arnoldus nobilis de Wrath, Rudolfus aduocatus de Ruprahefor urbe, Rudolphus de Zamensberg, Albertus de Taneshus camerarius, & alii quamplures magnates, nobiles & liberi, quorum testimonio hoc priuilegium constat esse confirmatum. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis MCCXII., mense Septembr. Ind. XV. Regni uero nostri domini Friderici, illustrissimi Romanorum imperatoris electi &

Manet uero nihil ominus obligatus *ad submittenda imperatori*, *Romam*, **coronationis suae gratia, tendenti,** ***auxilia.***

& semper Augusti I. regni Sicil. similiter XV. ...m in nobili ciuitate Basilia per manus ... uiceprotonot. VI. cal. Octobr. feli... Amen.

CAP. LXIX.

De ulterioribus successibus Prczemislai regis, Boemiae, & qualiter temporibus suis primogenitus suus in regem Boemiae constituitur, & de priuilegio imperatoris, & de morte Prczemislai.

POst itaque Prczemislaus rex, alias Ottokarus regalis dignitatis Boemiae roborationem, nec non supra scriptas ...as obtinuisset a caesare: regnum suum ...emiae, per multa tempora, prouide ...rnauit, usque ad annum dom. MCCXII. In ... anno de consensu regis Prczemislai;, ... nricum, marchionem Morauiae & a... gnates ac proceres regni Boemiae, Wenceslaus, primogenitus regis Prczemisl..., in Boemiae regem, eligitur, quam electionem Fridericus Romanorum rex, tanquam rationabilem & ualidam, de consilio principum imperii, suis literis roborauit, & Wenceslaum uiuente patre seu rege Prczemislao, regem Boemiae constituit, prout in scripto priuilegio plene patet, cuius tenor sequitur per omnia in haec uerba: WENCESLAVS OTTOKARI I. filius, uiuo adhuc patre, rex eligitur a *Bohemis.*

Fri-

Litterae FRIDERICI II. imp. quibus WENCESLAI electio confirmatur.

Fridericus ſecundus, diuina fauente clementia, Romanorum imperator electus, ſemper Auguſtus & rex Siciliae. Si in ſpecialibus & expertis fidelibus & dilectis noſtris gratiam facimus ſpecialem, non eſt indignum, ſed conſonat omnimodae aequitati. Ea propter uniuerſis imperii tam praeſentibus, quam futuris in perpetuum notum eſſe uolumus, quod miſſo ad praeſentiam noſtram Benedicto, uenerabili archidiacono Bohemico expoſuerunt celſitudini noſtrae dilecti noſtri fideles Henricus, marchio Morauiae & uniuerſitas magnatum & nobilium Bohemiae, quod, cum uoluntate & aſſenſu dilecti noſtri Ottokari, regis Boemiae illuſtris, elegerunt in regem eorum, Wenceslaum, filium eius regis Boemiae primogenitum. Propterea maieſtati noſtrae attentius ſupplicarunt, ut electionem ipſius Wenceslai ratam haberemus & firmam, & eidem noſtrum impartiremur conſenſum. Nos autem, quia uotiuae ſupplicationis huiusmodi effectum ex magno fidelitatis ardore nouimus prouenire, conſiderantes ſecuritatem fidei, & purae deuotionis affectum ipſius Ottokari, regis Boemiae quam erga maieſtatem noſtram hactenus habuiſſe dinoſcitur; attendentes etiam obſequia filii ſui Wenceslai, dilecti ſororii noſtri, quae nobis & imperio fideliter exhibuit, de ſolita gratia noſtra, de conſilio principum & magnatum imperii, qui tunc circa nos exiſtebant, electionem praefatam ratam habemus & firmam, & concedimus eidem Wenceslao totum regnum Boemiae, cum terminis &

& omni iure & honore ac regionibus, eidem regno pertinentibus, ſicut ipſum regnum pater ſuus & alii praedeceſſores ſui, tam duces quam reges, unquam melius poſſederant. Mandamus igitur, & firmiter ſtatuimus, ut quaecunque perſona eccleſiaſtica uel ſecularis hanc noſtram confirmationem & conceſſionem infringere uel euacuare praeſumpſerit, mille libras puri auri componat; quarum medietas camerae noſtrae, altera uero iniuriarum paſſis perſoluatur. Vt autem haec firma & rata perſeuerent perpetue, praeſens priuilegium conſcribi & bulla aurea, typario imperialis noſtrae maieſtatis impreſſa, praecepimus communiri. Huius teſtes ſunt Zifridus S - - - epiſcopus; Vlricus, abbas S. Galli; Seno, abbas Olmucenſis; Henricus, abbas Campidonenſis; Rudolphus, palatinus comes; Hartmannus de Wartenberg. Comes Ludouicus, frater eius. Hermannus, marchio de - - - Hugo iunior, Palatinus comes; Ludouicus de Ottinger, Pertholdus de Nimphe, Anſelmus de Imſenberg, Malisbarus, Waltherus de Siph, pincerna & alii quamplures. Ego Conradus Metenſis & Spirenſis epiſcopus, imperialis aulae cancellarius, uice domini Zifridi, Moguntinenſis ſedis archiepiſcopi & totius Germaniae archicancellarii recognoui. Acta haec anno dom. Incarnat. MCCXVI., VI. cal. Maii, Ind. IV, regnante domino Friderici II, D. G. Romanorum rege, ſemper Aug. & rege Siciliae, anno Rom. regni ipſius IV. & Siciliae XIIX. feliciter Amen. Datum apud Vlmam per ma-

manum Pertholdi de Nerph, imperialis aulae protonotarii anno, menſe & indict. praetitulatis.

Deinde anno domini MCCXXII. Wladislaus, frater regis Prczemislai, dux Morauiae, uitam finiuit, & ſic Wladislaum iuniorem, filium ſuum, in marchionem Morauiae conſtituit. Qui poſtea anno domini MCCXXIII. mortuus eſt. Poſtea uero anno domini MCCXXIIX. Wenceslaus rex, primogenitus Prczemislai, uiuente patre regali dudum potitus ſolio, una cum Cunegunde regina, uxore ſua, per Zifridum, archiepiſcopum Moguntinenſem, in eccleſia Pragenſi, dominica Eſto mihi, more regio, conſecratur & regalibus ſolitis inſigniis decoratur. Deinde ſtatim anno immediate ſequenti Wenceslaus, rex iuuenis Bohemiae, cum maxima potentia armatorum, Auſtriam intrauit, quicquid Auſtriae dux ab iſta parte Danubii habuit, deſtruxit & totaliter uaſtauit incendio, & multis ſpoliis oneratus reuertitur, nemine reſiſtente. Anno uero dom. MCCXXX. Przemislaus, alias Ottokarus, Bohemiae rex XIIX. cal. Mart. mortuus eſt, & in eccleſia Pragenſi ſepultus.

WENCESLAI, in regem, coronatio, *ab archiepiſcopo Moguntino*, peragitur.

Auſtriae fines depopulatur.

OTTOCARVS I. moritur anno 1230.

CAP. LXX.

De regimine Wenceslai regis ac obitu, & de factis matris ſuae.

MOrtuo itaque rege Przemislao, alias Ottokaro, Wenceslaus rex, primogenitus eius, ſapientia & uiribus pro-

prouide rexit regnum Boemiae. Et in anno domini MCCXLII. Fridericus, dux Austriae, intrans Morauiam, ipsam uastauit incendiis & spoliis, usque dum ueniente dicto Wenceslao, rege Boemiae, dux Austriae praedictus, de Morauia, per fugam exiuit, cum maximo damno suorum. Deinde anno domini MCCXLVI. dictus Fridericus, dux Austriae, in bello ab Hungaricis occiditur; & filia fratris sui senioris, quondam Henrici Austriae: quae sola haeres, in Austriae ducatu, remanserat, Wladislao, filio regis Bohemiae, Wenceslai, matrimonio traditur. Et sic Wladislaus ducatui Austriae praeficitur. Deinde eodem anno mortuo Meskone, duce Poloniae, sine liberis Wladislaus praedictus ex eo, quod Polonia ab antiquo ad Boemiam pertinebat, etiam dux ibidem efficitur, & sic iam filius regis Boemiae rexit utrumque ducatum. Sed anno immediate subsequente Wladislaus morte preuentus est, cui Przemislaus, frater eius, filius Wenceslai regis, in praedictis successit ducatibus. Deinde anno domini MCCXLIIX. illustris Cunegundis, senior regina Boemiae, mater regis Wenceslai, uitam finiuit in domino. Haec quidem Cunegundis inter coetera uirtutum opera, quae diebus suis fecerat, aedificauit in Morauia Godnigen, Bosoniam & Lucenburg alias Bezezlau. Et in Hungaria ciuitatem Tirnow ac castrum Rotenstein fundauit. Etiam cum filia sua, B. Agnete, hospitale cruciferorum cum stella, in pede pontis Pragensis, deditque ecclesiae ac monasterio S. Francisci ciuitatis Pragensis in quo

Austriaci Morauiam depopulantur; sed WENCESLAO adueniente, domum redeunt.

WLADISLAVS, WENCESLAI R. B. filius, matrimonio, *Austriam* acquirit. *Polonieum* pariter, *in ducem*, eligunt. Sed paulo post moritur.

CVNEGVNDIS mater R. WENCESLAI, in clericos liberalis.

quo eadem B. Agnes, filia sua, uita regulari professa degebat, multa pretiosa clenodia. Similiter praedicta Cunegundis dotauit & fundauit in Morauia, monasteria sanctimonialium ordinis Cisterciensis, uidelicet Oslawa & Tisnowa, dotauitque eadem monasteria solenniter, & in Tisnowa monasterio est sepulta.

CAP. LXXI.

De regimine Wenceslai ac obitu, & de gestis Cunegundis, matris suae.

PRCZEMISLAVS, filius WENCESLAI, rebellare, contra patrem, audet.

VIuente itaque rege Wenceslao prædicto & regnum suum, in pacis tranquillitate, feliciter gubernante, quidam Boemiae nobiles & barones filium Prczemislaum, aduersus patrem suum, [illegible] gerunt in principem & eidem fidelitatis homagium praestiterunt. Quod licet Wenceslaus rex aegre tulit, tamen ex eo, [illegible] baronibus solum tria genera, uidelicet Berowzk, Brisenburg & Schwantz[illegible] pro parte regis & cum ipso perman[illegible] pro tunc sub dissimulatione transiuit[illegible] factum est anno domini MCCL. do[illegible] Prczemislaus, filius regis, de Au[illegible] Vngaris & Boemis copiosum con[illegible] exercitum, Boemiam intrauit, & ca[illegible] Wyssegraden adeptus, ibidem aliqu[illegible] resedit & abinde recedens fluuium W[illegible] uiam super uilla Ruben, cum exercitu, [illegible] uadauit, in monasteriis Strahouiensi & [illegible]

cono-

conomensi, diebus aliquot, manens regnum paternum, rapinis & incendio, uastare coepit. Et transiens in Zacensem prouinciam ea quae circa ciuitatem eandem suo dominio subiugauit. Hinc est, quod pax & concordia, inter patrem & filium, componatur, & iuramentis firmatur. Quo facto rex uiam tenuit in Luthomercziz, fingens se, cum exercitu, transiturum Hungariam, mandansque singulis, tam clericis, quam laicis, ut ad eam ueniant, auxilium praebeant sibi, uel capitali plectantur sententia. Et exercitu congregato potenti, transiuit in Sazka castrum, & ibidem aliquot diebus permansit. Dein abinde in festo assumtionis B. uirginis Mariae, mittens partem sui exercitus uersus Pragam, ciuitatem obtinuit, & postea, cum exercitu residuo, illuc aduenit. Filius autem suus, Prczemislaus, hoc audiens, qui tunc Pragae morabatur in castro, eiusdem castri fidelibus suis committens custodiam, in tutiora loca se transtulit. Qui autem defensioni curiae archiepiscopi, in ciuitate Pragensi praeerant, regis timentes aduentum, cum igne succendunt, & abinde recedunt. Altera itaque uia rex, missis militibus, turrim, quae sita erat in pede pontis iuxta curiam supradictam, sine resistentia, munit & obtinet, & tandem obsidet castrum Pragense, prohibens circumquaque exitum & reditum suorum rebellium. Eodem etiam die filius patris gratiae reformatur, tunc castrum Pragense restituit, & suae se subdidit per omnia uoluntati, cui pater marchionatum Morauiae, cum omnibus per-

Pax, inter eos, *conciliatur*.

Sed *pater* illum mox cum exercitu, *persequitur*.

Denuo tamen inter eos, *de pace*, conuenit

pertinentiis, assignauit. Tandem non post multum temporis rex Wenceslaus, Przemislaum, filium suum, qui ad patrem, cum suis nobilibus, quorum inductione patri rebellauerat, Wyssegraden uenerat, cepit; & ipso ibidem in captiuitate detento, dictos nobiles binos & binos catenis uinctos Pragensis castri misit in carcerem, quos tamen postea gratiosius relaxari praecepit a uinculis, & solutos dimisit. Anno insuper domini MCCLI. rex Wenceslaus ualidum, tam Boemorum, quam Morauorum, congregauit exercitum, & filium suum, Prczemislaum, eisdem praeficiens, misit uersus Bauariam; qui iuxta mandatum patris totam Bauariam, usque Danubium, deuastauit, & multa praeda ibidem accepta, sine resistentia, Boemiam est reuersus. Eodem anno Wenceslaus, Boemiae rex, Austriam obtinuit, cuius possessionem Prczemislaus filius, de mandato patris, se intromisit. Et Margaretham, relictam quondam sexti Henrici imperatoris, filiam Lupoldi, Austriae ducis, uxorem accipiens, dux ibidem effectus est, & eidem ducatui praefuit, usque ad patris obitum. Dein anno dom. MCCLIV. Pragensis ciuitas ad partem occidentalem & aquilonarem muro cincta est, & turribus munita. Eodem etiam anno Tartari, qui regnum Hungariae, pluribus annis, uastauerunt, intrantes Morauiam, partem eius uastauerunt, & circa Olmuz maximam multitudinem hominum occiderunt; pluraque castra, quae absque defensione, propter metum eorum, permanserant, uastauerunt, &

PRZEMISLAVS, ad bellum Bauaricum gerendum, a patre mittitur.

Idem nuptias cum MARGARETHA, *Austriae* haerede, celebrat.

Tartari, Hungaria pluribusque aliis regnis uastatis, peruagantur quoque *Morauiam.*

& tandem dum ibidem ante Olmucz ciuitatem rursus aduenissent, quidam nobilis de Sternberg, pro tunc capitaneus ciuitatis eiusdem, de ciuitate progrediens, similiter impetum fecit in eos uiriliter, & eorum capitaneum lethaliter uulnerans, interfecit, de quo dolentes Tartari & plurimum stupefacti, per fugam, reuersi sunt Vngariam: ex illo etiam actu magnifico dictus nobilis de Sternberg, per donationem regis Bohemiae, bona quaedam prope Olmucz obtinuit, in quibus nouum castrum Sternberg, ad memoriam huius rei, construxit. Iidem etiam Comanni seu Tartari postea, aliquibus annis elapsis, intrantes Poloniam, ipsam undique uastarunt, & Henricum, ducem Slesiae bello, cum maxima Christianorum, multitudine, occiderunt, inferentes christianis mala innumera, nec parcentes sexui uel aetati. Similiter etiam Colmannum, regem Hungariae, necauerunt, & quasi totam Vngariam, destructione misera, subiugarunt. Eodem etiam tempore rex Wenceslaus mortuus est X. cal. Octobr. anno regni sui XXIV. Et sepultus est in monasterio S. Francisci in Praga, ubi sancta Agnes, soror eius, religiosam uitam degebat.

Olmutz urbs ab eis quidem obsessa, at feliciter, a Sterenbergio, defensa.

HENRICVS, *Silesiae* dux proelio, a *Tartaris*, uictus ab eisdem occiditur.

COLMANNVS R. H. parem experitur fortunam.

WENCESLAVS R. B. moritur.

CAP. LXXII.

Prutenis fidem christianam, per Boemos, percipientibus.

MOrtuo itaque Wenceslao, rege Bohemiae, Prczemislaus filius suus unicus, Morauiae marchio, Au-

ſtriae & Stiriae dux, regimen regni Boemiae eſt adeptus. Hic Prczemislaus ducem Carinthiae clericatui procurans, & in Aquileienſem patriarcham, ſacris receptis ordinibus, promoueri, & pro ſe Carinthiae ducatum obtinuit. Anno uero dom. MCCLIV. inter Przemislaum, filium Wenceslai regis, principem Boemiae & regem Vngariae pax & tranquillitas reformata eſt. Eodem anno Przemislaus, cum maximo exercitu, profectus eſt in Pruſſiam aduerſus infideles Prutenos, ducens ſecum Brunonem, Olmucenſem epiſcopum, & Wratislauiam tranſiens: Otto, marchio Brandenburgicus, ſororius ſuus, ſimiliter cum exercitu ſuo in uia ad Przemislaum applicuit, & Pruſſiam ambo pariter ſunt profecti. Deinde per totum annum dictam Pruſſiam undique oppugnantes, ibidem per dictum Brunonem, Olmucenſem epiſcopum, duo duces Pruſſiae baptizati ſunt, & omnis infidelis populus per eos chriſtianam fidem accepit, & ad dominum deum conuerſus eſt. Vsque quendam montem ultra ripam fluminis Pregor, in quo rex Przemislaus caſtrum & ciuitatem, & in ea eccleſiam cathedtalem, in honore dei & S. Adalberti martyris, patroni & ſecundi Pragenſis epiſcopi, qui in eadem prouincia, pro Chriſto, martyrium a Prutenis ſubierat, deuote conſtruxit, nomina eius dioeceſeos Zambiam, ciuitati uero & caſtro, in quibus eadem eccleſia ſita eſt, in ſui memoriam nomen impoſuit Kunigsberg, quod mons regius dicitur. Et ex eo quod Prczemislaus, rex Boemiae, manu potenti

PRZEMISLAVS ſiue OTTOCARVS III. *Carinthiam* acquirit.

Expeditionem, in *Porussiam*, ſuſcipit.

Poruſſos ad ſacra chriſtianorum accipienda *cogunt.*

Vrbs *Koenigsberga*, in *Poruſſia*, conditur.

primus

primus hoc fecerat -, praefata ciuitas Kunsperg, cum tota Zambiensi prouincia, aduersus christianos siue paganos progreditur totiens, una cum marsalco Prussiae, regalem Boem - - defert, & sub ea primum tenet totiens exercitus aciem contra hostes, in praemissorum testimonium hodiernum. Similiter a dicta ciuitate per duas diaetas, dicti regis, Olomucensis episcopus Bruno, cum regis praefati iuuamine, ciuitatem construens, ei nomen imponens Brunsperg, quod mons Brunonis dicitur, & ecclesiam cathedralem Warmiensem in eadem prouincia - - instituit ad roborationem maiorem fidei christianae. Et sic, anno elapso & salubriter his peractis, laeti uictores abinde reuersi, relicta terra pro fidei defensione cruciferis de domo Teutonica, tendunt ad propria. Przemislaus itaque rediens Austriam ibidem aliquamdiu moratus est. Et postea post pascha uenit Boemiam, quam Margaretha praefata uxor eius, apparatu magnifico, est secuta. Praeterea anno immediate sequenti Conradus, archiepiscopus Coloniensis, ad regem Prczemislaum uenit Boemiam, & cum ipso, super quibusdam arduis negotiis imperii Romanorum, tractans honoratus a rege recessit. Postea uero anno domini MCCLVII. dictus rex Prczemislaus, cum quibusdam Boemis, Australibus & Morauis Bauariam intrans, Bauaris innumera damna intulit. Sed tamen hac uice, cum magno nobilium suorum dispendio, Boemiae regnum reuertitur. Et ibi aliquot annis, sub pacis tranquillitate, rese-

Boioariae ducatum *Bohemi* inuadunt quidem sed *aduersam*, pro parte, *experiuntur fortunam.*

resedit. Postea uero anno domini MCCLX. ex eo, quod praefatus Prczemislaus, per Vngaros & Comanos, aduersus pacem firmatam, in principatibus regni sui, maxime ducatu Stiriae, quae Bela, rex Vngariae, partim iam occupauerat, & in totum dominio suo attrahere nitebatur; multis uexabatur dispendiis, potentissimum, de diuersis nationibus, collegit exercitum aduersus Belam & natum eius Stephanum, regem Hungariae, profectus & perueniens ad aquam Moraua, suum exercitum locauit iuxta flumen. Similiter reges Hungariae ab alia parte fecerunt, & aliquot diebus ipsis ibidem morantibus a tempore quadragesimae usque ad beati Ioannis baptistae festum, interuenientibus tractatibus, treugae factae sunt. Igitur appropinquante treugarum tempore, dum praefatus Prczemislaus, princeps Boemiae per diuersas turmas suum congregaret exercitum, & circa oppidum Lauam, alias Lech omnem suum exercitum conuenire mandasset; Stephanus iunior, Vngarorum rex, cum melioribus Vngaris & Comanis suis, iam per insidias, eosdem fines intrauerat, ut opportunitate capta, collectum Boemiae principis turbaret exercitum. Tunc missis insidiatoribus comperit, Henricum ducem Slezie & Wladislaum Opuliensem una cum Olmucensi episcopo in pratis circa Poheczelicz iam castra metasse. Quos dum incautos aggredi disposuerat, ob hanc causam cum suis latenter uiam faceret, casu contigit, uidelicet sui ductoris errore, quod non Phozezeliz, sed uersus

Hungari Styriam auferre *Bohemis* conantur.

Quam ob causam *utriusque populi reges*, exercitum suum, bellum moturi, educunt.

uersusLauam applicuit. Iam enim marchio Brandenburgicus, Saxones, comites de Hardeck & multi de Boemia illuc aduenerant. Eratque princeps Boemiae cum suis similiter iam uicinus. Inde rumor in castris insonuit, Vngaros & Commanos propinquos adesse, & partem exercitus turbare. Ex quo totus regius mouetur exercitus, aduersus insultus hostium se disponens e contrario. Itaque subito nunciatur, hostes paucos fuisse, & iam totaliter cessisse fugatos. Sicque hoc audito ad sua quiuis redit tentoria, comitibus de Hardeck & Hayn cum nobili Cadoldo, cognominato orphano, pro exercitus custodia dispositis, & ipsis taliter custodiam seruantibus, quosdam hostes insidiatores conspiciunt, & insequentes eosdem, subito post tergum eorum ex latentibus insidiis maxima progreditur turma, & dicti nobiles omnes cum suis, per aduersarios, circumdantur, fitque per paucos inter multos pugna dissimilis, & animosi milites, inaequali certamine, superantur. Qui rumor dum in castra exercitus peruenisset, armantur singuli, & parantur ad insultus hostium compescendos & continuo impios insurgunt in hostes. Ipsos praecipitem compellunt ad fugam, & caedentes plurimos gladio, compulerunt innumeros in fluuio Morauiae submersionis dispendio soluere dies suos. Ex qua re ob caedem dictorum comitum grandis inter principes exercitus oritur dissensio. Sicque quidam ex eis propria petere uoluerunt. Tandem huiusmodi dissensio quantocyus complanatur, &

Quidam utriusque partis manus inter se conferunt, sed *Hungari* demum, ab aduersariis suis, terga dare *coguntur*.

& pari uoto ad inuadendum Vngarorum regem & eorum exercitum se astringunt.

CAP. LXXIII.

De alio bello contra Hungaros & Comanos.

PRaeterea princeps Boemiae regni, cum omnibus suis coeterisque principibus, unanimem mouens exercitum, laxatis tentoriis, aduersus hostes, propius progreditur, & per ordinatas procedens acies, Morauiae fluminis uenit ad littus, & transeuntes aquam, bellorum se committunt euentibus. In exercitu autem Przemislai fuerunt hi principes: Philippus Saltzburgensis archiepiscopus, Iohannes Pragensis, Bruno Olmucensis episcopus, Vlricus Carinthiae & Styriae dux, Otto marchio Brandenburgicus & quamplures Saxones, Henricus dux Slesiae, Wladislaus Opuliensis & multi alii principes, comites & nobiles. Huius itaque progressum belli, subscripta papae Adriano, per regem Bohemiae, transmissa declarat epistola, cuius tenor talis est.

Principum qui partibus *Bohemorum* studuerunt, recensio fit.

Sanctissimo in Christo patri ac domino, domino Adriano, sacrosanctae Romanae ecclesiae summo pontifici - - eadem dei gratia dominus regni Boemiae dux Austriae Stiriae & marchiae Morauiae. Quia pium pastorem suarum a lupis liberatio ouium delectat, & iocundum patrem benignum reddit cum salute prosperitas filiorum, grauis belli, quod aduersus Belam & natum eius-

Regis *Boh.* ad ADRIANUM *pontificem max.* litterae; belli huius narrationem continentes.

eiusdem, Stephanum, Vngariae reges illustres, & Danielem regem Russiae & filios eius, & coeteros Rutenorum & Tartaros, qui eisdem in auxilium uenerunt, & Boleslaum Cracouiensem & Lazkonem, Simonem Lanesatiae duces, & innumerabilem multitudinem inhumanorum hominum, Comanorum, Vngarorum & diuersorum Slauorum, Siculorumque & Vasallorum, Bezzerminorum & Hismahelitarum, Scismaticorum, ut etiam Graecorum, Gingarorum Bassierndorum & Bastrensium haereticorum, auctore deo gessimus, & uictoriae nobis coelitus datae, & post uictoriam inter nos ex parte una & reges ex parte altera concordiae reformatae processum ab te duximus, pater sanctissime, praeuia ueritate præsentibus ad clarandum. Sane cum ad flumen, quod Morawa dicitur, circa locum a castro & oppido Hemburg duobus milliaribus distante, Vngariae & Austriae confinia inibi terminantem, cum nostris exercitibus uenissemus, dictos reges & exercitum eorum illic castra metatos in opposita parte ripae inuenimus ex aduerso. Sicque factum est, ut & nostra & aduersariorum castra solus duntaxat diuideret fluuius. Cumque sic loci positio se haberet, ut aduersarios sine irremediabili nostrorum iactura uotiuum non possemus consequi accessum, & de formanda, inter nos & eosdem, pace fuisset aliquoties attemptatum, ipsis uero regibus de die in diem, & de hora in horam suas in diuersas uariantibus uoluntates, non restaret aliquis pacis locus, haud dubium, ad instar

Enumerantur auxiliares *Hungarorum* copiæ quique, in castris eorum, tunc contra *Bohemos* steterunt.

Pha-

Pharaonis, corda illorum indurante domino ultionum, nouiſſime unius duorum parti aduerſae obtulimus optionem, ut uidelicet uel illa nobis cederet, quatenus ad eandem, gerendi belli cauſa tranſire poſſemus, uel nos id parti aduerſae concederemus. Equibus diſtincte precibus alteram pars aduerſa elegerat, ut uidelicet nos cederemus, & noſtra ceſsione iisdem locum daremus. Et ut id ſe per ſe fieri uideretur, quouis impedimento ceſſante dicti reges & eorum principes & comites treugas conſtitutas & ſerio iuramentis firmatas per totum dieB. Margarithae feſtum praecedentem & medietatem ipſius feſti diei, nobis mediantibus idoneis induciis remiſerunt. Verum quidem ſua facta, pacta & iuramenta ſoliti uiolare, per uada inuenta, & ſibi aptata clam noctu ad noſtram partem, cum omni ſuo exercitu ſuo, tranſierunt, & cum diceremus: Eſt ſecuritas, ſubito tamen innumerabili multitudine contra nos improuiſos apparuerunt in campo, & totum in ſpe treugarum uix decima pars noſtri exercitus penes nos pro noſtrae perſonae cuſtodia remanſiſſet, eo quod plures de noſtris, tranſito Danubio, oppidum Hemburg intrauerant, alii uero cum curribus deſcenderant ad ſtationes & loca caſtrorum; hoſtes noſtri, fraude pleni, in modum circuli, per ordinatas acies, nos attingentes, niſi dominus adiuuiſſet, uiuos forſitan deglutiſſent. Igitur in tam ineuitabilis neceſſitatis articulo conſtituti, attendentes poteſtatem eſſe coeleſtem, & quoniam non ex

Hungari, induciarum tempore, *Bohemos* adoriuntur.

mul-

multitudine exercitus, sed de coelo uictoria datur, munere magni dei, totam in adiutorio altisſimi ſpem ponentes, noſtros adiutores & commilitones primitus exhortati in plurimas aduerſariorum curias, data nobis de coelo fiducia, irruimus confidenter. Quos deus, per manus noſtras, & noſtrorum, imo ſuorum militum, exterruit & proſtrauit & in fugam conuertit, ita ut fugientibus cum impetu, & ſe inuicem comprimentibus, dictus fluuius Morawa, iuxta ſui praeſagii nominis etymologiam, tanquam mare rubrum Aegyptiis, multo caeſorum ſanguine rubricatus factus ſit, in ſe ſubmerſis & intereuntibus mortis uia. Siquidem in eodem fluuio fugientium, a facie dei, interfectorum tanta multitudo, quod per cadauera hominum & equorum, quaſi per factos pontes, nonnulli ex noſtris aduerſariorum caſtra intrarent, & occupantes currus, tentoria, & exponentes quaeque preciosa ſpolia acceperunt. Quamuis igitur poſt triumphum diuinitus datum nobis, quemadmodum communiter uidebatur regnum Hungariae noſtrae ditioni potuerimus ſubiugare, & idem in perpetuam premere ſeruitutem. Aduertentes tamen, quod melius ſit bonum uicinum habere per concordiam, quam ſuperare & exterminare per rebellem, penſantes etiam, quoniam, ut ait imperator Conſtantinus, crebro ſuauiores ſunt amicitiae, poſt inimicitiarum cauſas ad concordiam reſtitutae, cum participibus Vngariae regibus, & domina regina & iuuene Bela, & ſecundum oblatam nobis

a magno

Qui tamen eos, *proelio uictos*, caedunt & in flumen propelsunt.

Cadaueribus caeſorum equorum hominumque & in flumen Morauam proiectorum *Bohemi*, pro ponte, utuntur ad transeundum fluuium.

a magno comite Rulando de Posonia formam, malumus pacis foedera reformare, quam uastando & debilitando magnum Vngariae regnum ad idem & nostri terras dominii, Tartaris aditum aperire, praenotatam igitur compositionis formam praedictorum regum, reginae & ducis Belae sigillis signatum uestro Apostolatui transmittentes petimus, eandem a sede apostolica confirmari & ut operae pretium est, apostolico in aeuum patrocinio communiri.

Papa rogatur, ut initam inter utriusque populi reges, *pacem confirmet.*

Fertur etiam in congressu dictorum exercituum a quibusdam exercitus Boemorum nobilibus, & fide dignis uiris uisam fuisse aquilam albam habens aureum caput & collum, uexillum B. Wenceslai: quod tunc per burggrauium castri Pragensis in praelio gestabatur, sequi & uicissim crescere, quousque, extensis alis, totum principis Boemiae exercitum cooperiret. Nam & ipse Burggrauius, Iarossius nomine, ut retulit, idem uexillum S. Wenceslai martyris in huiusmodi belli tanto discrimine, nullam passum penitus fuisse laesionem. Plura idem Wenceslaus & aliorum patronorum Boemiae ibidem uisa a pluribus referuntur.

CAP. LXXIV.

De ulterioribus successibus Prczemislai & coronatione eius in regem.

IGitur, ut praemittitur, per principem Boemiae & suos, uictorioso triumpho belli

belli potito, pax & concordia inter reges Hungariae & principem, firmantibus literis & promissionibus, roborantur. Praeterea sciendum est, quod licet praefatus Prczemislaus Margaretham, uxorem suam praedictam, annis pluribus habuisset, non tamen ex ea, quoniam infoecunda fuit, potuit liberos procreare. Cuius infoecunditatis effectum eadem Margaretha probare uolens, consensit, ut maritus eius, Prczemislaus, cuidam nobili domicellae suae de Coringen, quorundam nobilium filiae, coniaceret; ex qua genuit filium, sibi Nicolaus nomen imponens: cui postea successu temporis donauit ciuitatem & districtum Oppauiae, eundem a Morauiae marchionatu diuidens, & exinde ducatum Oppauiae primo constituens, ipsum in uasallagium perpetuum, Boemiae regno, subiecit. Tres etiam filias genuit ex eadem, quarum unam nobili de Strakonitz, aliam de Wartemberg, & tertiam de Crawaz, regni Boemiae baronibus, uxores dedit legitimas, cuilibet eorum dotem assignans legitimam solenniter. His itaque quatuor naturalibus filiis praefati principis Boemiae potentia, & praedictae uxoris suae infoecunditate probata, compertum est: Margaretham praefatam post obitum quondam uiri sui, Henrici VI. imperatoris iam dudum defuncti; in ciuitate Treuirense ordinis fratrum praedicatorum sanctimonialium monasterium monacham professam esse, & absque dispensatione canonica, habitu & regula praetermissis, Prczemislao praedicto nupsisse. Hinc est, quod talibus legitimis

MARGARETHA, PRCZEMISLAI seu OTTOCARI R. B. uxor, est sterilis.

Olim quoque monasterium ingressa, postea tamen, sine dispensatione, OTTOCARO nupsit.

Ideo illorum *coniugium*, papa Rom. auctore, *dissoluitur*,

diuortii causis extantibus, inter eos, per papam, diuortium celebratur & Margaretha praedicta, a uiro suo, totaliter separata, reuertitur Austriam, intrat monasterium, abiectum ordinem & habitum iterum reassumens. Et postea, ne regnum Bohemiae legitimo careret haerede, praefatus Prczemislaus anno praedicto IIX. cal. Nou. Cunigundam, filiam Roscislai, imperatoris Bulgarorum, in castro Posen duxit uxorem, & secum Pragam adduxit. Deinde in festo natiuitatis domini idem Przemislaus una cum eadem Cunigunde, uxore sua, in ecclesia Pragensi a Wernhero, archiepiscopo Moguntino, regias coronas assumens, more regum Boemiae consecratur, praesentibus sex episcopis, marchione Brandenburgico & aliis multis principibus. Et post haec, per plures annos, praefatus Prczemislaus rex in tranquillitate resedit.

OTTOCARVS CVNIGVNDAM uxorem ducit.

Deinde anno dom. MCCLXIIX. Prczemislaus rex filiam sororis suae, marchionissae Brandenburgensis, Belae filio, regis Vngariae, in uxorem, tradidit: ad conceptam concordiam inter eos amplius roborandam. Et nuptiis solenniter confirmatis rex Przemislaus alias Ottokarus, Boemiae, cum gaudio, remeauit.

Deinde anno domini MCCLXIX. ex uxore sua, Cunegunde, filiam genuit, quae eodem tempore, cum maxima festiuitatis laetitia, baptizatur in festo purificationis sanctae Mariae. Eodem anno orta est magna dissensio inter regnum Boemiae & Bauaros, & rex Bauaros uolentes in regnum, per nobiles

suos

ſuos, quos ad cuſtodiendum metas poſue-
rat, cum magno labore, prohibuit. Dein-
de anno immediate ſequenti rex, potentem
congregans exercitum, intrauit Bauariam,
& ipſam usque Ratisbonam incendiis & ſpo-
liis plurimis deuaſtauit, & deinde ſine
damno reuertitur ad propria. Et iterum
per plures annos uixit pacifice, & plures
ciuitates & caſtra, in regno Boemiae, de
nouo conſtruxit.

BohemiBoioariam hoſtiliter inuadunt.

Poſtea uero anno domini MCCLXXI.
Colonienſis archiepiſcopus, cum multis
nobilibus de Almannia, ab electoribus prin-
cipibus imperii deſtinati Boemiam, Otto-
carum regem adeunt, & inſtant: imperii
dignitatem & faſces aſſumat; eo, quod Ro-
manorum in regem concorditer foret ele-
ctus. Quos rex gratanter ſuſcipiens, habito
conſilio, de perſecutione nobilis de Brczie-
ſano, burggrauii Pragenſis, & aliorum ali-
quorum nobiliorum ſtultam & inſanam eo-
rum opinionem, de qua & tanti honoris
augmentum, & poſtea perſonam perdidit,
imitatus; imperialis dignitatis onus noluit
acceptare. Poſtea uero anno domini
MCCLXXII. Rudolphus, comes de Hauers-
burg, in Romanorum regem, eligitur. Ot-
tokarus uero rex, de regno ſuo ſollicitus,
per plures annos, negotiis propriis agendis
inſtabat; deinde anno dom. MCCLXXVI.
quinto anno Rudolphi, Romanorum regis,
idem Rudolphus a rege Ottokaro ex eo,
quod dudum inter eum & Margaretham,
quondam uxorem ſuam, quae ſola ibidem
haeres remanſerat, diuortium exſtiterat

Principes *Germani* OTTOCARVM in imperatorem Rom. eligunt.

At iſte oblatum ſibi imperium *recuſat accipere.*

RVDOLPHVS I. *Habſpurgicus* imperator eligitur.

celebratum, Auſtriam, Stiriam & Carin-
thiam, repetiit. Sed dum munitionibu
& precibus, apud regem Boemiae, proficer
non poſſet, aduerſus eum omnem ſuar
Auſtria occupatur a caeſare. mouit potentiam. Quod rex Ottokaru
comperiens, ſuum in occurſum Roman
regi mittit exercitum, prohibens, ne Boe-
miae metas attingat; Rudolphus hoc itaqu
audiens diuertit Auſtriam, plures ibide
ciuitates & caſtra ſuae ditioni ſubiecit, quo
faciliter erat facere, ex eo, quod tales d
Auſtria Romano regi praedicto ſe, ſine reſi-
ſtentia, ſubdiderant. Et hoc facto per Pa-
tauiam usque Lincz perueniens, ibi caſtr
OTTOCARVS ei *armatus* occurrit. metatus eſt. Quod audiens Ottocarus po-
tentiſſimo exercitu congregato iter faciens
peruenit usque Droſendorff, fines illos in
longitudinem, & latitudinem quatuor mil-
liarium occupauit; ibidemque ſua fixit ten-
toria, Romano regi ex parte alia Danubi
perſiſtente. Poſt lapſum uero VII. hebdo-
madarum, dum alter ad alterum, ob inter-
medium flumen Danubii, non potuiſſet at-
tingere; per interpoſitos tractatus, termi-
nus certus & amicabilis ſtatuitur, quo amb
conueniant, de plena concordia tractatur
Termino itaque huiusmodi ueniente de pa-
ce tractatur: & ambo amicabiliter tractan
uel concordant, ut uidelicet Wenceslaus
filius Ottokari, regis Boemiae, filiam Ru-
dolphi, Romanorum regis, legitimam du-
cat in uxorem, & idem ſponſaliorum con-
tractus, per utrosque reges, certis pactis &
Pace uero inter eos conciliata, literis roboratur. Ottocarus itaque rex tal
amicitia Romanorum regi coniunctus, a
eum

eundem regis rogatum & quorundam ſuorum inductus conſilio, in manus Rudolphi, Romanorum regis, quinque principatuum uexilla reſignat, credens ſe per eum de his inueſtiri debere. Quo facto, Rudolphus interloquens Ottocaro regi, ſolum duo contulit, uidelicet regnum Bohemiae & Morauiae marchiam; Stiriam, Auſtriam & Carinthiam pro ſe referuans; promittens tamen Ottokaro regi, quod poſtquam maiori rerum augmento, & proſperitate temporis, dante domino, potiretur, etiam & aliorum ſibi reddere principatus. His itaque peractis ad plenum, ambo laeti reuertuntur ad propria. Acta ſunt haec anno domini MCCLXXIIX. VII. cal. Sept.

RVDOLPHVS illum de *Bohemia & Morauia*, inueſtit.

At *Auſtriam, Styriam & Carinthiam* eidem aufert.

CAP. LXXV.

ultimo bello Ottokari regis, & de morte ipſius.

Raeterea, dum anno immediate ſequenti rex Ottokarus, ſecundum tractatam concordiam & ſponſalio-ntractum, eorundem conſummatio-eret intendere, quorundam ſuorum ione, filiam, regis Romanorum ſuo promiſſam, in monaſterium S. Franciſci dedit, faciens eam ibidem regulam nem profiteri. Hoc facto aduerſus lphum, inductione quorundam ſuo-inimicitias animo concipiens, Roma-regem per nuntios & literas, non ad n, ſed diſſenſionem & odium conci-t. Et tandem eodem anno potentiſſimum

OTTOCARVS rupto foedere, quod cum RVDOLPHO *caeſare* pepigerat, *belli* de nouo *fortunam* tentare ſtatuit,

mum congregat exercitum, & per Morauiam transiens, processit ad districtum Lauensem; ibi denique aliquot diebus stetit in campis, & abinde usque in Drosendorff ulterius, castrum ibidem obsedit, & per potentiam obtinuit. Rudolphus uero Romanorum rex, hoc dudum praesciens, iam maximum collegerat exercitum diuersarum partium & etiam nationum, & transiens Danubium, iuit Ottokaro in occursum. Iam enim Ottokarus rex uenerat in quodam monte nemoroso prope flumen Morawe de aduentu Romanorum regis nihil certi praesumens; rex itaque Rudolphus, exploratoribus missis, & etiam inductione Milothae de Diedicz, qui aduersus regem quoddam occultum & antiquum odium in corde gerebat, & quem tamen rex, per omnem marchionatum Morauiae, capitaneum & praeceptorem constituerat, traditorie comperit: regem Ottokarum & suos incautos existere, & nihilominus praesumere se securos; subito exercitui Ottokari regis approximans, improuisus eum in suis tentoriis undique circumdedit, tandem rex Ottokarus Rudolphum, Romanorum regem, & eius exercitum esse cognoscens, & proditiones multiplices, de quibus rex Romanorum, ex eo, quod quondam exstiterat in curia regis Boemiae, annis pluribus educatus, regem Ottocarum *nunciarat, plurimum paruipendens, suum ordinat exercitum, magna suorum potentia, qui adhuc nondum aduenerant, minime expectata. Et proinde belli fortuitis euentibus se submittunt, de capitaneo suo, Milotha

RVDOLPHVS ex proditore, OTTOCARI suorumque securitatem cognoscit.

Quo comperto continuo exer-

Milotha, nihil mali ſuſpicans, ipſum cum ſibi commiſſis aduerſum hoſtes ab una parte exercitus ordinat & praecipit pugnaturum. Et ſic de uictoria confiſus, diſpoſitis aciebus, infelicem prorumpit ad pugnam. Ac dum cum turma ſua fortiter acies aduerſariorum excipiens, decertaret; praefatus proditor, Milotha, cum omnibus ſuis declinans bellum, & omnium beneficiorum & fidelitatis, quibus domino ſuo tenebatur obnoxius, fraudulenter oblitus, regem ſuum in tanto diſcrimine dereliquit. Durum itaque & magnum bellum conſeritur, multi uerecunda fuga ſuo nequiter tranſiuerunt a rege, multi fideliter perſiſtentes, perimuntur gladio & plurimi capiuntur. Nam & ipſe rex, Ottokarus, qui a principio ſui regiminis, in multis proeliis & bellis duriſſimis, extiterat magnificus uictor, tunc inopinato belli caſu, uictus occubuit, & de pretioſis ſpoliis & tanta uictoria Romanorum regis exercitus gloriatur. Mortuus eſt itaque, ſicut praemittitur, illuſtris rex Ottokarus anno praefat. uidel. MCCXXIX., V. cal. Iul. & in eccleſia Pragenſi ſepultus ſuorum fidelium maximis in lamentis.

citum, ad pugnam, *inſtruit.*

OTTOCARVS, male aduerſus RVDOLPHVM pugnans, in ipſo proelio *occubuit.*

CAP. LXXVI.

ſtatu regni Boemiae & tui- ne iuuenis Wenceslai, filii Ottokari, per Ottonem, marchionem Brandenburgicum.

DEfuncto itaque excellentissimo rege Ottokaro, sicut praemittitur, illustris Brandenburgicus marchio, qui sororem praefati quondam Ottokari regis uxorem habebat, Wenceslai, filii Ottocari, regis eiusdem, adhuc puerilem aetatem habentis, tutor effectus est, & regni Boemiae curam regiminis assumsit. Cuius tutelae temporibus Boemia pessime gubernatur & regitur. Nam infiniti de suis prouinciis, uidelicet marchionatus Brandeburgensis, Saxones, & alii Teutonici, intrantes Boemiam, incolis regionis eiusdem, damna, uexationes & iacturas innumeras, & spoliis incendiis, homicidiis & damnationibus mobilium & immobilium rerum & bonorum, absque misericordia, multipliciter intulerunt, & adeo occuparunt terras regni Boemiae circumquaque, ut incolae & habitatores eius, dimissis propriis haereditatibus & bonis suis, per exilia & deuia nemorum ac montium, densis laterent siluis, se, filios suos, & si qua pecorum habebant animalia propter alienigenarum huius inuasiones multiplices abscondentes. Vnde habitatoribus regni non colentibus agros ad solitum, caristia maxima, in regno Boemiae, annis plurimis est exorta. Similiter praefati aduenarum Teutonici, ad conniuentiam praefati marchionis Brandenburgensis & sui episcopi Brandenburgensis, quem subtutorem praedicti regni statuerat, ecclesia Pragensis grauiter laesa fuit. Nam ex ea thesauros regios, ornamenta sanctuariorum & reliquiarum, quae magnificentia regum

OTTONE marchione *Brand.* tutelam impuberis VENCESLAI gerente, *Bohemia*, uariis malis, uexatur.

Caristia hic famis est synonymum.

Ecclesiae & altaria, a *Germanis*, suo ornatu spoliantur.

regum Boemiae dudum ibidem, deuotionis ardore permota, & ad gloriam dei & sanctorum eius honorem, donauerat; tam in auro, argento, lapidibus preciosis, quam in aliis ornamentis uiolenter & temere abstraxerunt, quaeque in suos usus, ut placuit, conuertentes. Tali etiam praesumtionis audacia, uerecunda quidem fronte nulli religioni parcentes, uel ordini monasterii & alia ecclesiarum, reliquiarum, personarum loca utriusque sexus inhumaniter destruxerunt; usque ad tempus, quo post praedicti Boemi, tam ex caristia temporum, quam etiam dictorum bonorum in molestiis & pressuris depopulationem & iacturam non modicam,* habito, per barones regni cum dicto marchione, desuper oportuno consilio: Thobiae, Pragensi episcopo, tutela & gubernatio regni Boemiae commissa fuit. Et expulsis abinde temerariis, marchione Brandenburgensi, Saxonibus & Teutonicis supradictis dictum regnum & nobilis patria Boemorum, de tantis molestiis, merito liberatur. Eodem etiam anno domini MCCLXXIX. Henricus, dux totius Slesiae, ex morte dicti Ottokari regis, Glacensem comitatum & castrum cum tota illa prouincia, ad tempora uitae suae, habitura, duntaxat pro se recipiens, tenuit & possedit. Quod ex eo factum est: Nam uiuente praefato Ottokaro, rege Bohemiae, inter eundem regem & dictum ducem Slesiae, certis tractatibus conceptum extitit & tractatum; ut decedente duce Slesiae praedicto sine liberis masculis, totus ducatus ipsius ad regem & regnum

Pacta OTTOCARI R. B. cum HENRICO, de futura *Silesiae* successione.

Boemiae haereditarie deuolui deberet, & uniuersam post mortem Ottokari regis supradicti praefatus Slesiae dux Glacensem ciuitatem, castrum & prouinciam, ad uitae suae terminum, obtineret. Praeterea praefatus marchio Brandenburgensis, tutor regis & regni Boemiae, Cunegundam reginam cum rege iuuene, Wenceslao, de castro Pragensi, noctis tempore, deduci fecit, in castrum Bezdiez & ibidem Boemis singulis suis familiaribus ab eadem regina depulsis, Saxonesque praeficiens mandauit eam cum filio diligentius custodiri. Et inhibens sibi a dicto castro sine consensu burggrauii ibidem licentiam exeundi, satis parce & minus decenter ipsam, in necessariis sumptibus, procurauit. Et licet per barones Boemiae dictus marchio, huiusmodi causa, saepius rogaretur, ut reginam praefatam eiusque filium Pragam remitteret, & ibidem decentius obseruaret, ipseque se hoc facturum promisit, tamen minime adimpleuit. Quod tandem regina prudenter aduertens, opportunitate capta de dicti burggrauii Bezdezensis licentia se redituram promittens, & filio suo rege iuuene in castro dimisso, Pragam ad Agnetem, quondam filiam regis Boemiae, quae ibidem in monasterio sanctimonialium ordinis S. Francisci uitam gerebat regularem, fingens se abinde propter exequias quondam regis Ottocari, mariti sui, transire Morauiam, per aliam uiam Morauiam applicuit, & ibidem apud ducem Nicolaum, naturalem filium dicti regis Ottocari, permansit. Praefatus uero marchio Brandenbur-

Marchio Brandenb. VENCESLAVM, cum matre regina, in *custodia* detinet.

E qua regina, per dolum, aufugit.

burgensis, iuuenem regem Boemiae in potestate sua pluribus annis, tutorio nomine, seruauit,

CAP. LXXVII.

De ulteriori statu regni Boemiae.

ANno itaque domini MCCLXXXI. Otto, marchio Brandenburgensis praedictus, Tobiae, Pragensi episcopo, regimen & gubernationem regni Boemiae, de consensu regni, commisit, & in suam marchiam reuertitur, promittens Tobiae praefato ac baronibus regni Boemiae ut ipsis certe Wenceslaum regem redderet ulterius educandum. Tandem promisso ueniente termino, quasdam excusationes praetendens, sponsionis foedus non tenuit, sed regem iuuenem in sua adhuc potestate retinuit. Hoc etiam anno Boemia de temerariis praefatis Teutonicis, per Tobiam, Pragensem episcopum, exstitit uacua. Deinde anno dom. MCCLXXXII. & LXXXIII. ex eo, quod annis pluribus agri per regnum Boemiae, Teutonicorum, sicut praemittitur, inualescente malitia, inculti permanserunt, caristia maxima, & inde mortalitas per totum regnum miserabiliter inualuit. Deinde anno domin MCCLXXXIII. praefatus, Otto, marchio Brandenburgensis propter amonitiones promissionum suarum duras & multis, quibus per Pragensem episcopum & barones regni Boemiae restitui petebatur, regem Boemiae, Wenceslaum, red-

OTTO marchio e *Bohemia* domum redit, TOBIA Prag. ep. cum prouincialium *ordinum adsensu*, regni gubernationem committente.

reddere noluit, nisi interuenientibus tractatibus, de dandis dicto marchioni certis pecuniarum summis, scilicet XXXV. M. marcarum argenti. Vltra quas etiam pecunias totum Budissinensem marchionatum, cum quibusdam castris & aliis ciuitatibus, in haereditatem sibi suam accepit ad uotum, & possessione eorum obtenta, principem Wenceslaum principibus, nobilibus & regno suo restituit, & tam de incurioso tuitionis officio, contra iuris & aequitatis normam, salutemque propriam, multa cupiditate pellente ditatus, suos lenifere lares, & terram propriam laetus adiit.

Idem, grandi prius pecuniae summa Bohemis extorta pariterque Budissinensi tractu ablato, VENCESLAVM, in *Bohemiam*, remittit;

Wenceslaus itaque, princeps regni Boemiae, adhuc iuuenis de tali cupido tutore solutus, suam Pragensem tendit ad urbem, & eidem appropinquans, per Tobiam, Pragensem episcopum, uniuersosque barones regni Boemiae ac ecclesiasticorum & secularium turmas innumeras X. cal. Iunii, tripudio multo, suscipitur, & solennitate praecipua, sicut tantum principem decuit, in paterni regni solio collocatur: Et unde tota Boemia, quae eius tutoris improuido regimini dire dureque grauata doloribus subiacuit, de aduentu principis sui, prioribus lamentis depositis, & quas fuit perpessa pressuras, in totum oblita, uires & animum iocundis spiritibus reassumit.

Qui a *Bohemis*, cum maximo gaudio, *suscipitur*.

CAP. LXXVIII.

De successibus Wenceslai, [illegible] Boemiae,

INeunte anno domini MCCLXXXVI. Wenceslaus, princeps & unicus haeres regni Boemiae a praefato sororio suo, cupido tutore, solutus, regni sui Boemiae regimen, aetate quidem iuuenis, sed animo maturus assumpsit; Quod dum prouide regere & gubernare disponeret, quidam baro Boemicus de Rosenberg, Zauissius nomine, uir potens & diues in regno, Cunegundem reginam, matrem regis Wenceslai, quondam Ottocari, patris sui, relictam, duxit uxorem; & tunc omnia castra dotalitii dictae reginae in suam recipiens potestatem. Similiter & regnum Boemiae pro nobilitate sua dirigere & regere nitebatur, regi suo Wenceslao temerarie se opponens. Et unde inter barones regni, quorum quidam erant cum rege Wenceslao, & quidam non, dissensio non modica est exorta. Itaque Wenceslaus, princeps regni Boemiae supradictus, factum huiusmodi prudenter aduertens, matre sua Cunegunde quondam, iam rebus humanis exemta, de consilio Pragensis episcopi & Nicolai, ducis Oppauiae, naturalis fratris sui, nec non quorundam baronum, regni Boemiae fidelium, solennem curiam celebraturum indixit, disponens ut in eadem curia dicti Zauissii de Rosenberg rebellionem domaret remediis opportunis. Statuto igitur huiusmodi termino curiae ueniente, dicta curia solenniter celebratur; & inter coetera habito, de statu regni Boemiae, necessario & diligenti tractatu; tandem idem Zauissius supradictus a rege capi praecipitur, & captus ad singula ca-

ZAVISSIVS de ROSENBERG, regali matrimonio fretus & ob hoc erga ipsum regem suum insolens; ab eodem capitur.

castra deducitur, & ad hoc compellitur, ut ea regi reddat, & suae regiae debita ditioni. Et sic castris regalibus regi Boemiae omnibus restitutis, ultimo prope ciuitatem Bacdweiss. & castrum Froburg, ob rebellionem, qua se regi opposuerat, capitali sententia plectitur, & eius amputato capite dignam supplicii poenam luit aliis in exemplum. Praeterea post lapsum temporis scilicet anno domini MCCXC. Wenceslaus praedictus, habito cum suis consilio, cum Rudolpho, Romanorum rege, concordatus est, & pactum antiquum, quod olim rex Ottocarus, pater eius, cum eodem Romanorum rege conceperat, adimpleuit. Nam non diu post haec, filiam dicti Rudolphi, ducis Austriae, legitimam ducit in coniugem. Deinde anno domini MCCXCI. ipse Wenceslaus, per Magdeburgensem archiepiscopum, pro tunc archiepiscopo Moguntino, consecratur in regem, & tam ipse quam Iutta uxor eius regalibus insigniis iuxta solitum decorantur, & solemniter coronantur, Et statim altera die transeuntes ad locum Wraslaw, ubi flumen Misa in Multauiam progreditur, monasterium fratrum ordinis Cisterciensis solemne fundauerunt; & primum aedificii lapidem posuerunt, nomen sibi *aula regia* imponentes. Praefatus itaque Romanorum rex, Rudolphus, propter dotem filiae, Wenceslao, regi Boemiae, eius marito X. millia marcarum assignans sibi, sed super huiusmodi summa pecuniae, ciuitatem Egrensem cum tota sua prouincia, titulo pignoris, obliga

Iste, omnibus bonis spoliatus, damnatur *ad capitale supplicium.*

WENCESLAVS RVDOLPHI I. imp. filiam in uxorem duxit.

***Magdeburgensis* AEp. WENCESLAO coronam imponit.**

Monasterium *aula regia* uocatum ab eo conditur.

ligarat. Post lapsum etiam temporis dictus Rudolphus, Romanorum rex, ordinationis & compositionis tractatum, olim inter regem Ottocarum, patrem regis Wenceslai & Henricum, ducem Slesiae, si absque liberis masculis mori contingeret, ciuitas Wratislauiensis & ducatus Slesiae ad regem Ottokarum, haeredes suos, regnum & coronam Boemiae deuolui deberent, iuste perpendens: quod idem principatus Slesiae ab antiquissimis praeteritis temporibus olim per reges & principes instauratus, sub annuo censu, qui eisdem Boemiae regibus atque principibus eius, praetextu annis singulis haereditarie soluebant, locatus exstiterat; suis authenticis literis roborauit, quarum tenor sequitur in haec uerba.

CAP. LXXIX.

litera Rudolphi, Romanorum s, super deuolutione princis Wratislauiensis & ducatus siae ad reges Boemiae & approbatio dicti contractus.

udolphus, dei gratia, Romanorum rex, semper Augustus; uniuersis sacri Romani imperii fidelibus, praesentes inspecturis, gratiam suam & omne m. Vniuersitati uerae notitiae inno-, quod nos ordinationem seu promism de terra & principatu Wratislauiensi & iae, quae a nobis & imperio habentur in um; quam illustris quondam Henricus, dux

RVDOLPHVS I. imp. pacta successoria inter regem *Boh.* & ducem *Wratislau.* inita, tanquam *dominus directus feudi*, firmat.

dux Wratislauiensis, *noster* princeps, cum illustri & praeclaro Wenceslao, rege Boemiae, filio & principe nostro carissimo uidelicet quod idem rex Boemiae, in terra & principatu Wratislauiensi & Slesiae, si ipsum Henricum ducem mori contingeret, sibi deberet succedere, inisse dinoscitur & fecisse: ratam habemus & gratam, eam de plenitudine potestatis confirmantes, & dantes literas sigillo nostro munitas in testimonium super eo. Datum Erfordiae VII. cal. Octobr. Ind. III. anno domini MCCXC. Regni uero nostri anno XVII.

CAP. LXXX.

De iure & uoce electionis in imperio regum Boemiae ad ipsos pertinente antiquitus.

Rex *Bohemiae* elector imperii.

QVod autem reges Boemiae ius & uocem eligendi Romanorum regem antiquitus habuerunt, & ad eos de iure electio huiusmodi pertineat, patet in priuilegio subscripto. Rudolphus, dei gratia, Romanorum rex, imperator, semper Augustus, uniuersis sacri Romani imperii fidelibus praesentes literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum. Quanto iura personarum prodeunt in lucem notitia clariori, tanto liquidius posteritati successiua materia tollitur alterandi. Inquisitionis igitur circumspectae praehabitae indagine scrutinioque solerti, scire desideramus, quid quantumque iuris in Romano competat imperio, &

& in electione Romanorum regis, futuri imperatoris, inclyto regi Bohemiae, principi & filio noſtro cariſſimo, & haeredibus, ipſius. Quo facto principum, baronum nobilium & procerum imperii, nec non ueteranorum communi aſſertione & concordi teſtimonio comperimus aſſonante, & ius ac officium pincernatus apud eum nec non eius haeredes, iure haereditario, recidere. Exſtitit etiam lucide declaratum: praedictum regem Bohemiae & ſuos haeredes etiam electores regis Romanorum, futuri imperatoris, cum coeteris electoribus habere debere, ad ſimilitudinem aliorum electorum, eligendi plenarium ius & uocem. Haec uero iura pincernatus, *electionis medium*, dicto regi & ſuis haeredibus dicimus competere, ſed etiam ſuis progenitoribus, abauis, atauis, proauis & auis iure pleniſſime competebat. Volentes igitur dicti regis & haeredum ſuorum diſpendiis praecauere ius & officium pincernatus imperii ſibi & haeredibus eius & non alii competere. Et in electione regis Romanorum, futuri imperatoris, habere ius & uocem, clare recognoſcimus, approbamus & praeſentium teſtimonio profitemur. Si quod autem diminutionis uel calumniae, quod non credimus circa praemiſſa cauilloſe, malicioſe uel ſubdole poſſet opponi: ſupplemus de plenitudine noſtrae regiae poteſtatis; in cuius rei teſtimonium praeſens ſcriptum maieſtatis noſtrae ſigillo fecimus communiri. Datum Erfordiae VII. cal Oct. Ind. III. anno domini MCCXCIX. regni uero noſtri anno XVII.

Rex *Bohemiae* imperatoris & imperii *archipincerna & elector.*

Sed caue credas pincernatum cauſam eſſe uel fuiſſe olim ob quam rex Bohemiae electoribus adnumeretur. Quum potius populi ſui iure, ad imperatoris electionem, admitti debuerit.

CAP. LXXXI.

Super roboratione devolutionis dicti ducatus Wratislauiensis.

Litterae RVDOLPHI I. imp. clientelares; regi *Bohemiae* exhibitae: quum, *Wratislauiensem* ducatum ei imperator, in feudum, concessisset.

POst lapsum insuper non multi temporis, dictus Henricus, dux Slesiae, absque liberis masculis, moritur. Et per regem Romanorum contractus praedictus iterum roboratur, per literam, quae sequitur in haec uerba:

Rudolphus, dei gratia, Romanorum rex, semper Augustus, uniuersis S. R. I. fidelibus praesentes literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum. Licet munificentia nostra dextram ad cunctos fideles, quos Romanorum ambit imperium ex officii debito nobis desuper comisso porrigere teneamur, maxime tamen illustres principes; qui uelut aurora stella praerutilans uirtutum in gratiosa dulcedine praeuenire. Attendentes que inclytum Wenceslaum, regem Bohemiae & principem, filium nostrum carissimum, ut pote benemeritum condignis praemiis praemiandus, principatum Wratislauiensem & Slesiae, quem a nobis & imperio illustris quondam Henricus, dux Wratislauiensis recepit in feodum, nec non omnia feoda uacantia ex morte eiusdem Henrici ducis Wratislauiensis ad nos & imperium pertinentia, cum omnibus suis attinentiis, possessionibus & iurisdictionibus ac iuribus uniuersis, quocunque nomine censeantur, dicto regi Bohemiae & suis haeredibus, haben-

pos-

possidenda, a nobis & imperio tenenda titulo feudali, duximus conferenda. Si quid autem diminutionis seu calumniae, quod non credimus, circa praedicta, uidelicet ut supra.

Et licet literae huiusmodi emanarunt, tamen praedictus rex Boemiae, Wenceslaus, realem & effectualem possessionem ducatus Wratislauiensis adeptus non est.

CAP. LXXXII.

De ducatu & ducibus Opuliensibus, qualiter se regibus, regno & coronae Boemiae submiserunt.

PRaeterea Opuliensis dux, se, principatum & terras suas regi Wenceslao, suis haeredibus, regno & coronae Boemiae, in uasallos & uasallagium perpetuum subdidit & submisit, prout in subscripta litera, cuius tenor talis est, plenius declaratur. WENCESLAO Opuliensis dux suum ducatum, *in feudum*, sua sponte offert.

Magnifico & illustri domino suo, domino Wenceslao, serenissimo regi Boemiae & marchioni Morauiae, Casimirus, dei gratia, dux Opuliensis & dominus in Bucham cum prompta deuotione suae fidelitatis seruitium promissum. Cum naturae ingeniosae artifex creaturam suam summus opifex in prolibandarum rerum omnium origine, sicque statuit, ut quaelibet res uotiuae conseruationis locum ubi appetat, ibique auxiliaris opis adminiculum quaerat, ubi in suae

ſtabilitatis permanentiam melius & facilius ſe tuetur, & amicitiae uigor hic in creatis ſuas oſtendit propagines, ut diuiſis poteſtatibus mundalis machinae diffidentia* uidat & res rebus concordi ſubiiciat unione. Mortalium quidem conditio cum naturalium rerum diſpoſitionem, a deo progreſſam opifice, non immerito etiam mutetur: ut ibi locum homines quaerant refugiis, ubi auxiliare praeſidium absque ſpe refuga ſalubrius inuenitur, & illorum ſe ſubmittunt libentius poteſtati, qui dilectionis & amicitiae puritate, a retroactis temporibus, per progenitores tanquam radicitus praeconcepta, eos fauorabilibus proſequitur. Imitans equidem praemiſſa, & attendens ſubſequentia, quod ex fauore quondam diui Ottocari, regis Boemiae memoriae bonae recolendae, pater meus recordationis quondam Wladislaus, dux Opulienſis, propter deuotionem & obſequia, quibus ſe totum cum prompta beneuolentia eidem dederat, multa promotionis & honoris beneficia, ſuis temporibus, eſt ſortitus; ego qui, bonis & utilibus actibus, ſequor libenter ueſtigia patris mei, conſiderante & euidenter agnita, quod bonitas fauor, & potentia ueſtrae dominationis, qui clare indolis inſignibus reniteſcentes, & paternae prudentiae nanciſcentes ueſtigia, non lenteſcitis ſubditorum ueſtrorum commoda procurare plurima; mihi filiis, * heredibus, ducatui, & haeredibus meis in ipſo ducatu exiſtentibus honoris pariter & profectuum afferre poterunt incrementa, maximi

Cauſam huius oblationis OTTOCARVS R. B. praebuit, multis *beneficiis* ducem *Opulienſem* ſibi *deuinciens.*

ximi cum per uos, & successores uestros melius quam per alium a meis uiolenter & meorum fidelium oppressoribus, a quibus huc usque oppressi sumus, & opprimi iterum potero, cum eisdem fidelibus meis defensari de consilio deliberato, ac bona uoluntate & consensu filiorum meorum, Boleslai & Wladislai, ac propinquorum, amicorum, baronum & aliorum meorum, ipsius ducatus mei nobilium: non coactus, nec ui nec metu inductus, sed bona, spontanea & libera uoluntate mea, uolens in hoc meam, filiorum, haeredum & successorum meorum conditionem facere meliorem, uestrae, haeredum & successorum uestrorum omnium regum Boemiae potestati & dominio, me, filios, haeredes, ducatum, ciuitates, castra, oppida & uniuersas possessiones meas, & omnium baronum, nobilium & aliorum terrigenarum meorum in ipso ducatu meo degentium seu manentium, ac ipsos barones, nobiles & terrigenas meas, de unanimi eorum consensu, nonnullis ipsorum etiam praesentibus, subiecti & in his scriptis subiicio, & manere uolo perpetue sic subiectus; eosdem nihilominus barones, nobiles, terrigenas, alios ciues & uniuersos ducatus mei incolas seu habitatores, a fidelitate & homagio, quibus mihi & meis haeredibus, filiis & uniuersis successoribus sunt adstricti, ex nunc sine difficultate qualibet, tenore praesentium, absoluendo. Resignaui etiam & nunc resigno publice, per uexillum meum, eundem meum du-

Nec tamen facta est sine *consensu* totius ducalis familiae & *agnatorum* ut & *statuum prouincialium.*

Resignat dux totam prouinci-

am suam cum omnibus iuribus, in manus *Bohemiae* regis; tradito eidem *uexillo*.

ducatum, & omnia iura eiusdem ducatus cum - - iuribus & dominio, quae mihi, filiis, haeredibus & successoribus meis & uniuersis in eodem ducatu competunt, meo, filiorum meorum, qui nati sunt, & si qui nascentur imposterum, omnium haeredum & successorum meorum nomine, ad manus & potestatem ac dominium uestrum, qui recipitis a me resignationem pro uobis & haeredibus uestris ac haeredum successoribus a uobis in perpetuum descendentibus uniuersis, in praesentia subscriptorum testium ad hoc per me, filios, barones & nobiles ducatus mei praedictos specialiter rogatorum, & renuncians expresse, meo, filiorum meorum quolibet nomine, omnium priuilegiorum patrociniis & libertatibus, quae mihi & eisdem filiis, haeredibus & successoribus meis, si quae ducatui ipsi & iuribus eorum competunt, uel possunt competere in futurum. Et specialiter illi libertati renuncians, quam mei praedecessores, duces Opulienses, habuerunt, antea, & quam ego hucusque habui, & mei filii haeredes & successores habuissent in futurum ex consuetudine aliqua, uel de iure, in eo quidem nulli alteri principi poterant subiici uel debeant, de uobis domino, in feodum, uel iure feodi, praedictum ducatum, dignitatem & titulum & honorem eiusdem ducatus, nec non barones & nobiles, & omnes alios homines & habitatores eiusdem ducatus, ac omnia alia iura ducatus praedicti recepi, & ex nunc recipio; uobis, tamquam meo & feodi domino omagium feci,

Omnium tamen horum redditione facta: *feudi iure & nomine* inposterum possidendis.

feci, & facio uobis fidelitatem, deuotionem & obedientiam etiam perpetuam promiſi, & nunc promitto, corporali interpoſito iuramento in praeſentia teſtium eorundem, ordinando & omnino fieri uolendo, ut filii haeredes & ſucceſſores mei uniuerſi, in ipſo feodo nihilominus de coetero ſuccedentes, de manibus ueſtris & ſucceſſorum ueſtrorum idem feodum ſeu ducatum recipere & uobis, ueſtrisque ſucceſſoribus omagium, fidelitatem & obedientiam, interpoſito etiam iuramento promittere, ac ſimiliter facere in perpetuum teneantur: obligando nihilominus, me, filios, haeredes & ſucceſſores meos, ſolenni ſtipulatione interpoſita, uobis & ſucceſſoribus ueſtris, Bohemiae regibus, ut quotiescunque, uel quemcunque feceritis uel ueſtri fecerint ſucceſſores uos tam eos iuuabo & iuuare uolo, per meos ſucceſſores contra omnem hominem fideliter toto poſſe, tanquam ueſter uaſallus fidelis quilibet, ſiue baro regni Boemiae nec non ad omnia & ſingula in perpetuum quae iura feodi exigunt, & requirunt. Et etiam ad illa quae quisque uaſallus ſuo uero domino facere poteſt atque debet. Promitto inſuper & promiſi, pro me & haeredibus & ſucceſſoribus meis praedictis, ſub praeſtito iuramento, praedicta omnia & ſingula praedictorum, rata & firma tenere & adimplere ac ſeruare perpetuo. Nec unquam contra eadem uel eorum aliquod temere facere per me uel alios quoquo modo. Et renuntiaui expreſſe atque renuntio tenore praeſentium in omnibus praemiſſis,

Poſterorum ducis ***ſuccedendi iure*** **ſaluo.**

Renunciat dux *iurium canonici & ciuilis* auxilio in hiscepactis clientelaribus.

sis, & quolibet praemissorum, pro me, filiis, haeredibus & successoribus meis omnibus, omni actioni, defensioni, rei cuilibet & omni auxilio iuris canonici uel ciuilis, consuetudinibus, constitutionibus & statutis contrariis, priuilegiis seu indulgentiis, quae a sede apostolica, uel a Romano imperio, seu a quibuscunque aliis uel alio, Poloniae principibus est prouisum, ne alienarent, uel aliis principibus subiiciant, & eis omagium faciant; & aliis quibuscunque tam generalibus, quam specialibus priuilegiis seu indulgentiis, quibus ego uel haeredes mei possemus contra praedicta uel praedictorum de iure obiicere, uel quo mihi uel successoribus, ut contra praemissa omnia, uel eorum aliquod, ego, filii, haeredes & successores mei uenire possemus, & ea non teneremus, uel non seruaretur, possent competere, uel aliquatenus suffragari. In rei testimonium uel robur perpetuo ualiturum, praesens priuilegium, uoluntarie & libere, uobis trado & offero. Sigillorum mei proprii, & uenerabilium patrum, dominorum Tobiae Pragensis, & Theodorici Olmucensis episcopi ac illustrium principum dominorum: Bolckonis ducis Slesiae, & domini, honorabilium personarum, Brunouiensis S. Benedicti, Iordani Montisforti, Praemonstratensis, Reinheri Cladrnbiensis, S. Benedicti & Henrici de Osseck Cisterciensis ordinum abbatum; Pragensis dioeceseos & uirorum uenerabilium magistrorum Vlrici Pragensis, Iohannis Saxonis, Vl-

Vlrici Melmiensis & Pardi Boleslauiensis ecclesiarum praepositorum, magistri Gregorii Pragensis, domini Budislai Olomucensis & domini Bartholomaei Wyssegradensis ecclesiarum decanorum, ad mearum petitionum instantiam appensione, in testimonium euidens roboratum. Acta sunt haec Pragae in castro & palatio regio, in praesentia personarum superius expressarum, & in praesentia baronum & nobilium meorum, uidelicet Boleslai iudicis terrae meae, Ieskonis burggrauii Buchimensis & Brzemislai dapiferi mei, & Michaelis marsalci antedicti, Bick, Bernhardi & Theodorici militum; Leonardi, Pauli, Ieskonis, Stephani, & Stephani Budweys, domicellorum nobilium uirorum. Sagerii de Comentz summi camerarii regni Boemiae, Sdislai de Sternberg Pragensis burggrauii, Benessii de Wurtenberg camerarii eiusdem domini mei, regis Boemiae, Wenceslai, Bauari de Strakonitz Burggrauii in Klingenburg, Prostwini de Warawbskow camerarii serenissimae dominae meae, reginae Boemiae, Alberti dapiferi, & Ioannis de Michelsberg, pincernae eiusdem regis, Burghardi de Winterberg, Theodorici Spaczmanni in Breimberg, Ottonis de Pothenstein, burggrauii in Tusca, Hinkonis de Duba, Idislai de Trziewen, Friderici de Stennburg, Ottonis de Ilenburg, Bohuslai de Boraws, Schlechonitz de Wesele, Vlrici de noua domo, & in praesentia multorum aliorum tam religiosorum quam secularium electorum & nobilium populorum & ciuitatum, qui propter

Obserua subscriptorum hic ordinem. Nam I. *officiales prouinciae* deinde II. *milites* ducis seu *uasalli*; demum III. domicelli siue *nobiles* qui domino a seruitiis erant uulgo ministeriales dicti.

pterea specialiter de omnibus regni Boemiae finibus, pro testimonio, fuerant conuocati. Anno domini MCCLXXXIX. IV. Id. Ianuar. Indict. II. Et nos Theodorus, dei gratia, episcopus Olmucensis rogati per dictum dominum Casimirum praesenti instrumento, per magistrum Ambrosium, canonicum ecclesiae nostrae Olomucensis nostrumque notarium, nostro nomine, subscribi & sigillum fecimus appendi.

GREGORIVS & eo mortuo IOHANNES IV. Pragensi episcopatui praefuerunt.

Nota, quod post Thobiam, Pragensem episcopum, Gregorius promotus fuit. Cui successit Iohannes quartus huius nominis, XXVII. Pragensis episcopus; hic uixit usque tempus & regimen Iohannis, regis Boemiae, ducis Lucemburg, filii Henrici imperatoris.

CAP. LXXXIII.

De adeptione regni Poloniae.

VENCESLAVS ducatum *Oppauiae*, expulso inde NICOLAO sibi adseruit.

His itaque, sicut praemittitur, feliciter peractis ad uotum: non post multum temporis lapsum dictus rex Wenceslaus ducatum Oppauiae, quem olim Przemislaus alias Ottokarus, rex, pater eius, de parte marchionis Morauiae creauerat, & Nicolao, filio naturali suo, dederat, & in uasallagium insigne contulerat, ab eodem Nicolao, fratre suo naturali, repetiit; & eo abinde depulso ducatum eundem pro se retinuit.

Idem *Cracouiensem*, & *Sandomiriae tractus*,

Deinde eodem tempore Cracouiae & Sendomiriae ducissa, Griffina nomine, filia imperatoris Bulgariae & soror quondam

Cune-

Cunegundis, matris regis Wenceslai; cui maritus eius, dum uixerat: ex eo quod liberis, de ſuo corpore procreatis, careret, eiusdem Cracouiae & Sendomir ducatus, poſt mortem ſuam, legauerat, imo id ipſum plenarie tranſtulerat; regi Boemiae, Wenceslao, nepoti ſuo praedicto, principatus eosdem donatione inter uiuos ſolenni donauit, & ipſum poſuit in poſſeſſionem pacificam principatuum eorundem. Quo facto eadem Griffina, tranſiens Boemiam, in ciuitate Pragenſi apud nepotem ſuum, Wenceslaum regem, annis pluribus manens, poſtea diem ſuum ibidem clauſit extremum, & in monaſterio ſanctimonialium S Franciſci Pragae, penes ſororem ſuam, matrem regis Wenceslai praedicti, eſt ſepulta. donationis titulo, obtinet.

Inſuper non poſt multos annos, Gutta, regina Boemiae, uxor Wenceslai regis, & Rudolphi, Romanorum imperatoris, filia, moritur anno domini MCCXCVII. XIV. cal. Iul. & in eccleſia Pragenſi honorifice ſepelitur. Ex hac quidem Gutta Wenceslaus filium habuit, Wenceslaum nomine & tres filias, uidelicet ſeniorem Margaretham, quae nupſit Henrico, duci Carinthiae & comiti Tyrolis; ſecunda Eliſabeth, quae poſtea pluribus annis elapſis, poſt mortem ambarum ſororum, Iohannem, principem Luxemburgenſem, filium Henrici VII. imperatoris in maritum duxit. Qui Ioannes poſtea rex Boemiae effectus eſt. Tertia, quae habuit maritum Boleslaum, ducem Sleſiae. Deinde anno domini MCCC. in menſe

IVTHA, VENCESLAI R. B. coniux ſupremum diem obiit anno 1297.

Primi grossi Pragenses, VENCESLAI iussu & cura cusi anno 1300.

mense Iulio rex Wenceslaus praedictus feci
cudi primos Pragenses denarios, per quos-
dam Gallicos, qui de Florentia propterea
aduenerunt.

CAP. LXXXIV.

De adeptione regni Poloniae per Wenceslaum regem, & pe filium suum, regem Hungariae.

VENCESLAVS cum secunda uxore, ELISABETHA, *Poloniae* regnum, *dotis nomine*, accipit.

IGitur eodem anno Wenceslaus, Boemi
rex praefatus, post mortem uxoris su
Guttae, unicam filiam defuncti P
mislai, regis Poloniae, Elizabeth
duxit in uxorem; per quam regnum
niae est adeptus, & una cum ipsa eius
regni corona, in Gneznensi metropoli,
ronatur & possessione eiusdem regni ad
num accepta, cum eadem Elizabeth Bo
miam reuertitur, faciens eam ibidem coro
eiusdem regni similiter coronari. Prae
rea anno domini MCCCI. Andreas,
Hungariae, decessit, post se liberis, de
pore suo, non relictis; & quod Wenc
laus, Boemiae rex, dicto regi Andreae
nitate iunctus erat, ex eo, quod pr
sua, soror eiusdem regis Andreae ext
Praelati, principes & barones regni Hu
riae solennes nuncios suos miserunt
Wenceslaum, regem Bohemiae, signifi
do sibi, quod ipsum concorditer suum
regem elegerint, supplicaruntque sibi, ut
de regno Hungariae intromitteret, & tan-
quam

Hungari, legatis ad VENCESLAVM missis, *regnum* eidem *offerunt*.

quam rex electus concorditer possessionem eius acciperet. Rex uero Wenceslaus, hoc audito & consilio desuper habito, dedit eis in regem unicum filium suum, Wenceslaum, quem ex Gutta regina genuerat, iuuenem XII. annorum quem secum recipientes laeti ducunt Hungariam. Qui statim, dum ibi aduenit, cum gaudio multo suscipitur, rex Hungariae efficitur, & iuxta morem regum Hungariae consecratur, & etiam coronatur in ciuitate Budae, & quasi totius Hungariae regni pacifica possessione potitur.

Sed iste declinato honore, *filium* illis commendat. Quem etiam *regem*, accipiunt.

Interea Rudolphus, Romanorum rex, moritur; cui Adolphus de Nassow, ex quorundam imperii principum electione, successit; qui Romanum regnum non multa rexit per tempora. Nam inter eum & regem Bohemiae, Wenceslaum, erat occulta dissensio, & Wenceslaus, Boemiae rex, super concepta aduersus Romanorum regem inimicitia, uindicare se cupiens, Albertum, filium regis Rudolphi, cuius sororem habuit in coniugem, * Iohanne, seniore fratre eiusdem Alberti, qui sororem regis Wenceslai, Margaretham, habuit, & ex ea unicum filium, Iohannem, nomine haeredem post se reliquerat, iam defuncto, ad hoc animans & inducens; ut aduersus dictum Romanorum regem, Adolphum, inimicitias moueret, & Romanorum regimen sibi, in eius odium, assumeret; praebens sibi ad hoc efficax subsidium, tam in maxima pecunia, quam gentium armatarum. Quo iuuamine Albertus, dux Austriae fultus, terras intrat imperii, & inter Moguntiam & Wormatiam ciui-

RVDOLPHO I. imp. mortuo ADOLPHVS *Nassouius* ad imperiale uenit fastigium.

* *Iste* Rudolphus *ab aliis scriptoribus uocatur.*

ADOLPHO occiso ALBERTVS *Austriacus* imperator salutatur.

ciuitates, in loco, qui dicitur Hasenpul, praelium committens cum Romanorum rege supradicto ipsum bello deuicit, & etiam interfecit. Et tandem Adolpho, rege Romanorum, taliter interfecto, per Wenceslai, regis Boemiae potentiam & auxilium praefatus Albertus, dux Austriae, in regem Romanorum per electores, imperii principes, concorditer est electus.

CAP. LXXXV.

De ulterioribus successibus Wenceslai, regis Boemiae, & quodam priuilegio, quod rex Boemiae in corona non teneatur pincernatus officium ministrare.

ALbertus, Romanorum rex, post electionem & coronationem suam, solennem curiam celebrauit in Nurenberg, praesentibus electoribus, & aliis imperii principibus; ubi tam amice & caritatiue tractabat regem Boemiae, Wenceslaum, suum sororium, ut ipsum super omnes amicos suos diligere crederetur. Et unde rex, Wenceslaus, permotus, ad maiorem gloriam Romanorum regis, in corona regis tamquam archipincerna imperii, in huiusmodi suo pincernatus officio ministrauit, quamuis ad hoc de iure non foret adstrictus. Nam rex Boemiae solum ut princeps elector imperii, & non regalibus insigniis coronatus

Rex *Boh.* imperatoris *pincer-*

tus

cus, in solennibus Romanorum imperatorum uel regum curiis, suum tenetur pincernatus officium exercere. Et ne talis actus regis Boemiae, quem amore Romanorum regis, Alberti, sororii sui tunc fecerat, in sequentiam traheretur; declaratoriam regi Boemiae dedit literam; quae sequitur in haec uerba: Albertus, dei gratia, Romanorum rex, semper Augustus; uniuersis sacri Romani imperii fidelibus, praesentes literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum. Sic nos decet principum & amicorum nostrorum spontaneis uti seruitiis, ut si quid per eos honoris uel officii praeter debitum prompta beneuolentia exhibetur, eis uel eorum haeredibus uel successoribus in suis iuribus nullum praeiudicium generetur. Ea propter uos scire facimus, & tenore praesentium protestamur, quot licet illustres reges Boemiae, dum per reges uel imperatores Romanos eos ad solennem eorum curiam uenire contingit, praedictis rege uel imperatore coronam regalem gestantibus, cum eisdem ut praesentibus corona regia uti possunt. Non tamen in corona regia debent praedicti reges Boemiae praedicto regi uel imperatori ministrare in officio pincernatus: Quod autem magnificus rex Wenceslaus, Boemiae princeps & frater noster carissimus, nobis apud Nurenberg, in solenni curia nostra, proximo die dominico, post festum S. Martini sedentibus in corona, coronatus, ad preces nostras, ministrauit in officio pincernatus, hoc non de iure, sed mera dilectione, quam ad nostram gerit personam, eum fecisse dici-

na, est non ut rex, sed ut elector. *Sed nugae sunt haec.*

Imperator Boh. regi priuilegium concedit; ne *coronam in capite gestans*, ei seruire teneatur.

dicimus, & ad seruiendum siue ministrandum, in eodem officio, sub corona regia, nobis uel successoribus nostris, regibus uel imperatoribus Romanorum, praedictum regem & omnes successores suos, Boemiae reges, testamur, & uolumus de coetero non teneri, nec aliquod eis exinde praeiudicium generari. In cuius rei testimonium, & praedicti regis Boemiae & haeredum ac successorum suorum cautelam; literas praesentes fieri, & sigillo nostro regio iussimus communiri. Actum & datum Nurenberg. Anno domini MCCCVIII., XV. cal Dec. Indict. VIII. regni nostri anno I.

CAP. LXXXVI.

Approbatio Alberti, Romanorum regis, super tractatu emtionis ciuitatis Pirn, facta Wenceslao, regi Boemiae.

PIRNA *Misniae* oppidum pars fit *Bohemiae* regni.

IN praefata Nurinbergensi curia Albertus R. R contractum emtionis & uenditionis ciuitatis Pirn & pertinentiarum suarum, nec non incorporationis eius factae regno Boemiae, approbauit per suum priuilegium, quod se habet in hunc modum.

Nos Albertus, dei gratia, Romanorum rex, semper Augustus, ad uniuersarum notitiam tenore praesentium uolumus peruenire. Quod nos uenditionem ciuitatis episcopatus Misnensis, dictae Pirn, cum castro & attinentiis suis, sitae in terra Misnensium, circa metas Boemiae factam per episcopum &

& capitulum Misnense illustri Wenceslao, regi Boemiae, duci Cracowiae & Sendomiriae, marchioni Morauiae, principi & fratri nostro carissimo & haeredibus eius, prout in literis inde confectis, & dictorum episcopi & capituli sigillis munitis plenius continetur, ratam & gratam habentes. Et nostrum benigne praestamus assensum & ordinamus atque statuimus, ut dicta ciuitas, quam ad preces praedicti regis, regno Boemiae unimus, unitam esse uolumus; ut ad regnum ipsum de coetero debeat perpetuo pertinere. In cuius rei testimonium praesentes literas fieri, & sigillo maiestatis nostrae iussimus communiri. Datum in Nurenberg anno domini MCCCXI., X. cal. Decemb. Ind. XII. regni nostri anno primo.

Imperator ALBERTVS hunc emptionis contractum *confirmat. Sed temporis hic adiectus calculus dubio procul a rerum ignaro descriptore corruptus; quum* 1311. *neque* ALBERTVS *imp. nec* VENCESLAVS, R. B. *amplius uixerint. Potius annum* 1299. *substituendum esse existimo.*

CAP. LXXXVII.

De deductione in Boemiam, iuuenis Wenceslai, regis Hungariae, & de obitu Wenceslai, sui patris.

Praeterea non multo transacto tempore Albertus, Romanorum rex, ex eo quod in Boemia fuerat educatus maximamque baronum & aliorum hominum notitiam habebat: ibi spe obtinendi regnum Boemiae & id suis haeredibus applicandi, multa cupiditate seductus sororium suum, Wenceslaum, regem Boemiae coepit adire, & quosdam sibi de Boemia barones allicere, & eidem regi plurimum aduersari. Quod

ALBERTVS imp. *Bohemiae* regno inhiat & illud, in suam familiam *transferre* nititur.

VENCESLAVS ideo filium e *Hungaria*, domum reducit.

Wenceslaus, rex Boemiae, sapienter aduertens, carens liberis masculis, filio suo unico Wenceslao, Vngariae rege duntaxat excepto, in maxima armatorum potentia intrat Vngariam & eundem filium suum abinde reducens Boemiam reuertitur ipsum post obitum suum, haeredem & regem similiter in Boemiae regno praeficiens. Quo facto & de regno suo prouide disposito, non post multa tempora Wenceslaus, rex Boemiae, infirmitate graui correptus, & ut quidam referunt, ex toxico, in lecto decubuit; incipiens quotidie durius in huiusmodi languore grauari.

VENCESLAO morbo laborante ALBERTVS imp. cum exercitu in *Bohemiam* uenit: rege scilicet mortuo regnum occupaturus.

Quod cum praefatus Albertus plenius resciuisset, sperans, quod rex Wenceslaus, ex infirmitate praedicta mortem non posset euadere, non sine conspiratione quorundam baronum regni Boemiae, omni sua, qua potuit congregata potentia, per fines districtus Egrensis, Boemiae regnum intrauit, & usque Monteschnitr peruenit, aestimans regem Wenceslaum iam fore defunctum.

Cuthnenses, eius aduentum metuentes, urbem suam muniunt.

Ex cuius aduentu cum tanta potentia armatorum ciues Cuthinenses, & in argenti fodinis ibidem, quae eiusdem regis Wenceslai temporibus sumpserant initium, laborantes; regis Romanorum obsidionem timentes, infra unius diei naturalis spatium ciuitatem totam magnam, prout hodie cernitur spatiosa, fossatis & optimis remediis munierunt. Et hoc non erat impossibile fieri, cum propter argenti fodinas praedictas innumerus ibidem populus foret, & in huiusmodi tuitionis eorum opere plus quam C. M. homines labo-

laborabant. Praefatus itaque Romanorum rex, Albertus, audiens regem Boemiae adhuc uiuere, & ordinatione eius copiosissimum exercitum aduersus eum existere congregatum, absque magna molestia, regno Boemiae persistente, sine mora recessit, ex huiusmodi concepto suo proposito modicum uel nullum profectum reportans. Post quem VI. septimanis elapsis rex Wenceslaus, infirmitate sua fortius accrescente, anno domini MCCCV., XI. cal. Iul. XXXVI. aetatis suae anno, & a tempore coronationis ipsius sexto, diem clausit extremum. Et in monasterio aulae regiae cisterciensis ordinis, quod ipse fundauerat, secundum morem regium est sepultus.

ALBERTVS, mutato consilio, domum redit.

VENCESLAVS rex anno 1305. suum diem obiit supremum. Sed corona regia iam 1297. est redimitus. uid. Balbinus lib. III. cap. 16.

CAP. LXXXVIII.

De regimine Wenceslai, regis Boemiae, Vngariae & Poloniae, & eius obitu.

DEfuncto itaque Wenceslao, rege Boemiae, filius suus, Wenceslaus iuuenis, Boemiae, Vngariae & Poloniae rex paterni regni Boemiae sublimatur in solio, & in aetate sex & decem annos habens per suos inordinate mittitur. Quem rex Romanorum, Albertus, ueteri & dudum concepta eius in animo acquirendi regnum Boemiae cupiditate crescentem, similiter, ut patri suo antea fecerat, coepit odire & in eius interitum machinari. Vnde praefatus rex, Wenceslaus, iuuenis, nono

 mense

VENCESLAVS *iunior* occiditur.

mense regiminis sui, in regno Boemiae, in Olmucensi ciuitate, in camera sua se non tute custodiens: procuratione quorundam principum & magnatum, malefactores ad hoc pretio conductos proditorie, crudeliter & nequiter est occisus. Anno domini MCCCV. prid. Non. Augusti praedicti autem IX. mensibus sui regiminis ipse rex Wenceslaus Boemiae regnum dilapidans, quibusdam baronibus regni meliora castra in eodem regno Boemiae, & ad regales usus spectantia haereditarie tradidit & donauit. Post cuius obitum, statim ut mors eius innotuit, in regionibus circum uicinis, Wladislaus, dux Siradiae pro se ciuitatem Cracouiae & regnum Poloniae accipiens, eorum possessionem obtinuit, tanquam Przemislai quondam regis Poloniae haeres propinquior & affinis. Similiter Otto, Bauariae dux, tanquam haeres uicinior, in regem Hungariae, per Vngaros est electus, cum quo pro eodem regno Carolus, filius Caroli, Siciliae & Apuliae regis dissensionem mouit & guerram, & tali inter eos dissensione durante, dictus Carolus ad ultimum Vngariae regnum obtinuit.

Iste *domania regni* dilapidat.

WLADISLAVS, eo mortuo *Poloniae* regnum sibi uindicat.

CAP. LXXXIX.

De successibus in regno Boemiae usque Iohannem, Henrici imperatoris filium.

PRaeterea Wenceslao iuuene, nullo haerede masculo relicto* barones regni qu

qui Alberto, Romanorum regi, fauebant, tres filias quondam regis Wenceslai ſenioris, & ſorores Wenceslai iuuenis, nuper defuncti, uidelicet Margaretham, ducissam Carinthiae, Elizabeth uirginem & Annam, ducissam Sleſiae paterno exhaeredantes in regno: Nouercam eorum uidelicet relictam quondam Wenceslai, regis Boemiae, Elizabet nomine, filiam quondam Prczemislai, regis Poloniae, Rudolpho, dicti Alberti, Romanorum regis primogenito; tradiderunt in uxorem; Rudolphum ſibi eundem, in regem Boemiae, eligentes. Non obſtante, quod tres praefatae, ſorores, flexis genibus, coram omnibus baronibus regni ſupplicauerunt in publico, ne haereditate ſua, uidelicet regno Boemiae priuarentur. Barones enim praedicti ſurdis tranſeuntes auribus, praefatas quondam regis, Wenceslai, filias in huiusmodi petitionibus ſuis contempſerunt, & conceptum nequam eorum propoſitum confirmauerunt. Deinde Rudolpho praefato in regem Boemiae ſic electo, exceptis dominis de Strakonitz, qui regale caſtrum Cingenberg tenebant, & illis de Waldeck alias de Haſenburg, qui caſtrum regale Burgleyns alias Krziwoklat, gubernabant: omnes barones regni, uelut regi ſuo, fidelitatem & obedientiam praeſtiterunt. Vnde idem Rudolphus primo anno regni ſui, in nobilibus de Strakonitz uolens ulciſci, ciuitatem eorum Horowicz obſedit. Cuius obſidioni, dum ad deſtructionem eorundem nobilium intenderet; deo uolente, morte praeuentus, uitam finiuit anno domini MCCCVII.

Bohemi ſibi RVDOLPHVM *in regem eligunt, praeteritis tribus defuncti regis ſororibus.*

RVDOLPHVS *rex moritur anno 1307.*

V. Non. Iul. & est in ecclesia Pragensi sepultus, & non per integrum annum rexit.

Post cuius obitum barones regni Boemiae ad ciuitatem Pragensem, pro eligendo futuro rege, conueniunt; & dum in curia Pragensis episcopi, de huiusmodi electione, tractarent: ipsis in unum similiter omnibus iunctis, quidam baro Dobessius de Bechin, in praesentia aliorum proposuit, & ad hoc, ut Fridericum, fratrem dicti Rudolphi, filium Alberti, Romanorum regis praefati, in regem eligerent, alios inducere nitebatur. Et tractatibus uersis hinc inde Vlricus baro, dominus in Lichtenburg de genere illorum de Bonow; ex eo quod dictus baro de Bechin extraneos uoluit regno Boemiae praeficere, mente permotus prorupit in uerba dicens: Quamdiu, Dobessi, de genere inimicorum regum nostrorum, reges nos habere disponis? & subito uerbis eisdem non plene completis, uibrato gladio, Dobessium praedictum perfodit, & in praesentia baronum omnium interfecit. Similiter & nepos dicti domini de Lichtemburg, dictus Crussina, nepotem dicti Dobessii eadem hora cecidit. Et sic in consilio nobilium clamor fit maximus & singuli: Nolumus Australes, sed reuertamur ad regale genus, concordi uoce proclamabant. Inde fit, quod Henricum, ducem Carinthiae, qui Margaretham, seniorem filiam dicti Wenceslai, uxorem habebat, Boemiae elegerunt in regem. Rex uero Romanorum, Albertus, praefati Rudolphi, filii sui, mortem & electionem ducis Carinthiae in regem Boemiae perci-

HENRICVS, dux *Carinthiae*, maritus sororis senioris VENCESLAI mortui, MARGARETHAE, a *Bohemis* rex eligitur.

percipiens qui tunc in comitatu Hauesburg, in Sueuia, morabatur: nauigio transiens ultra flumen, quod Russa dicitur; per Ioannem, filium quondam ducis Austriae, senioris: ex eo, quod rex Albertus, licet quondam Iohannes, dux Austriae, frater eius senior Alberto fuisset, tamen quia eodem Iohanne, fratre suo, defuncto, filio suo Ioanni praefato haereditariam portionem ipsum ex paterno titulo concernentem, dare penitus recusaret, occiditur. Et sic impleta est prophetia Prczemislai, primi ducis Boemiae uidelicet qui dixerat, prout superius in capite de sublimatione Prczemislai, primi ducis, dictum est, *cum generatio mea masculina deficiet, nepos uindicabit auum.* Nam rex Ottocarus, per Rudolphum, patrem dicti Alberti, Romanorum regis, olim occisus ex parte matris auus fuit eiusdem Ioannis, ipseque Ioannes fuit nepos quondam Wenceslai senioris, regis Boemiae, de sorore sua genitus. Sic enim nepos auum uindicando auunculum interfecit. Et sic quoad masculinum genus cessauit generatio principum & regum Boemiae de lumbis Prczemislai, primi Boemiae principis, descendens secundum lineam paternalem.

ALBERTVS, imp. a suo ex fratre nepote, *occiditur.*

PRCZEMISLAI, primi *Bohemiae* ducis, uaticinium de gentis suae extinctione.

CAP. XC.
De regimine Henrici, ducis Carinthiae.

PRaefatus itaque Henricus, dux Carinthiae in Boemiae regem, sicut prae-

fertur, electus, annis quinque regnum Boemiae rexit, & in eodem regno, diebus suis suoque regimine, nihil uel modicum boni fecit. Huius etiam temporibus argenti fodinae montis Chutensis maioris profectu, & utilitatis augmentum accreuerunt, quam unquam praeteritis uel futuris temporibus desuper dinoscitur esse compertum. Et licet ex montanis eisdem praefatus Henricus infinitos thesauros haberet: tamen in his tam pro se, quam pro regno Boemiae nihil utilitatis exercuit, nec etiam tranquillitatem & pacem procurare curauit. Eodem etiam tempore regina Elizabeth, quondam Wenceslai, Boemiae regis, & postea Rudolphi, Austriae ducis, relicta, ciuitates & castra dotis suae, uidelicet Grecz, Mutham, Chrudim, Policz & Iaromir in potestatem Australium tradidit; qui eorum possessionem habentes, se & quosdam de Sueuia in ipsos tanquam capitaneos praefecerunt, & regnum Boemiae spoliis, rapinis & aliis oppressionibus innumeris uastauerunt. Praefatus etiam Henricus, Carinthiae dux, inductione quorundam ciuium maioris ciuitatis Pragensis, & etiam montis Chutensis, solennem regalem curiam, in eadem ciuitate, super certo termino celebraturam, indixit. Ad quod dum barones regni Boemiae, propterea conuocati, uenissent; dictus Henricus pessime seductus ciuium praedictorum consilio, barones regni Boemiae captiuauit, inter quos etiam aliqui sunt occisi. Et sic curia sua in confusione & scandalo terminatur. Praefati itaque barones taliter capti-

ELISABETHA, VENCESLAI & RVDOLPHI Boh. regum uidua HENRICI rebus fauet.

Pragenses & nobiles *Bohemiae* inimicitias inter se exercent.

captiuitate detenti, post aliquod tempus cum praedictis ciuibus, principe suo inscio concordarunt, & se cum eis parentelae foedere coniunxerunt. Nam baro de Lichtenburg, filiam Iacobi de Turri, ciuis Pragensis, duxit in uxorem, & similiter filia baronis Henrici senioris de Lipa, filio Rutardi de Monte Chutensi matrimonialiter copulari debebat. Et sic interuenientibus huiusmodi & nonnullis aliis tractatibus, omnes praefati, qui prius causa captiuitatis baronum exstiterant, liberationis eorum similiter fuerunt.. Ex quo etiam subsecutum est, quod deinceps barones regni Boemiae de praefato Henrico nullatenus confidentes, & ad eius curiam uenire amplius nolentes, dedignati sunt eum regem habere, & in eius expulsionem de regno medullitus machinantes aduersus eum seditiones & guerras fortissimas concitarunt. Igitur tribus annis continuis, rebus in regno Boemiae se taliter habentibus, praefatus Henricus, Carinthiae dux, marchionem Misnensem, nepotem suum, aduersus barones praefatos ad suum uocat obsequium, sibi stipendia larga promittens. Qui marchio Misnensis, ad rogatum Henrici praefati, cum quingentis galeis, Pragam aduenit. Et sic inter Henricum, ducem Carinthiae & barones regni seditiones & guerrae quam plurimae sunt subortae. Praeterea inter dissensus tales praefatus Carinthiae dux impedimenta, quae sibi super regno Boemiae per illustrem Elizabeth uirginem, filiam quondam Wenceslai, regis Boemiae, timebat contingere,

HENRICVS, qui a ciuium stetit partibus, *nobilium* maximam, aduersus se, indignationem concitat.

Illi, rebus nouis studentes, *seditiones*, contra HENRICVM, excitant.

gere, praeuenire & amputare diſponens, eandem uirginem, regiam ſobolem, cuidam baroni de Bergaw nomine, qui tunc pro parte ſua fuit, & eius inſiſtebat obſequio, dare uoluit in coniugem. Quod dum puellae praefatae perueniſſet ad aures; praefatum ducem Carinthiae, pro tunc Boemiae regnum regentem, acceſſit turbato animo, dicens ei: Si me uis, rex, legitimo deputare coniugio, non me degenerem, facias; ſed mecum de pari genere meo diſpone, uel religionem intrare permitte, ut in monaſterio deo ualeam famulari; ad quod me uoluntariam & promptam ſubiicio. Si autem in diminutionem generis mei me fieri decreueris, me tunc ſenties indubiae publicum inimicum. Praefatus autem Henricus audiens haec uerba puellae, inſtabat fortius, uolens ipſam inducere, ut eius propoſito conſentiret. Quo per puellam cognito ex intimo reſponſalia prorupit, ſic inquiens: Ex quo degenerem me facere diſponis, ex animo te, de regno Boemiae, ſimiliter expellere cogitabo. Vnde cum uirgo praefata uerba taliter protuliſſet, dictus Carinthiae dux ipſam capi mandauit, & in ciuitate Pragenſi, per honeſtam cuſtodiam, detineri. Haec quidem prolis regiae foeminei ſexus inconſulta captiuitas, expulſionis, de regno Boemiae, praefati ducis Carinthiae potiſſima cauſa fuit.

HENRICVS ELISABETHAM, ſuae uxoris ſororem, nobili cuidam, *in matrimonium*, dare conſtituit. Quo iſta comperto, illud, tanquam *imparis ſortis*, aſpernatur.

HENRICVS eam cuſtodire iubet; ſed hoc in ipſius maximum, ceſſit *damnum*.

CAP. XCI.

De ſuceſſibus Henrici, ducis Carinthiae in regno Boemiae.

Igi-

IGitur anno domini MCCCVIII. praefata uirgine, ſicut praemittitur captiuitatis cuſtodia recluſa, dum aliquantum temporis taliter perſtitiſſet, & cura ſollicita ſeruaretur, qualiter poſſet exſolui, & ſuam captiuitatem euadere, anxia cogitauit, & tandem loci & temporis oportunitate capta, cum quodam ſacerdote ſene, capellano quondam patris ſui, Wenceslai regis, Berengario nomine, deliberatione ſua pertractans; hunc modum & ordinem deſuper adinuenit; ut foris ciuitatem Pragenſem ante portam quandam, quam certa hora noctis, ad eius exitum, deſignatam iam diſpoſuerat aperiri, - - ipſius praepoſitus, Ioannes Wyſſegradenſis, pro ipſa & una domicella cum neceſſariis equis aptatis, aduentum ſuum ſollicitus expectaret. Et ſic deſignato in tempore praefata uirgo Elizabeth, & unica puella eius comitem itineris, habens Berengarium ſupradictum intempeſtae noctis ſilentio, extra cuſtodiam captiuitatis proſiliunt, ciuitatis portam aduenientes, apertam per praepoſitum Wyſſegradenſem & equos aptatos reperiunt. Quos protinus aſcendentes directo tramite ad ciuitatem Nymburg ſuper Albea flumen peruenerunt. Quam ciuitatem, dum uirgo eadem fuiſſet ingreſſa, ciues conuocat, ipſosque uerbis talibus prudenter alloquitur. Illuſtris quondam Wenceslaus, Boemiae rex, genitor meus, dum uiueret, de rure & oppido in hoc loco erigens ciuitatem, muro uos cinxit. Etiam ſoror mea ſenior, Henricum, ducem Carinthiae, maritum habet, iunior-

ELISABETHA e cuſtodia clam aufugit *Nymburgum.*

iuniorque similiter Boleslao, Slesiae matrimonialiter est coniuncta. En ego sola puella carissimis orbata parentibus, per sororium meum, ducem Carinthiae, ex eo quod paterno, regioque genere degenerare nolui per captiuitatis custodiam, usque nunc, quo ad uos decreui confugere, sum inimice tractata. Ecce de fidelitate uestra confidens, praesidium securitatis uestrae requiro; & tandem praefata uirgo, omnia quae sibi acciderant, ciuibus realiter enarrauit. Quod cum ciues audissent, licet stupefacti, & de huiusmodi dissensione turbata, tamen uirginis orphanitate pressa, & quondam regis Wenceslai, patris eius impensa eis beneficia ad debitum recolentes, uirginem eandem in tuitione ciuitatis eorum grato animo receperunt, promittentes eam ab omni impetu uiolento pro uiribus* conferere. Quae securitatis promissa uirgo regia ab eisdem ciuibus gratanter accepit, gratiarum ipsis uberes referens actiones. Denique barones regni Boemiae: qui iam dudum per dissensiones & guerras se opposuerant duci Carinthiae supradicto; audientes, praefatam uirginem, Elizabeth, captiuitatis suae custodiam euasisse, singuli concurrebant ad eam, & qualiter eundem Henricum, ducem Carinthiae, expellere possent de regno, consilium inierunt, & tandem prioribus guerris, quibus aduersus dictum Carinthiae ducem intenderant, guerras nouas & duriores addentes, ipsum undique uiribus fortissimis infestare coeperunt; ac copiosum congregantes exercitum; Pragam adeunt, & praedictum

Huius oppidi ciues ei operam suam pollicentur *defensionemque.*

ELISABETHAE factio arma, contra HENRICVM, sumit.

dictum Henricum, tunc in castro Pragensi existentem, potenter inuadunt. Vnde fit, quod Hradczunus ante castrum Pragense nondum uallato muris, neque fossatis inter barones regni Boemiae & gentes dicti Carinthiae ducis bellum maximum est exortum, & prae nimia constitutione exercitus plurimi cum suis armis & equis in fossam suburbii sunt dilapsi. Postremo tamen dux Carinthiae, per barones regni, bello deuictus, plures ex eius * gladio perierunt, plures capti sunt; & reliqui, qui poterant, in Pragense castrum tuitionis praesidio confugerunt; praefato duce Carinthiae in turri prima castri sedente, & damnosum sibi spectaculum hoc uidente. Sicque praefata puella regalis generis, Elizabeth, baronum regni Boemiae suffulta praesidio, dicto sororio suo, duci Carinthiae, durissimas guerras mouit, & ad eius exterminium, de regno Boemiae multa potentia & astutis ingeniis quotidie laborauit.

HENRICI asseclae, ab *aduersariis* suis, uincuntur.

CAP. XCII.

De desponsatione Elizabeth praedictae cum Iohanne, filio imperatoris Henrici, & expulsione Henrici, ducis Carinthiae de regno Boemiae.

PRaeterea anno domini MCCCIX barones regni Boemiae una cum Elizabeth, uirgine supradicta ad eliminandum, de regno Boemiae, praefatum Hen-

Henricum, Carinthiae ducem operam sollicitam adhibentes, iterum maturo desuper habito consilio inter se concorditer tractauerunt, ut Henricus VII. huius nominis Romanorum rex, de ducum Lucenburg genere, Iohannem, filium suum unicum praefatae uirgini traderet in maritum, & sic ipsos utrosque regno Boemiae praeficeret. Vnde super praemissis conceptibus certi barones regni Boemiae Romanorum diriguntur ad regem cum dicta uirgine Elizabeth, filio Romanorum regis praedicti, regnum Boemiae offerentes. Quorum uotis & oblationibus tantis Romanorum rex gratanter consentiens, conceptos huiusmodi tractatus admisit. Et sic barones praefati mittentes Boemiam, praemissa uirgini nunciauerunt; quae assumptis secum maioribus regni Boemiae baronibus, ciuitatem Spirensem, in qua rex ipse tunc temporis moram traxit, gaudenter aduenit, & a Romanorum rege honorificentia digna suscepta. Idem rex dictum Iohannem, unicum filium suum, quatuordecim annos aetatis habentem, praefatae Elizabeth, quae XXVI. annorum senex fuit, legitimum tradit in maritum, & ibidem solennes nuptiae celebrantur. Quibus peractis ad debitum Romanorum rex, Henricus, filium suum, de regno Boemiae, solenniter inuestiuit; & tam ipsum, quam reginam Elizabeth cum baronibus Boemiae, adiungens ipsis Petrum, archiepiscopum Moguntinensem; Bertholdum, comitem de Henneberg, burggrauium de Nurenberg, illos de Hohenloch, de Castel,

ELISABETHA IOHANNI, filio HENRICI VII. imp. nubit.

Imperator filium, de regno *Bohemiae*, inuestit.

IOHANNES in *Bohemiam* uenit.

Caſtel, & multos Almanniae nobiles cum maxima potentia armatorum, ad exterminandum praefatum Henricum, ducem Carinthiae, in Boemiam, honorificentia multa, remiſit. Qui dum taliter ad Boemiam ueniſſent, ciuitatem Pragenſem uiriliter obſederunt, & tandem obſidioni huiusmodi diebus aliquot inſiſtentes, ex eo quod praefata regina, Eliſabeth, propter eximiam prudentiam eius, inter ciues ciuitatis Pragenſis, multos habebat amicos; & per contrarium Henricus dux; ob ueſaniam eius & ſtultitiam plurimos inimicos, de aperiendo ſibi per eosdem fautores una porta ciuitatis eiusdem ſecretius. Vnde tali interueniente tractatu, in condicti aurora diei per portam taliter ipſis apertam, rex Iohannes, regina Eliſabeth & omnis exercitus eorum, ſine quouis obſtaculo, ciuitatem Pragenſem intrauerunt, anno domini MCCCX., III. Non. Dec. Quod milites & gentes dicti ducis Carinthiae nec non ciues, qui eidem adhaeſerant, munientes hoſpitale in pede pontis Pragenſis ad paruam ciuitatem, & caſtrum Pragenſe trans Wltauiam fluuium fugierunt. Hoſpitale uero praedictum per gentes regis Iohannis fuit ſimiliter eodem die acquiſitum; denique uero id. Decembr. dux Carinthiae praedictus, ſecreto habito conſilio, circa medium noctis iter arripiens, ciuitate Pragenſi & Boemiae regno dimiſſo, una cum coniuge ſua, Margaretha, ſeniore ſorore reginae Elizabeth, ſub regis Iohannis & regiae ſecuritatis conductu, directo tramite Carinthiam

Vrbem *Pragam*, per proditionem, occupat.

reme-

Vniuersum *Bohemiae* regnum in suam redigit potestatem.

remeauit. Sicque primaria prae omnibus aliis ciuitatibus & castris & in regno Boemiae praefato duce Carinthiae amplius non exstante, omnes aliae ciuitates & castra regni Boemiae se regi Iohanni & reginae Elisabeth unanimes subdiderunt. Tandem post haec prid. Non. Febr. requirentibus monitis & petitionibus baronum regni Boemiae, rex Iohannes, per dictum Petrum, archiepiscopum Moguntinum in ecclesia Pragensi, more regio, consecratur, & tam ipse quam Elizabeth regina regalibus insigniis decorantur.

Austriaci contra suos principes, ALBERTI imp. filios, rebellant.

Eodem etiam tempore nobilis in Austria ciuitas Wienna, & aliae ciuitates ibidem ex morte regis Romanorum, Alberti, ducibus suis rebellare coeperunt; & tandem audientes Henricum Lucemburgensem, in Romanorum regem, electum, filiumque suum unicum, Iohannem, Boemiae regem existere, & Henricum, ducem Carinthiae de regno Boemiae declinasse; Albertum & Ottonem, Fridericum, Lupoldum & Henricum filios dicti quondam Alberti, Romanorum regis, de Austria expulerunt, adeo quod nihil obtinuerunt in ea, nisi Medelick & Starenberg castra cum noua ciuitate, quibus illi de Walsee praeerant, nomine ducum Austriae praedictorum. Praefecerantque dicti nobiles ac ciuitates Austriae, toti ducatui generalem uicarium, dominum de Potendorff, ut ibidem uicarius usque ad mandatum Henrici, Romanorum regis, & aduentum eius, quem ipsis & ducatui Austriae deputaret & daret in ducem, ducatum eun-

eundem tenere deberet, super praemissis ad dictum Romanorum regem, Henricum, solennes nuncios transmittentes. Quod duces praedicti studiosius aduertentes, & prouido potiti consilio, Fridericus, Lupoldus & Henricus seniores fratres, suorum & etiam ipsorum fratrum nominibus iter arripientes celerius, & dictorum nobilium & ciuitatum Austriae nuncios praeeuntes, citius ipsis Romanorum praefatum ad regem peruenerunt, & cum eorum rege, interueniente tractatu promiserunt filio Ioanni regi, & Elizabeth reginae Boemiae singulis quas in Boemia, ex parte matris eorum Elizabeth, olim reginae Boemiae, relictae quondam Wenceslai & deinde Rudolphi regum, ibidem ciuitates habebunt & castra, signantur: *Grecz*, *Mutam*, *Chrudim*, *Politz & Iaromir* & ultimo hoc dicto Romanorum regi quadraginta millia marcarum argenti persoluere, & quod unus ex fratribus supradictis cum ducentis galeatis, quamdiu in Italia persisteret in eius deberet obsequio permanere. Quae quidem pacta & promissiones eorum Romanorum rex, Henricus, nescius de rebellione, quam habebant in Austria, inductione suorum acceptans, praefatos duces de Austriae & Stiriae ducatibus solemniter inuestiuit. Nuncii uero baronum & ciuitatum Austriae, post praemissa, ad regis Romanorum praefati praesentiam similiter uenientes, ex eo, quod iam duces praedicti, sicut praemittitur, infeodati fuerint, intentione sua frustrati de mandato Romanorum regis praedicti, tam ipsi

Hi uero ad imperatorem, HENRICVM VII. proficiscuntur.

Et ab eo, de omnibus suis prouinciis, *inuestiuntur*.

Quo nuncio de inueſtitura peracta accepto *Auſtriaci* ad priſtina obſequia redeunt.

ipſi quam ciuitates ac barones in Auſtria ad praefatos duces, uelut principes & dominos ſuos, ſubiectione debita ſunt reuerſi. Et ſic praefati duces Auſtriae, cum gaudio, ad propria reuertentes promiſſa Romanorum regi, Henrico & Ioanni regi ac Eliſabeth reginae Boemiae, quilibet fideliter exſequuntur. Et facta haec ſunt anno domini MCCCXI.

CAP. XCIII.

De ſucceſſibus & obitu Henrici imperatoris.

HENRICVS VII. imp. *Italiam* petit. Cuius itineris comitem illi ſe *Auſtriae* dux, LVPOLDVS, adiungit.

His itaque peractis poſt modicum temporis Romanorum rex, Henricus praedictus, cum magna potentia armatorum, ſe tranſtulit Italiam. Qui Alemanniam rexit annis tribus. Cum quo Lupoldus, dux Auſtriae, iuxta promiſſum ſuum, cum CC galeatis tranſiuit Italiam; & tam ante coronationem ſuam, quam poſt, usque dum morte praeuentus obiret, in eius ſeruitio, permanſit fideliter. Hic Henricus VII. primus ſine rebellione Mediolanum obtinuit, cum omnibus ciuitatibus Lombardiae. Poſtea uero rege Romanorum in ciuitate Mediolanenſi manente, Mediolanenſes concitarunt rumorem, ſed per gentes Romanorum regis deuicti fuerunt. Et ſic imperator abinde recedens, Maffeo ciui Mediolanenſi; qui antea per multa tempora fuerat de ciuitate depulſus, & deductus in non modicam paupertatem, ciuitatem [...] dem gubernandam commiſit. Eodem [...]

MAFFEO *Mediolani* committitur gubernatio.

iam

ſiam tempore praedicto Romanorum regi ciuitates Cremona & Brixia rebellarunt. Propter quod rex, exercitum mouens, Cremonam obſedit, quae ſe ad gratiam ſuam dedit. Ipſe uero portas & muros deponens ciuitatis eiusdem, foſſata mandauit complanari. Et ſic ciuitatem intrans, ipſam in gratiam ſuam aſſumpſit. Deinde tranſiens Brixiam in eius obſidione ſex menſibus laborauit. Gerhardum de Broſago de potentioribus ciuitatis eiusdem: cuius machinatione rebellio huiusmodi fuerat ſuſcitata, in quodam congreſſu captum detinuit; & ipſum traditorem ſuum rotae ſupplicio miſerabiliter fecit extingui, ciuitatemque Brixienſem ſimiliter potenter obtinuit. Poſt quod Ianuam iuit, ubi Margaretha regina, filia ducis Brabantiae, uxor ſua, mater Ioannis, regis Boemiae, obiit, & ibidem apud fratres minores, ut decuit, eſt ſepulta. A quo loco rex per mare Piſas applicuit, & abinde Romam, ubi ex eo, quod Robertus Apuliae rex, qui praefato Romanorum regi erat contrarius, magna potentia gentium armatorum, ciuitatem minorem Romam, ubi eccleſia S. Petri ſita eſt, munierat: in eccleſia S. Ioannis Lateranenſis per Oſtienſem & duos alios cardinales, quos papa Clemens quartus propterea Romam transmiſerat, in imperatorem anno dom. MCCCXIII. in die SS. Petri & Pauli extitit coronatus & unctus. Et poſt coronationem ſuam cum exercitu uallauit Florentiam, mittens in Almanniam, ut tam Ioannes, rex Boemiae, filius eius, quam coeteri principes Almanniae

Cremona & Brixia quae rebellare fuerant auſae, ab imperatore ad *debita* reducuntur obſequia.

MARGARETHA, coniux imperatoris, *Ianuae* extinguitur.

Romae HENRICO VII. a cardinale Oſtienſi, *auguſtale diadema* imponitur.

niae cum gentibus & fumtibus fibi in auxi-
lium properarent. Medio tempore impe-
rator, Henricus, de Florentia fuum moui
exercitum, uolens in Apuliam proficifci &
ueniens ab alia parte ciuitatis Senarum, i
quodam loco rurali, dicto Bon conueni
ipfe cum fuo exercitu perfiftente, infirmi
tate correptus obdormiuit in domino
Quas lamentabiles nouitates praefatus Ioan-
nes, rex Boemiae & alii Almanniae princi-
pes & nobiles, qui iuxta mandatum prae-
fati imperatoris de laribus fuis, per multum
itineris fpatium tranfierunt, refcientes; qui-
libet eorum ad propria eft reuerfus. De
geftis & actibus dicti feptimi Henrici impe-
ratoris, fi quis plura fcire defiderat, cum
haec in praefenti fufficiant, recurrat ad
chronicon Romanum.

Sed haud multum temporis poft idem imperator, prope *Senarum* urbem, fupremum diem obiit.

CAP. XCIV.

De Iohannis, regis Boemiae, filiis.

IGitur Ioannes, rex Boemiae, poft m
tem patris fui, Henrici VII. impera
ris, aetatis fuae anno XVII. Ex E
fabeth, uxore fua, regina Boemiae,
quondam Wenceslai, regis ibidem,
creauit hos liberos, I. Margaretham
anno domini MCCCXII. nata eft, & e
poftea matrimonio iunxit Henrico,
Bauariae, ex qua idem Henricus gen
lium, qui non multis annis uixit, & m
tuus eft, matre fua fterili permanente.
que absque prole Margaretha eadem dec
fit

MARGARETHA filia IOHANNIS B. R. primogenita nupfit *Bauariae* duci, HENRICO nomine.

ſit; deinde anno domini MCCCXV. ex * quadem uel ex dicta Eliſabeth genuit filiam ſecundam, nomine Gutha, quae in latino Bona dicitur, quae nupſit Ioanni, filio Philippi, Francorum regis; qui Ioannes ex eademGutha genuit Carolum, regem Franciae, & fratres eius uidelicet Ludouicum Andegauenſem, Ioannem Bituricenſem & Philippum Burgundiae duces. Iterum rex Ioannes praefatus ex dicta Elizabeth, regina Boemiae poſt Guttam praefatam genuit, in ciuitate Pragenſi, Wenceslaum, primogenitum ſuum, uidelicet anno dom. MCCCXVI. Non. Iun., hoc eſt, tempore S. Bonifacii epiſcopi & ſociorum eius martyrum. Qui Wenceslaus poſtea per Carolum, regem Franciae, in ſacramento confirmationis, in eccleſia S. Dionyſii prope Pariſios ad inſtar nominis ſui Carolus eſt uocatus. Hic Carolus poſtea Romanorum imperator ac Boemiae rex, inter imperatores alios, appellatus. Genuit etiam poſtea dictus Ioannes, Boemiae rex, ex dicta Elizabeth filium, nomine Przemislaum anno MCCCXIX. qui in puerili aetate duos ſolum annos habens, aetatis uitam finiuit, & in monaſterio aulae regiae ſepelitur. Deinde anno dom. MCCCXXII. genuit tertium filium, nomine Ioannem, qui poſtea marchio Morauiae eſt effectus. Deinde iterum ex eadem Eliſabeth genuit filias duas gemellas, unam nomine Annam, quae poſtea Ottoni, duci Auſtriae, matrimonio iuncta fuit; aliam Elizabeth nomine, quae in pueritia obiit. Et amplius Eliſabeth regina Boemiae ceſſauit liberos procreare.

* GVTHAM, alteram filiam, duxit IOHANNES, PHILIPPI, *Galliarum* regis F. in uxorem.

WENCESLAVS, filius IOHANNIS R B. in confirmationis actu, CAROLI nomen, in *Galliae* regis honorem, aſſumpſit.

CAP. XCV.

De regimine regis Iohannis & ſucceſſibus, nec non electione aliorum Romanorum regum.

PRaeterea praefato rege Boemiae feliciter gubernante, & ex morte Henrici VII. Romanorum imperatoris imperio Romano uacante, anno domini MCCCXV. inter electores imperii, ſuper electione futuri Romanorum regis grandis oritur diſſenſio. Ex quo fit, quod Treuirenſis archiepiſcopus, frater quondam Henrici imperatoris; Ioannes rex Boemiae, filius eiusdem Henrici, & Petrus archiepiſcopus Moguntinenſis, Woldemarum marchionem Brandenburgenſem parti ſuae conſentire cogentes, in campis prope Franckenfurt ſuper Moyam fluuio, Ludouicum, ducem Bauariae, Romanorum elegerunt in regem, & electione huiusmodi celebrata Franckenfurtenſem ciuitatem, cum magna potentia gentium armatarum, intrantes, Ludouicum eundem ornatu regio decoratum ſecum inducunt, & ipſum in eccleſia B. Bartholomaei ad modum electionis Romanorum regum, ſuper altare ponunt, ac ipſum abinde Aquisgranum ducentes, per archiepiſcopum Moguntinenſem, inungi & conſecrari procurant, locantes eum in eiusdem ciuitatis ſede regali. Ex aduerſa uero parte, praefatis electoribus, principibus imperii & hoc circa electionem dicti Ludouici perſtantibus

LVDOVICVS V. *Bauarus*, imperator, a quibusdam imperii principibus, eligitur.

bus archiepiſcopus Colonienſis, comes palatinus Rheni, & Rudolphus, Saxoniae dux, Fridericum de ducibus Auſtriae, filium quondam Alberti Romanorum regis ſimiliter eligunt Romanorum in regem; Quem idem Colonienſis epiſcopus occulte procurauit in oppidum Bonnenſe uenire, & eum ibidem apud fratres minores coronauit in regem & unxit. Hinc eſt, quod ambo reges taliter electi, & etiam coronati, pro acquirenda poſſeſſione eiusdem regni, fortem ab utraque parte congregant exercitum ſuper Rhenum; ſed tunc neque conueniunt, neque aliquod dignum relatu perficiunt; & ſic quilibet eorum reuertitur ad propria. Demum non poſt multum temporis iterato maiorem quilibet, ut potuit, congregat exercitum, & prope oppidum Eslingen ex utraque parte fluuii, dictus Ludouicus, Iohannis, Boemiae regis & aliorum adhaerentium ſibi, praefatus etiam Fridericus fratrum ſuorum ſuffulti praeſidiis, conueniunt; quibus ſic ſtantibus, & ex fluuii diſcurſu diuiſis, in quodam uado eiusdem fluminis inſurgere coepit tumultus & uterque exercitus ad arma ruit, & alter alterum inuadere nitebatur. Et dum in uado praedicto talis fieret congreſſio, fertur MD. equos in dicto fuiſſe impetu ab utraque parte exercitus interfectos. Sic quod pro tunc partes non potuerunt ſe attingere, diuiſi, ambo iterum ad propria reuertuntur. Eodem etiam tempore ſc. anno domini MCCCXVI. die Bonifacii epiſcopi & martyris, qui fuit Non. Iul. praefata Eliſabeth, regina Boemiae pe-

Alii uero principes FRIDERICVM, *Auſtriae* ducem imperatorem ſibi conſtituunt.

Quo facto uterque, coacto exercitu, *aduerſarios* ſuos perſequitur. Inde accidit, quod prope *Eslingam* urbem, tumultuario proelio dubioque marte, certatum ſit.

perit Wenceslaum, postea Carolum, sicut praemittitur, nominatum. Praeterea anno domini immediate sequenti rex Ioannes regni sui, & etiam paterni Lucenburgensis ducatus disponens negotia, in illis annis duobus instititit, prout temporis & locorum necessitas exposcebat.

IOHANNES rex, tam regni *Bohemiae*, quam ducatus *Luxenburgensis res* multa opera curaque componit.

CAP. XCVI.

De regimine Iohannis & successibus.

PRaeterea anno domini MCCCXVIII. dictus Ioannes, rex Boemiae Nicolao, filio Nicolai, quondam ducis Oppauiae, filii naturalis, quondam regis Przemislai alias Ottokari; qui per Wenceslaum, quondam Boemiae regem, filium legitimum domini Ottocari, de ducatu Oppauiensi, expulsus fuit: contulit, prout patet in litera subscripta:

IOHANNES Nicolao Oppauiae ducatum, in feudum, confert.

Nos Nicolaus, dei gratia, dux Oppauiae ad uniuersorum, tam praesentium quam futurorum, notitiam cupimus peruenire, quod cum serenissimus dominus noster, dominus Ioannes, rex Boemiae & Poloniae ac Lucenburgi comes illustris, consideratis fidei & seruitiorum nostrorum meritis: quibus nos suae munificae liberalitatis gratiam meruisse cognouit, & pensatis ueteribus & [illegible]libus, per nos, sibi praestitis & praestandis seruitiis; ex sua munifica liberalitate nobis & haeredibus nostris in feodum conferendi, contulerit in perpetuum terram seu ducatum suum Oppauiae, cum dignitate & titulo

Litterae quibus dux *Oppauiae* regi *Bohemiae*; clientelam profitetur & fidem.

tulo ducatus ipsius, nec non cum ciuitabus, castris, munitionibus, uillis, possessonibus & uniuersis aliis pertinentiis, utitatibus, prouentibus, & iuribus terrae suae ucatus ipsius, prout in priuilegio suo suer his nobis dato haec omnia plenius & xpressius continentur. Nos pro nobis & aeredibus nostris recipientes in feodum a icto domino nostro rege ipsum ducatum, um omnibus & singulis supradictis sibi reipiendi, pro se & pro suis haeredibus ac uccessoribus, regibus Boemiae, tanquam ero feodi praedicti domino fecimus & faimus homagium; promittentes ipsi fidelitatem, deuotionem, obedientiam, & reuerentiam perpetuam per praesentes. Corporali, per nos, interposito sacramento; ordinando & omnia fieri uolendo, ut haeredes ac successores nostri in ipso feudo seu ducatu succedentes, de manibus domini nostri regis, & praedictorum suorum haeredum idem feodum seu ducatum recipere, iure feodi, ab eis; omagium, fidelitatem deuotionem & obedientiam ac reuerentiam praedictam, interposito etiam sacramento, promittere, fideliter facere, in perpetuum teneamur. Obligando nihilominus nos, haeredes ac successores nostros praedictos, sub praemisso iuramento, corporaliter praestito, solenni stipulatione interposita, ipsi domino nostro regi, haeredibus ac successoribus suis promittimus praefatis: ut quotiescunque & quandocunque ipse dominus noster rex iusserit, uel eius iusserint successores; ipsum & eos iuuabimus, & iuuare uolu-

Vasalli, feudorum militarium possessores ad domino praestanda in bellis, auxilia se obstringebant.

uolumus per haeredes & fucceffores noftro contra omnem hominem fideliter toto pof fe, tamquam eius fidelis uafallus fuo uer domino facere poteft in omnibus atque de bet. Hoc autem fpecialiter expreffo, quo fi nos uel quemcunque ex haeredibus no ftris & fuccefforibus nobis fuccedentibus in ducatu praedicto, contingeret deceder filiis legitimis non relictis, ex tunc ftatin ducatus ipfe cum omnibus & fingulis fupra dictis, ad dictum dominum noftrum regen & haeredes ac fucceffores fuos praedictos & ad regnum Boemiae praedictum liber reuertantur. Promifimus denique & pro mittimus, folenni interpofita ftipulatione ac promiffum eft pro haeredibus ac fucce foribus noftris praedictis, fub praeftito iu ramento, praedicta omnia & fingula firmite feruare, perpetue & inuiolabiliter adimple re. Teftes autem qui praemiffis interfuerunt, ad hoc uocati & rogati funt hi: uidelicet illuftres principes, domini Boleslaus & Hincko, duces Slefiae, nobiles uiri Vlricus comes de Hanaw, Otto de Rulandia, Petrus de Rofenberg, fupremus camerarius regni Boemiae, & Henricus de Lippa fub camerarius eiusdem regni Boemiae, Vlricus de Mendico burggrauius Pragenfis, Beneffius de Wartenberg pincerna, & Hermannus de Miliczin dapifer dicti regni, Vlricus de Ryczano iudex terrae, Thimo de Colditz, Henricus de Lichtenberg, Hermannus & frater eius Henricus filii Pothonis de Frideland, Bernhardus de Czinburg enfifer, Hermannus de Zwieczelicz, Sbinko de

Succeffio ad mafculos tantum reftringitur.

Teftes *pares curiae* olim in tali inueftiturae probando actu adhibiti.

le Mendiko, Spaczmannus de Beneſſow, Sizema de Hirſtein, & Sdencko de Kolban. In quorum teſtimonium praeſentes literas fieri fecimus, & ſigilli noſtri appenſione nuniri. Datum Pragae V. Non. Iul. anno MCCCXVIII.

CAP. XCVII.

De ulterioribus ſucceſſibus regis Iohannis & captione ducis Auſtriae.

POſt lapſum itaque dicti temporis, uidelicet anno MCCCXIX. dicti reges Romanorum, Ludwig, Bauariae dux, & Fridericus, dux Auſtriae, adipiſcendi imperii auidi, omnem, quam poterant, armatorum congregant potentiam, Ioanne, rege Boemiae praefato Ludouico de Bauaria, cum maxima militum turma & ſuarum gentium multitudine, aſſiſtente, & prope Mülndorff conueniunt, & aciebus diſpoſitis bellum inferunt, & uterque cupiens eſſe uictor, alter in alterum praeliatur. Vnde fit, quod de fortiori fortis expertus, multa caede partium utrarumque, ſed maiore partis unius diſpendio, magnanimes milites ...ſternuntur. Et tandem Fridericus, dux ...riae, Romanorum electus bello deuin...ur, & in Ludouici de Bauaria ſimiliter Romani regis electi manibus aſſignatur. Similiter praefatus Ioannes, rex Boemiae eodem in bello decoratus baltheo militari, ſuas fortes uires oſtendens, multaque ſtrenuitate

LVDOVICVS & FRIDERICVS, imperatores, in diſcordia principum imperii electi, prope Mulndorff acerrimam pugnam committunt.

LVDOVICVS uictor FRIDERICVM uiuum in ſuam redigit poteſtatem.

HENRICVS, FRIDERICI frater a IOHANNE R. B. capitur.

nuitate decertans, Henricum, ducem Au-striae, fratrem Friderici, regis praedicti deuicit, & captum obtinuit. Sicque Ludouicus, Romanorum rex potentia Ioannis regis Boemiae suffultus, ad uotum gloriosam uictoriam est adeptus. Promiserat itaque idem Ludouicus Ioanni, regi Boemiae ob meritum tanti iuuaminis, Brandenburgensem marchiam, quae pro tunc a morte Woldemari, marchionis ibidem, absque liberis masculis defuncti uacauit, in feodum conferre, & ciuitates Altenburg, Zwickaw & Kemnitz, pro certa pecuniarum sum titulo pignoris obligare, datis literis, & latis promissionibus super eo. Quas dem promissiones & literas, habita uic ria, Ludouicus, Romanorum rex praef minime adimpleuit. Nam marchiam Br denburgensem Ludouico, filio suo, c tulit & praefatas ciuitates marchioni snensi; cui filiam suam dedit in coniug titulo pignoris, obligauit. Et unde r Ioannes, Boemiae praefatus, a Ludoui praefato in placido animo separatus, Bo miam reflectitur; Henricum ducem Au striae, quem bello ceperat, secum ducens, quem in castro suo Burgleys; in quo Wenceslaus alias Carolus, primogenitus eius residebat, sub honesta mandauit captiuitatis custodia custodiri.

LVDOVICVS imp. IOHANNEM uana spe de marchia Brand. ei in feudum conferenda, ad tempus alit; sed postea eandem regionem suo filio tradit.

CAP. XCVIII.

De ulterioribus successibus Ioannis, regis Boemiae & liberatione

ione ducis Austriae; de transitu regis in Prussiam, & de guerris aduersus ducem Leodiensem.

CVm itaque eodem anno, uidelicet MCCCXIX. Ioannes, rex Boemiae in regnum suum, sicut praedicitur, fet reuersus: promissiones & pacta sibi per udouicum, Romanorum regem, ut supe s exponitur, uiolata, patienter non fe ns, marchiam Budissinensem, Görlicen & eiusdem marchiae ciuitates, distri & castra: quae olim Otto, marchio denburgicus, dum quondam Wences regis Boemiae tutor fuerat, a Boemiae abstraxerat, & quae ex morte Wol ari, ultimi marchionis Brandenburgici, praefertur, pro tunc dicti Ludouici, Romanorum regis opinione dicebatur uaca, cum potentia armatorum intrauit, & ipsam marchiam, regno Boemiae, od iure haereditario & iusto titulo per, ad debitum requirens, iustae suae i subiecit. Similiter, usque Gubin grediens, marchiam Lusatiae tentauit ugare, & abinde reuersus, suum remea in regnum. Et cum exercitu Austriam ns, ipsam usque Danubium in omnibus bus illis uastauit totaliter & destruxit. Hic Ioannes, rex Boemiae, duas sorores habuit, filias septimi Henrici imperatoris; quarum una Carolum, regem Vngariae, maritum habuit, quae in partu primae prolis suae,

IOHANNES marchiam *Budissinensem* &c. partem olim Bohemiae, suo regno iterum adiecit.

Austriam infestis signis peragrat.

ſuae, una cum foetu occubuit. Poſt cuius obitum idem Carolus, Vngariae rex, filiam Wladislai, Siradiae, Cracouiae, & Sendomiriae ducis, qui & Gnezdnam, - - - Poloniam habuit, duxit in uxorem. Qui etiam Wladislaus poſtea, uidelicet anno domini MCCCXX. ex dicti Caroli, Vngariae & Roberti, Siciliae regum promotione, per Ioannem XXI. papam in dictis terris Poloniae rex electus eſt, & eius mandato etiam coronatus & unctus in regem. Praefatus etiam Carolus, Vngariae rex, cum dicto rege Ioanne ſuper liberatione Henrici, ducis Auſtriae ſupradicti tractans, ad operam redemptionis, cuius taliter obtinuit: ut regi Ioanni praedicto idem Henricus, dux Auſtriae XIV. M. marcas argenti captiuitatisque ſolueret, ciuitatem Snoymenſem & alias ciuitates regni & marchionatus Morauiae dudum alienatas, nec non uniuerſa priuilegia, ſtatum regni & ſuorum tangentia, hactenus quomodocunque acquiſita, reſtitueret. Ac nihilominus pro XX. M. marcis argenti ciuitates Lyck & Weytrack cum ſuis diſtrictibus, titulo pignoris, obligaret; quod per eundem Henricum ducem, quo in praefati regis Boemiae poteſtate tribus annis detentus erat, prompto animo acceptatur, & etiam plenius adimpletur. Et ſic talibus tractatibus conſummatis, dictus Auſtriae dux exſoluitur, & cum rege Boemiae taliter concordatur. Aliam uero ſororem dicti regis Boemiae, Ioannis, nomine Mariam, Franciae rex habuit in coniugem, quae ſimiliter uiua cum prole deceſſit.

WLADISLAVS in *Poloniae* regem eligitur.

HENRICVS, dux Auſtriae, olim a IOHANNE in proelio captus, ab eo dimittitur e cuſtodia.

CAP.

CAP. XCIX.

De ulterioribus ſucceſſibus Iohannis, regis Boemiae, & miſſione primogeniti ſui in Franciam.

ANno domini MCCCXXI. in die pu-
rificationis rex Ioannes, iterum
de ducatu Lucemburgenſi rediens
ragam, & ibi poſt dies quindecim torna-
nentum fieri diſpoſuit, in quo ex caſu dex-
rarii ſui, propter multitudinem principum
& nobilium, qui huic militari ludo inter-
rant; aliqualiter laeſus fuit. Tandem poſt-
hac per hyemem & aetatem usque feſtum
S. Ioannis, regni ſui diſpoſitis negotiis, ite-
um uerſus Rhenum & ducatum ſuum, in
quo multo magis, quam regno Boemiae de-
ectabatur, morari, progreditur. Eodem
tiam anno Cunegundis, abbatiſſa mona-
terii S Georgii, filia regis Ottokari, mori-
ur, & in ſuo monaſterio ſepelitur; deinde
anno domini MCCCXXII. regi Boemiae
tertius filius naſcitur ex praefata regina Eli-
zabeth: cui Ioannes nomen impoſitum eſt.
Qui poſt lapſum aliquot annorum marchio
Morauiæ eſt creatus, prout in ſubſequentibus
in ſuo loco patebit. Eodem etiam anno Mar-
garetha, Wenceslai, quondam regis Boemiae
filia, ſoror reginae Elizabeth, uxor Boleslai,
ducis Sleſiae obiit, & in monaſterio aulae re-
giae eſt ſepulta. Eodem etiam anno Ioan-
nes, rex Boemiae reuerſus de Lutzenburg
in regnum Boemiae Margaretham, ſeniorem
filiam

IOHANNES *Luxenburgi*, in patrio ſcilicet ſolo, ut plurimum degit.

MARGARETHAM filiam *Bauariae* duci HENRICO, in

filiam suam, Henrico, duci Bauariae legit
mam dedit in coniugem, & regina Boemi
mater eius, cum dicto duce in Bauaria mul
tempore morabatur. Anno uero dom
MCCCXXIII. in die paschali regina Eliz
beth duas filias genuit in oppido Camb
Annam uidelicet & Elizabeth, de quibu
superius fit mentio. Eodem etiam ann
rex Boemiae, Ioannes, iterum de Lucenbur
ducatu, Boemiam reuertitur. Qui cum Wen
ceslaum, primogenitum suum, septimum
aetatis suae annum uidisset attingere, ipsum
ad praefatum Carolum, Francorum regem
sororium suum, misit in Franciam. Qui
Carolus Wenceslaus eundem in sacramento
confirmationis, prout superius est expres
sum, suo fecit nomine uidelicet C
appellari. Vnde idem Wenceslaus
que eius obitum Carolus nominatus,
etiam Carolus, rex Franciae aequiuoc
Carolo, primogenito Ioannis, Boem
gis, patrui sui, Caroli comitis Walle
liam, nomine Blankam in aetate septem
taxat annos habentem, dedit in ux
Et infra quatuor annos immediate seq
idem Carolus, comes Valesiae, relicto p
Philippo, filio suo, mortuus est: post
Carolus rex, nepos eius non post m
temporis, absque masculina prole, de
Et sic Franciae regnum ad praefatum
lippum, dicti Caroli comitis de Vales
trem Blancae praedictae, ex haereditari
cessione, peruenit. Steterat autem p
tus Carolus, primogenitus regis, Boem
cum Carolo, rege Franciae quinque annis

matrimonium dedit.

WENCESLAVM filium qui postea **CAROLVS**, mutato nomine, dictus est; ad *Franciae* regem misit educandum.

CAROLO, *Galliae* rege defuncto **PHILIPPVS** *Valesius*, in regno, successit.

poſtea cum rege Philippo, ſororio ſuo, annis duobus in Francia, & ibi Francorum latinamque linguam legere & ſcribere didicit. Et poſtea per patrem ſuum; Iohannem, regem Boemiae repetitus una cum Blanca uxore ſua, per ſororium ſuum Philippum, regem Franciae usque ducatum Lucemburgenſem, in quo loco idem Iohannes, Boemiae rex eiusdem Caroli, ſui primogeniti expectabat aduentum, honorifice remittitur, & ibidem aliquamdiu remanſit, prout poſtea tractabitur. CAROLVS e *Francia* redit domum.

Anno uero domini MCCCXXV. papa Iohannes XXII. Ludouicum de Bauaria, qui ſe geſſit imperatorem, tamquam haereticum, reprobauit & fecit per uniuerſum orbem denunciari publice propter multos actus nefandos. LVDOVICVS imp. a pontifice max. deſtituitur imperio R. Eodem anno Iohannes, Boemiae rex extra regnum manens, circumquaque ducatum Luzeburgenſem plura bella uictorioſe comiſit. In hoc etiam anno Eliſabeth, gemella filia regis Boemiae, moritur, & in monaſterio aulae regiae ſepelitur. Dein anno immediate ſequenti regina Boemiae de partibus Bauariae, in regnum ſuum, reuertitur. Similiter Iohannes rex, circa feſtum S. Gregorii papae, Boemiam remeauit, & aliquandiu manens ibidem, multaque collecta pecunia iterum abinde ſeceſſit. Anno uero domini MCCCXXVI. Lokteko, rex Poloniae, cum multis infidelibus Litwanis, paganis & Ruthenis partes marchiae Brandenburgicae inuaſit, & in pluribus locis innumera damna fecit. *Poloni* marchiam Brandenb. hoſtiliter inuadunt. Eodem anno Pariſiis Beatrix, regina Franciae, uxor Caroli, regis

Franciae coronatur, & eodem tempore Gutta, filia secundo genita Iohannis, regis Boemiae, Iohanni, filio Philippi, Franc[iae] regis ducitur desponsanda. Hoc etiam an[n]o per Elizabeth reginam corpus Wences[...]lai quondam occisi fratris sui, de Morauia i[n] aulam regiam transfertur. Et rex Franciae unam spinam de corona domini reginae Boemiae praedictae transmisit. Deinde anno eodem Iohannes rex in paternum suum ducatum Lucenburg progreditur, post multas guerras habitas cum duce - - - ipsum concordiam pro suo beneplacito secum inire coëgit. Similiter ciuitatem Metensem & eius prouinciam multis guerris oppressit, & adeo ut per plenam concordiam suum ad libitum se sibi per omnia conformarunt. Similiter de Leodiensi idem fecit. His taliter peractis ad uotum, ducatu suo Lucenburgensi in tranquillitate disposito, ad regnum Boemiae iterum reuertitur.

GVTTA altera IOHANNIS R. B. filia regis *Franciae* filio nubit.

Varia bella IOHANNES, adiuuante eum fortuna, gerit.

CAP. C.

De acquisitione ducum Slesiae & principatuum eorundem, per Iohannem regem Boemiae sibi & successoribus & regno Boemiae in uasallagium perpetuum.

PRaeterea anno domini MCCCXXVII. in Octaua S. Iohannis baptistae, Iohannes, Bohemorum rex, in regnum suum reuertitur, & eo ibidem extante, inter

Boles-

Boleslaum, Henricum & Wladislaum, duces Slesiae grandis est orta dissensio, & talis, quod alter ad alterius procurandum destructionis dispendium anhelaret. Et dum dictorum fratrum talis diuisio. Boleslaus, qui sororem reginae Boemiae, Elisabeth, uxorem habuit, nomine Margaretham, pro parte sua, Brignensem & alias ciuitates & castra eiusdem districtus possedit. Hic Boleslaus ex dicta uxore sua, filia quondam Wenceslai, regis Boemiae duos habebat filios, Wenceslaum & Ludouicum. Alter uero Henricus frater ciuitates Wratislauiensem & Nouiforensem cum suis districtibus possidebat. Tertius Wladislaus ciuitatem Lignicensem & eius territorium cum suis pertinentiis obtinebat. Senior itaque frater Boleslaus, Wladislaum, iuniorem fratrem suum, sub spe obtinendae paternae portionis suae, ad clericatum induxit, qui usque ad diaconatus ordinem est promotus. Deinde Henricum fratrem secundum ex eo, quod propter sterilitatem uxoris suae, sororis Austriae ducum, masculino partu carebat, multum oppressit; qui considerans, se aduersus fratrem ad debitum non posse tueri, Iohannem, Boemiae regem accessit secumque tractatus tales iniuit; ut iuxta tractata quondam Henrici, ducis Wratislauiensis, patrui patris sui sibi ciuitatem & districtum Glacensem ad uitae duntaxat tempora deputaret. Et Iohannes, rex Boemiae post mortem eiusdem Henrici, ducatum Wratislauiensem & eius ciuitates atque prouinciam pro se, regno & corona Boemiae in

IOHANNES R. B. cum HENRICO, duce Wratislauiensi de futura, in hoc ducatu, successione pacta init.

perpetuum obtineret. Quos tractatus gra-
tanter acceptans rex Iohannes sibi, ciuita-
tem & districtum Glacensem cum omnibus
pertinentiis assignauit, & uice uersa Hen-
ricus praefatus regem Iohannem per fideli-
tatum omagia tam nobilium, quam ciuium,
ciuitatum & districtuum praedictorum suo-
rum reddidit in praemissis. Et sic rex Iohan-
nes praedictus * hoc quondam temporibus
Rudolphi, Romanorum regis, per Wences-
laum, olim Boemiae regem, super deuolu-
tione ducatus Wratislauiensis in tractatibus
conceptum extiterat, & postea mortuo
Henrico, pro tunc duce Wratislauiensi sine
liberis, per Henricum, cognominatum uen-
trosum, patruum suum, patrem praedicto-
rum Boleslai, Henrici & Wladislai, qui se
de dicto ducatu Wratislauiensi de facto in-
tromiserat, ipsumque ad haeredes suos prae-
dictos licet praeter debitum & ius deduxe-
rat, pro tunc ad effectum perduxit. Insu-
per post aliquot annos, interuenientibus
tractatibus, Brigensis & Lignicensis ducatibus
regnum Boemiae magnifice ditauit, prout
in literis desuper datis per eos, & confectis
postea suo loco patebit.

CAP. CI.

De uasallagiis, aliis insignibus regno & coronae Boemiae applicatis per Iohannem regem praedictum.

Silesiae duces plurimi dant se

PRaefatus itaque Iohannes, rex Boe-
miae eodem anno MCCCXXVII.
omnes

omnes alios subscriptos duces de nouo suos regni & coronae Boemiae uasallos haereditarios effecit, prout in subscriptis literis eorundem ducum apparet; quarum tenores sequuntur inferius.

in clientelam regni *Bohemiae.*

Litera Vasallagii ducis Opuliensis.

NOs Boleslaus, dei gratia, dux Opuliensis, recognoscimus tenore praesentium & fatemur. Nos esse principem & uasallum magnifici domini nostri, Iohannis, Bohemiae ac Poloniae regis & Lutzenburgensis comitis, & ab eo terram *nostram* Opuliensem cum ciuitate Opul & castro cum ciuitate Rosenberg & castro Castrow, cum oppidis, uillis, hominibus, uasallis & omagiis ad ipsos & ad ipsam spectantibus, cum aliis suis pertinentiis uniuersis, in quibus cunque consistant, quas & quae nunc habemus & inposterum sumus habituri, quae ad regnum Boemiae dinoscuntur pertinere, haeredum ac successorum nostrorum, ducum Opuliensium, nomine recepisse in feodo, & ab ipso possidere iure & titulo feodali, uolentes & decernentes, quod haeredes & successores nostri Opulienses memorati a domino nostro rege, haeredibus & successoribus suis, regibus Boemiae praelibatis praestatam terram *nostram*, quandocunque ea per mortem alicuius ducis ibidem uacare contigerit: in feodo recipere semper deinceps debeant, & habere, & facto sibi pro seruandae debitae fidelitatis homagio, sicut & nos nunc spontanea & libera uolun-

Opuliensis dux prouinciam suam *terram* NOSTRAM uocat; ex qua formula, feudum esse *oblatum*, facile potest intelligi.

tate fecimus ei uel eis tanquam eius uel eorum principes uasalli, sincera fide, semper intendere debeant, & parere. In cuius rei testimonium praesentes literas fieri & sigillo nostro iussimus communiri. Datum Wratislauiae anno domini MCCCXXVII. in die Palmarum.

Litera Wladislai, ducis Cosslensis.

SImili tenore habetur litera a Wladislao, duce Coslensi, super terram Coslensem nec non ciuitatibus Caslapontum, Peysenkriczen, ac castris, uidelicet Tost & Glawatin cum uillis, hominibus, uasallis & militibus &c. Datum in Oppauia anno domini MCCCXXVII. XI. cal. Mart.

Litera uasallagii Iohannis, ducis Oswitinensis.

NOs Iohannes, dei gratia, dux Oswitinensis & scholasticus Cracouiensis recognoscimus &c. ut supra, & ab eo terram Oswitinensem cum suis ciuitatibus & castris, uidelicet Oswietin ciuitatem cum castro, Zator ciuitatem, Kanth, Ziptha, Wadowitz, & Spikowicz oppidis, & etiam uillis &c. Datum in Bilhun anno quo supra VI. cal. Mart.

Ducis Tessinensis.

IMo a domino Cazimiro, duce Teschinensi habetur similis super ciuitatibus & castris uidelicet Thefchin ciuitate cum castro Wreyenstad & Belicz ciuitatibus & Zchorschow

ſchow & Iemnicz oppidis, cum munitionibus & caſtro Oſtrauia, cum etiam uillis &c. ut ſupra. Datum in Oppauia, anno XII. cal. Mart.

Ducis Opulienſis.

ITem a domino Boikone, duce Opulienſi, & domino in Falckenberg habetur ſimilis ſuper ciuitatibus Falckenberg, Glogauia minor & Czlucz nec non oppido Strczelii cum munitione ibidem & Pramſyn munitione cum etiam uillis. Datum Oppauii, anno &c. XII. cal. Mart.

CAP. CII.

De ulterioribus Iohannis, regis Bohemiae ſucceſſibus.

His itaque ſic peractis praedictus Iohannes, rex Boemiae in regno ſuo facta diſponens, in die S Barnabae apoſtoli uerſus partes Rheni ſeceſſit; dein anno domini MCCCXXVIII. Ludouicus Bauarus ab eccleſia reprobatus, Romae, de conniuentia Romanorum, per epiſcopum Wenclorem, qui ſe temeritate ſua propria cardinalem Oſtienſem reputare & nominare praeſumpſit, in fictitium imperatorem conſecratus eſt. Nam idem Bauarus una Romanis ſibi adhaerentibus plures cardinales eligi & inſtitui procurauit. Qui poſtea lapſu temporis quendam Petrum de Carbona ſummum elegerunt in papam. Nam per eunden antipapam ſuosque fictitios cardinales, inductione dicti Ludouici Bauariae, ex rebel-

LVDOVICVS Bauarus *Romae* coronatur.

PETRVM de *Carbona* pontificem max. conſtituit Aue.

nionensi papae eum opponens.

rebellione quam aduersus sanctam ecclesiam catholicam praesumtuosis suis friuolis ausibus instaurarant multa in eadem ecclesia dei & praecipuis partibus Italiae scandala committuntur.

CAROLVS, *Franciae* rex obiit, qui in regimine PHILIPPVM *Valesium* habuit successorem.

Eodem anno Margaretha, primogenita filia regis Boemiae, in Bauariam, per Henricum ducem Bauariae, maritum eius, transducitur. Eodem etiam anno Carolus, rex Franciae, moritur sine haeredibus masculinis. Postquem Philippus, filius Caroli quondam comitis Wallessiae, tamquam haeres propinquior, Franciae rex effectus est, cuius sororem, Blancam nomine, primogenitus Iohannis, regis Boemiae * potenti suffultus auxilio, Flandriam bello deuicit.

* *Locus est mutilatus.*

IOHANNES R. B. cum *Austriacis* bellum gerit.

Hoc etiam anno praedictus Iohannes, Boemiae rex, de ducatu Lucemburgensi Boemiam reuersus, in mense Augusto aduersus Fridericum & suos fratres, duces Austriae, guerras mouit, & cum maxima potentia armatorum Austriam ingreditur, ipsamque usque Danubium circumquaque uastat & destruit, & infra breue spatium plura castra & munitiones rex Boemiae uictoriose acquirit, nec duces Austriae suae poterant potentiae resistere quouismodo, sed cum maximis laborum tractatibus post percepta damna concordiam uix humilem sunt adepti, sicque rex ipse, solenni fretus uictoria, XV. cal. Decembr. suam gaudenter reuersus est Pragensem in urbem. Post haec septimo die Decembr. cum maxima multitudine bellatorum Prussiam progreditur, & interiores Lithuanorum infidelium terras in-

Expeditionem in *Porussiam* & *Lithuaniam* suscipit.

intrans, plura eorum castra uiolenter acquirit & diruit, innumeros infideles interficit, & ex eis circa tria millia captiuitate constringit, Prussiam secum adducit*, & procurat singulos baptisari. Ac post multos actus magnificos, quibus eum deus omnipotens specialiter prae coeteris honorauit, reuertitur ad propria. Praeterea dum in ciuitate sua Wratislauiensi moram traheret, subscriptos duces & eorum ducatus sibi, regno & coronae Boemiae in uasallos & uasallagia in perpetuum applicauit, prout in scriptis priuilegiis continetur, quae facta sunt anno domini MCCCXXIX.

*locus procul dubio mendosus.

CAP. CIII.

De uasallagio ducis Stinauiae.

NOs Iohannes, dei gratia, dux Slesiae, & dominus Stinauiae ad uniuersorum notitiam tenore praesentium uolumus peruenire, quod nos, deliberatione matura & consilio diligenti praehabito, fauore susque* & consensu fidelium & amicorum nostrorum expresso, nostrorum principaliter hominum, ciuitatum ac terrarum nostrarum subscriptarum, attendentes profectum in antea & commodum, ipsas terras, ciuitates nostras cum castris eis adiacentibus, & bona nostra alia, quaecunque possidemus in praesenti, uel possessuri seu habituri sumus, disponente domino in futuro, cum omnibus suis iuribus libertatibus & dominio, quibus a nostris ad nos peruenerunt praedecessoribus, ex eo quod magnificum

dux *Stinauiae* suas terras, in feudum, regi *Bohemiae* offert: nobilium tamen statuum suorum *consensu prius ad hoc impetrato.*

ficum principem dominum nostrum carissimum, dominum Iohannem, Boemiae & Poloniae regem ac comitem Lucenburgensem post sibi ducatus & terrae Wratislauiensis dominium inferendo damna ipsius ducatus & territorii, districtui ac hominibus dinoscitur perturbasse, in manus regis ipsius sponte & libere nostro haeredum ac successorum nostrorum nomine resignantes, ut nullum contra nos in antea de excessibus retro actis per regem ipsum aut alium, suo nomine, instauretur iudicium, uel profeatur sententia a rege praedicto suo, haeredum ac successorum suorum nomine in feodum perpetuum recepimus. Promittentes nostro, haeredum ac successorum nostrorum praefatorum nomine sibi, haeredibus & successoribus suis, Boemiae regibus antedictis, de coetero, de terris, ciuitatibus, castris & bonis nostris supradictis, tanquam ueris nostris dominis intendere fideliter, & parem obedientiam & fidem ipsis debitas exhibendo. In quorum testimonium praesentes &c. Datum Wratislauiae anno domini MCCCXXIX. III. cal. Maii.

Causam hic nouam obserua oblati feudi.

CAP. CIV.

De litera uasallagii ducis Conradi Olsnensis.

IN nomine domini amen. Nouerint uniuersi tam praesentes; quam posteri notitiam praesentium, aut copiam habituri; quod quia Conradus, dei gratia, dux Slesiae, Glogouiae, & dominus in Olsna ad specialis amoris affectum, quem erga magnifici

ſci principis, domini Iohannis, Boemiae & Poloniae regis & Lucenburgenſis comi-is, domini noſtri cariſſimi gerimus celſitu-dinem, habito nobis cum amicis quoque & fidelibus noſtris conſilio diligenti ac deli-beratione matura, accedentibus fauore & conſenſu eorundem expreſſo, ad ſubſcripta bonum noſtrum principaliter, conſequenter utem fidelium noſtrorum, ciuitatum, oppi-dorum hominum & bonorum noſtrorum o-mnium infra ſcriptorum commodum ſta-tumque in antea pacificum perpendentes, princeps & uaſallus ſuus, haeredum & ſucceſ-ſorum, Boemiæ regum ac ipſius regni Boemiæ in perpetuum fieri & fore decreuimus omnia & ſingula bona noſtra ſub eisdem libertati-bus & iuribus, quibus a praedeceſſoribus noſtris ad nos perueniſſe noſcuntur, uel poſſidebimus quocunque titulo in futuro, tam citra quam ultra flumen, quod Odra dicitur, cum ciuitatibus, Olona, Warten-berg, Miliſch, Trachenberg, Wolau, Leibeſt, Wruczk, Herenſtat, & caſtris ei adiacen-tibus cum aliis, Ploezk, Prusnicz, Sade-wel, cum omnibus ſuis appendiciis, domi-niis, uillis, allodiis, feodis, feodalibus, nobilibus & plebeis, iuribus, reditibus, prouentibus & utilitatibus eorundem, quo-cunque uocentur nomine uel in quocunque conſiſtant, noſtro, haeredum & ſucceſſo-rum noſtrorum, Sleſiae Glogouiae ducum & dominorum Olſnicenſium, in regis ipſius manibus ſponte & libere reſignantes, ab eo in feodum recepimus perpetuum, factoque ibi per nos fidelitatis debitae homagio, prae-

Dux Olſnenſis offert ſuos tractus pariter IOHANNI R. B. in feudum; adſentiente ei prouincia.

praeſtito corporali nihilominus iuramento ipſi regi, haeredibus ſuis praedictis, tanquam ueris dominis noſtris, uelut princeps & uaſallus eorum ac regni Boemiae antedicti parem deinceps promiſimus & intendere in eisdem, & contra quemlibet principem & hominem, ipſos pro uiribus fideliter adiuuare, reſeruata nobis aedificandi & conſtruendi munitiones nouas in terris & bonis noſtris praemiſſis & deſtruendi ueteres, ubicunque & quandocunque uidebitur nobis pro noſtro, terrarum praedictarum & hominum noſtrorum commodo expedire, libera facultate; uolentes & firmiter ſtatuentes, ut ſi forte nos haeredes ac ſucceſſores noſtri ſublati de medio fuerimus, haeredibus legitimis maſculis non relictis, ex tunc iam dicta bona noſtra, terrae, ciuitates & oppida, cum omnibus ſuis pertinentiis, ut praedicitur, ad noſtros fratres principes illuſtres, dominum Henricum, uidelicet ducem Sleſiae & Glogouiae, Sagnenſemque dominum, ac dominum Iohannem, ducem Sleſiae & Glogouiae, dominum Stinauiae, haeredesque ſuos maſculos, ſi quos reliquerint, ſi autem nullos poſt ſe maſculos reliquerint, ad regem Boemiae praedictum libere & haereditarie debeant pertinere. Hoc tantum adiiciendum duximus nominatim, quod ſi nos ipſi, haeredes uel ſucceſſores noſtri praefati cum clericis, ciuibus, ruſticis uel iudaeis noſtris aliqua cauſa quaeſtionis uel iudicii inſtaurauerimus, de his & de huiusmodi rex & ſucceſſores hic praedicti nobis, haeredibus uel ſuc-

Dux ſibi facultatem caſtella & *munitiones* exſtruendi reſeruat.

Feudi huius ſucceſſio ad maſculos & agnatos tantum reſtricta.

APPELLATIONES ex feudalibus regionibus ad regem *Bohemiae* prohibentur.

ſucceſſoribus ſuperſtitibus noſtris intromittere ſe non debeant modo quouis. Si uero nobiles uel fideles terrarum noſtrarum ſubſcriptarum debitam per nos, haeredes & ſucceſſores noſtros de his quaeſtionibus & cauſis nobis *mere (de quibus iuxta literarum regalium datam nobis continentiam ſubire tenemur & facere iudicium) aſſequi non poſſint iuſtitiam: Regem, haeredem & ſucceſſores ſuos praenotatos adire poterunt, libere querelas ipſorum proponere & defectus, nosque haeredes & ſucceſſores noſtri praedicti citati ibidem coram rege uel haeredibus & ſucceſſoribus ſuis, Boemiae regibus, ubicunque Boemiae fuerit aut Poloniae, coram altero uero principe per eos ad hoc iudice deputato ſiſti tenebimur in terra Wratislauienſi duntaxat iudicium facere & ſubinde nobis, haeredibus uel ſucceſſoribus noſtris conquerentibus quibuslibet iuſtitiae complementum. Illud inſuper ſpecifice duximus exponendum: quod ſi fortaſſe nos, haeredes aut ſucceſſores noſtros grauatis inopia debitis, aut alia cauſa rationabili aliquod territorii & dominii aliquanti de noſtris uendere & obligare continget; munitiones principi nobis aequali, uel alteri regno Boemiae competenti, uel etiam territorium non habenti fideli uel uaſallo noſtro: ex tunc munitionem eandem ſeu territorium habeat, & dominium ſiue non uendendum aut obligandum, ipſis, regi, haeredibus & ſucceſſoribus ſuis, Boemiae regibus exhibere prae coeteris debeamus. Qui ſi ipſam emere uel in pignore reci-

Salua tamen denegatae aut protractae iuſtitiae querela.

Rex *Bohemiae*, tanquam dominus directus, *ius protimiſeos* habet in fundis uel caſtris principatus in feudum oblati.

recipere noluerint, princeps ipse munitionem praedictam territorium habentem emens aut in pignore tenens in feodum ipsam recipere tenebitur ab eisdem, ipsisque tanquam ueris suis dominis seruire * parem, & intendere de eadem. Alter uero non princeps uel in pignore tenens munitionem nostram, territorium aut dominium, ut praedicitur, non habentem a nobis haeredibus & successoribus nostris in feodo eam recipiet; hoc adiecto, quod rex, haeredes aut successores sui antedicti munitiones supradictas pro summa eadem, pro qua obligatae fuerunt uel uenditae redimere ualeant, quando uelint. Illud etiam praeterire nolumus, quod si rex, haeredes aut successores sui nos uel successores nostros, in adiutorium per nos praestandum, ad partes alienas extra Boemiam aut Poloniam euocauerint, subuenientiam nobis debitam, ne seruitiis intolerabilibus praegrauemur, facere teneantur. In quorum omnium testimonium, praesentes literas fieri & sigilli nostri munimine iussimus communiri. Datum & actum, Wratislauiae anno domini MCCCXXIX., VI. Id. Maii.

* *parere* forte.

Certo etiam modo *ius reluendi.*

Dux extra Bohemiae Poloniaeque fines seruitia praestare non tenentur; nisi regis impensis.

CAP. CV.
De litera Vasallagii Henrici ducis Glogouiae.

IN nomine domini, amen. Nouerint uniuersi tam praesentes, quam futuri praesentium notitiam aut copiam habituri, quod quia nos Henricus, dei gratia, dux

lux Slesiae & Glogouiae ac dominus Saga-
ensis, ob specialis amoris affectum &c.&c.
t in Conradi ducis litera, consimili teno-
e per omnia, mutatis solum ciuitatibus &
astris, uidelicet Sagano, Vregenstad, Spro-
w, Grunenberg, Crossen, Nuenburg, War-
nberg, Malwicz, Gura, Petersberg, Czul-
hou, Swiboschin, Lubnow, Buttnyz, Be-
eschyz, Copanicz, Brandatendorf, Necla,
abimust, Prenemud, Przibrow, Trebechow,
um coeteris fortaliciis & munitionibus no-
ris omnibus, appendiis &c usque ad fi-
em, mutatis mutandis, anno domini ut
upra feria proxima post domin. Misericor-
iae domini &c. &c.

L. D. P. de K.

Explicit cronica Bohemicalis feria quarta ante S. Elisabeth. Anno domini MCCCCLXVII.

LIB.

LIB. III.
DIPLOMATARIVM MISCELLVM.

NVM. I.

CONSTITVTIONES BRANDAE CARDINALIS *Placentini legati* MARTINI V. *papae*, VISITATORIS & REFORMATORIS *pro ecclesia Moguntina & totius* ALEMANNIAE *de anno* MCCCCXXII.

BRANDAE *reformatio* ecclesiarum Ger*maniae* 1422.

BRANDA miseratione diuina sanct. Clementis sacro sanctae Romane ecclesie presbyter CARDINALIS Placentinus uulgariter nuncupatus in *regno* BOHEMIE *ac* MISINENSI & MORAVIE *marchionatibus* apostolice *sedis* LEGATVS; nec non *Metropolitanarum cathedralium* aliarumque *ecclesiarum, monasteriorum* ac piorum locorum *regularium* & *religiosorum quorumcunque, parcium* ALMANNIE REFORMATOR GENERALIS, per eandem sedem specialiter deputatus. Reuerendissimo in Christo patri & domino, domino CONRADO, *archiepiscopo moguntino*, prelatis, canonicis ac ceteris clericis tam maioris, quam aliarum ecclesiarum ciuitatis & dioceseos *moguntinae* salutem in domino sempiternam & huiusmodi nostras constitutiones benigne suscipere.

Moguntinae praesertim.

§. I. Quam-

§. I. Quamquam ſacri canones multa pro *utilitate* eccleſiarum & clericorum *honeſtate* ſalubriter prouiderint: tamen usque adeo nonnullorum *clericorum corruptela* excreuit, ut *morum* atque honeſtatis ueſtigia apud eos pauca admodum remanſerint ac multa quottidie, in ſuarum animarum periculum, *preiudiciumque* eccleſiarum committant; que in maximum ſtatus eccleſiaſtici opprobrium nec non in ſcandalum & pernitioſum plurimorum exemplum, redundare nemini dubium exiſtit. **Dolor de eccleſiarum corruptelis.**

§. II. Ideo ut frena huiusmodi inſolenciis apponantur & nouis morbis noua adhibeantur remedia, neceſſe eſt LEGES quottidie CONDERE, ac nouas *penas* annectere, ut ſaltem maioribus *penis perterriti* huiusmodi abuſus committere reformident, pariterque ſuarum animarum ſaluti prouideant. **Medela quibus adhibenda?**

§. III. Sane percipiens ſanctiſſimus dominus noſter, dominus MARTINVS diuina prouidentia papa *quintus* in partibus ALMANIE *cultum diuinum* clericorumque honeſtatem, que olim ibidem maxime uigebant, nunc plurimum proch dolor! *deficere*, ac multa in preiudicium *eccleſiarum* perpetrari: Cupiens, ad inſtar boni paſtoris, oues ſibi commiſſas ſaluas domino reddere, nobis, licet tanto oneri inſufficientibus VISITATIONIS ac REFORMATIONIS curam, omnium eccleſiarum & eccleſiaſticarum *perſonarum* dictarum parcium, per ſuas *litteras apoſtolicas* exactiſſime commiſit, cuius mandatis, NOS, ut tenemur, obtemperare uolentes, maximeque utilitatem eccleſiarum, omnesque clericos **Mandato MARTNI papae.** **ad *uiſitandum & reformandum.***

in ſuis officiis digne domino famulari affectantes, ad MOGVNTINAM *ciuitatem* uolentes ab *Metropolitana* ecclesia *Maguntina*, tanquam inter alias ALMANIE DIGNIORI, OFFICIVM VISITATIONIS *incipere* perſonaliter acceſſimus. Ibique diligenti habita *inquiſitione* ac *uiſitatione* predicta *Maguntina* tam in CAPITE, quam in MEMBRIS, necnon & aliis eiusdem ciuitatis COLLEGIATIS eccleſiis, multa digna *correctione* & reformatione inuenimus, que omnia ſecundum infraſcriptum modum matura prehabita conſultatione cum V. P. *decaniſque* & *capitulis* dictarum eccleſiarum, ac nonnullis aliis grauibus & circumſpectis perſonis preſentibus in perpetuum ualituris conſtitutionibus ordinauimus & emendauimus.

Moguntia dignior, inter Germaniae ecclesias. Reformanda in 1) *capite* 2) *membris*.

§. IV. Ideoque uobis omnibus & ſingulis in uirtute *ſancte obedientie* diſtricte percipiendo mandauimus, ut has noſtras conſtitutiones, prout quemlibet ueſtrum tangunt, ſub penis in ipſis conſtitutionibus contentis, cum omni debita humilitate ſuſcipientes, firmiter obſeruetis. Non *obſtantibus* quibuscumque *ſtatutis* ac *conſuetudinibus* etiam *iuramento* aut quauis auctoritate uallatis; necnon *priuilegiis* indultis ac *literis apoſtolicis*, aut aliorum quorumcunque in contrarium facientibus, quibus prout ipſe DOMINVS NOSTER in ſuis literis expreſſe derogat, nos etiam derogamus. Vt, quia fruſtra *leges* conderentur, niſi eas, aliquis debite exequeretur.

Inde haec conſtitutio 1422.

§. V. Ideo uos, reuerendi patres, alioſque *archiepiſcopos* qui pro tempore fuerint ueſtri ſuc-

eiusque executio.

ſucceſſores harum noſtrarum conſtitutionum & ordinationum EXECVTORES facimus & deputamus, uobisque & dictis ſucceſſoribus diſtrictiſſime mandamus, ut has conſtitutiones & ordinationes ab omnibus inuiolabiliter, cum omni diligentia, obſeruari faciatis transgreſſores earum *irremiſſibiliter* puniendo: cum poteſtate penas in ipſis conſtitutionibus inſertas, iuxta *exceſſuum* & *excedentium* qualitatem, ac temporis exigentiam ampliandi, & moderandi, ſuper quibus ueſtram & eorum *conſcientias* diſtrictius oneramus, & ab *excommunicationum* penis in dictis conſtitutionibus appoſitis, ſi quis in eas inciderit, debita correctione praemiſſa, in forma eccleſie conſueta abſoluendi.

§. VI. Ne quis autem dictarum conſtitutionum *ignorantiam* poſſit pretendere uobis, reuerendi patres, iniungimus; ſub pena *interdicti* ab ingreſſu eccleſie; ut easdem conſtitutiones, noſtro *ſigillo* impendente munitas infra VNVM MENSEM a die exhibitionis preſentium *decanis* & *capitulis* dictarum eccleſiarum, ciuitatibus & dioceſibus *publicare*, & *intimare* curetis. Quosdemque *decanos* & *capitula* ſub penis, que nobis uidebuntur, ad recipiendum copiam dictarum conſtitutionum easdemque inter alia eorum ſtatuta collocandum & inſerendum cogatis & aſtringatis.

***Promulgatio* infra unum menſem.**

§. VII. Volumus etiam ne per DESVETVDINEM aut obliuionem hee noſtre conſtitutiones e memoria hominum dilabantur; ut in quolibet SINODALI aut PROVINCIALI CONCILIO quod in ciuitate uel dioceſi *Maguntina*

celebrari contigerit, *publice alta & intelligibili uoce* omnibus audientibus legantur ac recitentur. *Tenor autem dictarum constitutionum*, in CHRISTI nomine sequitur & est talis.

LEX. I. de EPISCOPORVM CAPITVLATIONIBVS post electionem prorsus interdictis.

§. VIII. Cum sacris CANONIBVS inhibitum sit in ASSVMPTIONE PRELATI PACTIONES aut CONDITIONES intercedere corruptelam illam in ecclesia *Maguntina* & nonnullis aliis ecclesiis aliquando seruatam, quod dum eiusdem & aliarum ecclesiarum *capitula* ad *electionem* prelatorum procedunt antequam eos *eligant*, aut postquam elegerunt, antequam ecclesiarum *possessionem* & administrationem adipiscantur ab *eis* IVRAMENTA AC PROMISSIONES EXTORQVENT inter que interdum, nonnulla que *speciem honesti* haberi uidentur, premittunt ut alia grauia & irrationabilia accumulent, presenti constitutione *cassamus* & *abolemus*.

REFORMATIO a *capite*, Neque eligendus sub *conditione*.

§. IX. Volentes autem ab ecclesia *Maguntina tanquam* CAPITE REFORMATIONEM incipere. Statuimus & mandamus ad ELECTIONEM archiepiscopi *Maguntini* PVRE SINE VLLA PACTIONE aut CONDITIONE debere procedi. Nec etiam in ipsa ecclesie *possessionis* & administrationis adeptione siue per uiam electionis, siue *prouisionis* apostolice fuerit promotus, *pactionem* aut *conuentionem* exigi aut extorqueri debere, alioqui tam *exigentes*, quam *electum* siue prouisum ultra alias penas *iuris* fulmini excommunicationis subiacere decernimus; a qua nisi per romanum *pontificem* nequeant absolui.

§. X. Ve-

§. X. Verum quia malicia temporis ita excreuit ut noua oporteat adhibere remedia. Nam nonnulli *prelati eccleſiarum* dminiſtrationem adepti, ea ad que de *iure* enentur nonnunquam *facere negligunt* & ecuſant. Ideo ut, ad ſeruandum ea fortius ſtringantur; per hanc noſtram CONSTITVTIONEM uolumus & ordinamus; *archiepiſcoum*, qui pro tempore fuerit, in ipſius eclefie poſſeſſionis & adminiſtrationis adptione hec que ſequuntur tanquam *iuſta*, *ationabilia* & *boneſta* pro bono regimine cclefie tam in *ſpiritualibus*, quam *temporaibus*, & debita cura ſubditorum coram *deano* & *capitulo* ecclefie *Maguntine* ad ſana dei *euangelia iurare* debere in hunc molum. Et ſuper huiuſmodi iuramento liteas oportunas ipſis decano & capitulo dare.

Niſi ut faciant ea ad quae *iure* tenentur.

§. XI. *Prelatos* & *canonicos* ecclefie *Mauntine* & alias perſonas eccleſiaſticas cuiusunque ſtatus, ordinis aut conditionis exiant ciuitatis & dioceſeos *Maguntine* ac orum bona & res *protegam* & *defendam* ab niuriis & uiolenciis a quibuscumque infeentur iuxta poſſe & noſſe. Priuilegia & bertates predictorum prelatorum & canoicorum ecclefie Maguntine & ipſarum eceſiaſticarum perſonarum dictarum ciuitaım & dioceſium que non ſunt contra ius t honeſtatem, non tollam nec eis preudicabo; ſed ea conſeruabo & conſeruari ciam iuxta poſſe & noſſe.

IVRIS IVRANDI FORMVLA, ab electo praeſtanda.

Predictos, prelatos & canonicos ac ipſas erſonas eccleſiaſticas dictarum ciuitatum & ioceſium in ſuis rebus, redditibus & pro-

uentibus liberos & immunes ab omni *peda-gio*, *theolonio* siue *gabella* seruabo & manutenebo nec ab aliquo exactionari indebite & in meo territorio & dominio permittam quantum in me erit.

Priuilegia non sint enormia.

§. XII. Nulli uniuersitati aut priuate persone priuilegia, libertates ipsi capitulo aut aliis ecclesiis ciuitatis & diocesis *praeiudicialia & contra ius* dabo aut concedam, & sic iniuste ac indebite datas ac concessas a meis antecessoribus tollam & reuocabo pro posse & nosse. Castra, *opida*, *terras*, *homines*, *prouentus* & alias res & bona ad mensam archiepiscopalem spectantia & spectatura *nullo modo alienabo*, nec *impignorabo* sine iusta & rationabili causa & CONSENSV *decani* & *capituli* ecclesie Maguntine & ROMANI PONTIFICIS AVCTORITATE aut saltem *solius Romani* pontificis auctoritate.

Alienationes cum *papae* consensu.

Praelatis ius patronatus relinquendum.

§. XIII. Predictos, prelatos & canonicos *maioris ecclesie* clericos & alias personas ecclesiasticas ciuitatis & diocesis Maguntine communiter uel diuisim aliquo modo non impediam; quo minus *beneficia* ad eorum *electionem*, *collationem* & *prouisionem* spectantia libere & cuicunque persone idonee *conferre*, & de eis *prouidere* possunt: idoneos autem clericos presentatos siue electos ab eisdem, quorum confirmatio ad me pertinet, sine dolo & fraude seruabo & seruatos confirmabo.

§. XIV. TESTAMENTORVM quoque & ultimarum uoluntatum rite factarum & factorum executionem non impediam nec *post mortem* de *excessibus* aut *delictis clericorum*

que-

questionem mouebo, nisi quantum iura per-
mittunt & ordine iudicario seruato.

§. XV. Dum *uisitabo* decanum & capitu-
lum maioris ecclesie, & alios clericos ciui-
tatis & diocesis siue prouincie; PROCVRA-
TIONES *iniustas* non recipiam.

§. XVI. *Penitentiarios* in ciuitate & dio-
cesi ponam probatos uiros, graues & hone-
stas personas, a quibus iuramentum reci-
piam, uel recipi faciam quod *nihil pro* PE-
NITENCIIS exigant.

§. XVII. VICARIVM meum ponam in pon-
tificalibus grauem & honestam personam;
a quo iuramentum recipiam aut recipi faciam
quod diligenter ordinandorum uitam &
etatem examinabit, & quod *nullum ordinet*
nisi *idoneum* & quod ab ORDINANDIS NICHIL
penitus RECIPIAT, nec etiam pro aliis sacra-
mentis & rebus sacris ministrandis.

Ordinatio gratis facienda.

§. XIIX. BENEFICIA ad meam *collationem*
& dispositionem pertinentia, personis *lite-
ratis* & aliis *honestis* & *idoneis* conferam. Eum
qui preesse debet iudicio, & iuri reddendo,
ut iustitie ministrande non preficiam, nisi
DOCTOREM in IVRE aut LICENCIATVM, seu *iu-
risperitum* grauemque & sufficientem per-
sonam a quo iuramentum recipiam, uel re-
cipi faciam quod nichil penitus cum *notariis*
lucro percipiet, nichil etiam pro ipsis
sententiis accipiet, nisi forte essent aliqua
modica *esculenta* uel *poculenta*.

Iudex causarum *doctor iuris* esse debet aut licentiatus.

Discere inde modum potes, quo ius can. & ciu. in Germ. ualuerit uid. ILL. BOEHMERVS *iur. eccl. protest. lib. I. Tit. II. §. 36.*

§. XIX. Aliquem qui teneat SIGILLVM
meum archiepiscopalis officii non consti-
tuam nisi sit *clericus* NON CONIVGATVS, bona
& honesta persona; a quo iuramentum reci-

piam, uel recipi faciam, quod nullam ſcripturam *ſigillabit* niſi meo mandato & aſſenſu aut eius, quem *iuri reddendo prefecero:* exceptis tantum citationibus de comparendo in iure. *Notarios* in meis iudiciis non conſtituam niſi *clericos non coniugatos* bonasque & ſufficientes perſonas, qui iurent quod in *ſalariis ſcripturarum* recipiendis, quantitatem iuſte (*taxatam* ſi *taxata* eſt) non excedant; quod ſi *taxata* non eſt, imponam per *iuramentum* ei, quem *iudicio* meo prefecero quod *taxare* conuenienter ac *iuſte* debeat *ſallaria ſcripturarum*, & etiam ipſius *ſigilli* quos etiam iurare quod a pauperibus & miſerabilibus perſonis nichil penitus recipient.

Notarii i.e. actuarii clerici.

§. XX. MONASTERIA & *eccleſias* ad *inopiam* & *paupertatem* deducta operam dabo ut ad ſtatum reducantur & que in ſtatu uigent conſeruentur iuxta poſſe & noſſe.

Monaſteriis & ſacris aedibus proſpiciendum.

§. XXI. OFFICIALEM FISCALEM, aut alios *commiſſarios* non deputabo niſi uiros honeſtos & idoneos.

§. XXII. *Officiales* & CVSTODES ciuitatum, *caſtrorum* & *opidorum* non deputabo, niſi *iurent* bene & legaliter ſuum officium ſiue cuſtodiam, exercere, ac clericos & eccleſiaſticas perſonas ciuitatum & dioceſis & maxime *prelatos* & *canonicos* eccleſie *Maguntine* cum eorum bonis, & rebus in diſtrictu ſui officii defendere, protegere, & manutenere. Et ipſos in ſuis iuribus priuilegiis, & immunitatibus fouere & conſeruare. Qui etiam iurent, quod ſi me mori, uel quod abſit *capi*, aut *incarcerari* contingat, quod *decano* & *capitulo* ipſius maioris eccleſie pare-

Sub officiales mortuo uel capto archiepiſcopo capitulo

arebunt & *obedient* in omnibus & per omnia nquam mihi.

§. XXIII. Et quod ciuitates, castra & *opida* *iurisdictiones* ad instantiam, petitionem obedientiam dictorum decani & capituli nebunt & possidebunt, usque ad futuri ontificis promotionem, seu meam libera-onem quos officiales & custodes in eorum sumptione faciam mihi super premissis dare teras patentes ipsis decano & capitulo per e assignandas.

cathedralis ecclesiae parere debent.

§. XXIV. Que omnia & singula supradicta *pitula* tanquam *iuridica*, *honesta* & ratio-abilia nonsolum *iurari* per uos, reueren um patrem dominum ARCHIEPISCOPVM, ut upradictum est, sed etiam per assumendum uemlibet dominum archiepiscopum statui-nus & mandamus. Vosque dominum archi-piscopum presentem, atque alios qui pro empore fuerint ad obseruandum ea, & ob-eruari faciendum per has nostras constitu-iones astringimus & artamus.

Nouus archiepiscopus *Mogunt.* in praecedentia capita iurare debet.

§. XXV. Similiter ut prelati & canonici cclesie Maguntine ad id, ad quod de iure enentur * foriens nouerint se astrictos; uo-umus ut quilibet eorum in sua receptione uret ultra alia que solent *iurari* esse ecclesie Maguntine, & ipsi domino *archiepiscopo* fi-elis & obediens, ac eidem domino archi-piscopo omnem obedientiam & reueren-iam prebere in rebus licitis & honestis, ec contra ecclesiam, aut dominum archi-piscopum & statum suum opere seu con lio aliquid *machinari* *machinantes* autem uam cito poterit, eidem domino archi-

Capitularium iurisiurandi capita; quod archiepiscopo debent praestare.

 episcopo

episcopo reuelare mensam quoque archiepiscopalem eius res & bona quantum in se erit pro posse & nosse defendere & conseruare.

Canonici horis interes se debent.

§. XXVI. Cum redditus & prouentus ecclesiastici propter *diuina officia* celebranda instituti sint. Et quemadmodum integros suorum beneficiorum *fructus* clerici percipere uolunt. Ita equum est, ut integre se *diuinis officiis* obsequentes exhibeant. Ideo nos supra omnia *cultum diuinum* augere cupientes, *abusum* illum penitus tollimus & abolemus; qui tam in ecclesia maiori, quam in nonnullis ciuitatis & diocesis ecclesiis hucusque permansit, *ut canonici & alii clerici diuinis officiis, pro modico temporis spacio, interessent & integras presencias seu distributiones aut alia emolumenta percipiant.* Statuimus igitur & mandamus tam in dicta *maiori*, quam in aliis ciuitatis & diocesis Maguntine ecclesiis, ut si in matutinis saltem antequam perficiatur *Psalmus: Venite exaltemus*, & in aliis horis ante finem primi *Psalmi* & in *missa* ante ultimum *Kyrieleison*, & in complenda siue ultima collecta diuinorum officiorum non interfuerint, *careat tota illius hore distributione* siue *presentia.*

Aut carere diurna distributione.

§. XXVII. Quum ualde iniquum est, & res *pessimi exempli*, ut tempore quo diuina celebrantur officia, *canonici* & alii *clerici*, qui deuotissime deberent Psalmode intendere *confabulationes* aliaque inter se colloquia, ad diuinum officium non spectancia, habeant. Statuimus & mandamus ut dicti canonici & clerici, qui tempore diuinorum

inter

ter se *colloquia* seu *confabulationes* in *choro* habuerint, *suspendantur* a *presentia* & *corpore prebende*, seu beneficii, quod in eccle- obtinent per unum diem irremissibiliter ultra ad arbitrium decani, aut, eo absente, cum eius tenentis.

Poena garrientium, in ecclesia, clericorum.

§.XXIIX. Quemcumque *prelatum, canonicum* uel *uicarium* tempore diuinorum per ecclesiam cum laicis, seu aliis clericis *spaciari* seu *uagari* contigerit; careat *unius ebedomade presentia*, & corpore prebende, seu beneficii quod in ipsa ecclesia obtinet irremissibiliter, & ultra secundum arbitrium decani aut eo absente locum eius tenentis.

Ambulantis clerici, inter diuini cultus celebrationem poena.

§.XXIX. *Vicarios* & ALTARISTAS tam dicte maioris ecclesie, quam aliarum collegiatarum ciuitatis & diocesis plurimorum fide dignorum relatione percepimus remissius in suis altaribus missas celebrare contra iuris dispositionem & forte fundatorum uoluntatem. Statuimus & ordinamus decanos dictarum ecclesiarum omnino debere cogere dictos *uicarios, & altaristas* sub penis, que sibi uidentur, ut saltem *bis* uel *ter* in qualibet *ebedomada* in eorum *altaribus missas* per se uel alios idoneos clericos, nisi ex onere fundationis aut aliunde in ipsis suis altaribus pluries tenerentur, debeant celebrare.

Vicarii & altaristae adigendi ut missas ordinatas legant.

§. XXX. Prohibemus ut *tempore diuinorum* capitula & *actus capitulares* siue alii tractatus, per canonicos, celebrentur nisi forte urgens pro tunc necessitas immineat decanum uero, aut quemuis alium in eius absentia qui ad talem horam sine predicta causa capitulum conuocauerit, seu congregauerit, suspen-

Conuentus capituli sacrorum tempore, prohibentur.

suspendimus per unam ebedomadam, a *presentiis & corpore prebende,* de qua causa maior pars capituli iudicare possit.

§ XXXI. Quia negotia ad ecclesiam pertinentia *caritatiue & mansuete* canonici inter se tractare debent tanquam *fratres.* Ideo mandamus *decano* uel, eo absente, locum eius tenenti: ut si quando in *actibus capitularibus* uiderit aliquem de canonicis alteri canonico *conuiciari* seu *iniuriari* siue impedire quo minus libere & sine *impedimento uotum* suum dicere possit; ut talem canonicum a p ciis & corpore prebende per *unum m* *irremissibiliter* & ultra, ad arbitrium de cani, uel eo absente in eius locum s dentis secundum facti qualitatem susp re debeat; prohibemus etiam sub pena ne aliquis canonicorum ad ipsum capi arma portare debeat.

Canonicus alterum quo minus sententiam *libere* ferat, non debet impedire, neque *armis* instructus uenire in capitulum.

§. XXXII. Consuetudinem illam potius abusio et corruptela censen qua permittitur in *actibus capitularibus* de canonicis, & licet nullam uel ra tionabilem causam sue contradictio gnet, posse reliquorum canonico *unam sententiam concordancium* uolu *impedire; tollimus* penitus et abolemus quia est irrationabilis, et ex ea quam mala et scandala procedere dignos Tum quia est contra sacrorum can instituta. Statuimus igitur et ordin de cetero in omnibus ecclesiis ciu diocesis Maguntine capitula sec *iuris communis* dispositionem agantur uidelicet id quod *maior* et *sanior pars* ca

Vnius *dissensus* in capitulo contra reliquos efficere nil debet.

Sed *maior* & *sanior* pars attendenda.

eliberauerit, ratum et firmum habeatur liorum contradictione minime obstante ctumque a toto capitulo censeatur. Taterque a *maiori parte* deliberatum execuoni demandetur quam executionem quimque canonicorum impedierit aut impeti fecerit, uoce et emolumentis capituli, er unum mensem, decernimus esse priitum.

§. XXXIII. Cum LITERARVM IGNORANTIA *ericis* plurimum esse *periculosa* noscatur. atuimus ut ad uocem et emolumenta capituli nullus canonicorum admittatur, nisi ltim congrue LOQVI sciat LATINVM, nec ossit admitti, nisi proprio iuramento, prius lo decanus et scholasticus in propriis peronis *examinato* de hoc testimonium perhieant. Quod si contra suam conscientiam eposuerint preter periurium, quod incurnt eo ipso *excommunicationi* subicimus.

LATINAM linguam oportet canonicum nosse.

§. XXXIV. Est in nonnullis ecclesiis citatis et diocesis Maguntine presertim in psa maiori ecclesia consuetudo, *ut* SCOLAricvs qui pro tempore fuerit, assumpti ad anonicatum tam diu *prebendam* sibi retineat uousque ipsum *emancipare* uoluerit. Vne fit ut, *auaricia* eius retinendi prebendam, terdum allectos diutius sub sua uelit retiere potestate. Et quod deterius est, nisi ecum de certa pecunie quantitate conueerit, eum emancipare recusat. Talem aum consuetudinem siue statutum debita noderatione limitare uolentes: statuimus redictam constitutionem statutum ad MAISTROS et LICENCIATOS siue BACCALARIOS *for-*

Emancipatio canonica a *scholastico* facienda.

Gradu tamen aliquo academico conspicui emancipatione non indigent.

formatos in SACRA PAGINA DOCTORES*que* LICENCIATOS *in* IVRE CANONICO *uel* CIVILI, *s* *ad sacerdotes, nec non ad illos qui in aliis e* *clesiis per unum annum integrum capitular* *fuerint, ubi persone idonee & literate reci* *solent, nullatenus debere extendi*; quos eo ip a cura ipsius SCOLASTICI *liberos* & emancip tos esse decernimus. Hii uero qui sunt in fra *sextumdecimum* annum usque ad ipsum *sextumdecimum* annum continue; qui uero *sextumdecimum* annum excedunt per *annum* tantum, & non ultra sub eiusdem SCOLASTICI cura & *disciplina teneri* possunt, quo tempore elapso emancipati intelligantur. Si

Qui in *academia* studiis operam dare uolunt; scholasticus impedire nequit.

tamen aliquis predicte etatis ad STVDIVM GENERALE de LICENTIA *prelati sui, studendi* *causa, se transferat, nolumus, a scolastico* *per retentionem prebende uel alium modum,* *debere impediri.* Addimus etiam ne pro emancipatione *domicellorum* aliquid penitus predicti SCOLASTICI audeant recipere sub pena *dupli* eius quod receperint. Mandamus

Emancipatio sine ullo interueniente precio fieri debet.

autem predictis SCOLASTICIS, ut prouidere debeant iuxta *consuetudinem ecclesiarum* SCOLIS *puerorum* de *sufficientibus* & utilibus *magistris*, qui debitam ac sollicitam ipsorum scolarium, tam in moribus quam in scientia, instruendorum curam habeant; de qua re dictis SCOLASTICIS iniungimus: ut sepe inquirant & se informent prouidendo ut in dictis scolis nullus defectus committatur &

Scholarum curam gerit scholasticus.

in predictis si SCOLASTICI negligentes aut remissi fuerint damus licentiam decanis & capitulis suarum ecclesiarum per subtractionem fructuum ipsius scolastrie, predictis defectibus prouidere. §. XXXV.

§. XXXV. Quoniam etate nostra, quod dolenter referimus, pululantibus innumeris HERETICIS qui peruersa doctrina *totum orbem* inficere conantur, oportet clericos *clipeo scientie sacre theologie* fore munitos, qui & predictos *hereticos* confundere, & *laicos* ac simplices *personas*, ab eorum erroribus, auertere ualeant. Ideo districte mandamus decano & capitulo ecclesie Maguntine ut secundum *sacrorum canonum* instituta tenere debeant aliquem in *sacra pagina magistrum*, ut saltim *baccalarium* formatum, qui GRATIS AVDIENTIBVS *sacre pagine scientiam legere teneatur* sub pena suspensionis fructuum suarum prebendarum quam diu predicta neglexerint.

Ista sanctio nouorum tunc in *Bohemia* doctorum gratia facta est.

§. XXXVI. Quemadmodum ecclesia dei utilitatem & augmentum per LITERATOS CLERICOS cottidie recipit ita per *indoctos iacturam* patitur et detrimentum. Ideo statuimus ut non obstante aliquo statuto uel consuetudine, quicumque *clerici*, de LICENCIA prelatorum suorum, ad STVDIA generalia, se transferunt; quamdiu ibidem fuerint *studendi causa* usque ad SEPTENNIVM nisi prius *gradum* acceperint, & post gradum acceptum in *una scientia*, non audirent & studerent, in alia infra huiusmodi *septennium* cum ea integritate beneficiorum suorum, exceptis duntaxat cottidianis distributionibus, fructus percipiant: quemadmodum si in ipsis ecclesiis presentialiter residerent. Uerum quia in multis ecclesiis ex *statuto*, uel *consuetudine*, oportet per *annum* uel *tempus* in ipsis *ecclesiis* CONTINVAM RESIDEN-

Praelati, academias frequentare cupientes, non impediendi in eo.

CIAM

CIAM facere ante integram fructuum perceptionem, quod ipsos *studere* uolentes plurimum impedire dignoscitur: Statuimus ut ipsam *residentiam* dicto tempore *studii* elapso, & non prius, facere teneantur, prelatis autem illis dumtaxat predictam *licentiam* dare uolumus qui habito *testimonio* aliquorum grauium personarum, maxime de ecclesia, idonei & HABILES ad *studendum* esse uideantur. Capitula autem que contra hanc salubrem ordinationem uenire presumpserint, in duplo eius, quod ipsis studentibus abstulerint, eisdem uolumus esse obligata.

Neque illi *residentiam* tenere obstringuntur, dum *studiorum causa*, absentes sunt.

§. XXXVII. Illum etiam abusum in ecclesia Maguntina & aliis ubicumque uigentem uidelicet; ut in *libito uoluntatis* canonicorum capitularium consistat, *quos uelint de canonicis ad capitulum* mittere tollimus & abolimus statuentes: ut qui *receptus* est ad *canonicatum* & *prebendam*, & in ordine *subdiacon*atus constitutus, seruatis statutis, equis & rationabilibus in ecclesia Maguntina propter *eligendi archiepiscopum*, qui *toti prouinciae* preesse debet, & quia ibidem ardua negocia tractari solent etatis sue anno *uigesimo quarto* in aliis autem collegiatis *uigesimo* anno completo uoce & emolumentis capituli quemadmodum alii, gaudere debeat, non obstante aliquo statuto, uel consuetudine de certo numero capitularium; magistros autem siue baccalarios *formatos* in *sacra pagina* siue DOCTORES aut LICENCIATOS in *altero* IVRIVM in quacumque etate esse contingat Volumus ad capitulum admitti, omnibusque emolumentis capituli gaudere; seruatis alii

Canonicus cathedralis ecclesiae 24 annos natus uotum in *capitulo* habere debet.

In *collegiatis* ecclesiis 20 aetatis annus sufficit.

Qui honores *academicos* sunt adepti, nulla aetatis habita ratione admittendi sunt.

llis ſtatutis equis & rationabilibus & ordi-
ibus ſacris ſuſceptis. Capitula uero & ſin-
ulares perſonas, que contra predicta facere
reſumpſerint, tamdiu, a diuinis officiis
a fructibus dignitatum & prebendarum
arum, ſuſpendimus usque quo predictos
nonicos, de quibus in hac conſtitutione
mentio, & capitulum & emolumenta
pituli plene admiſerint, ac duplum eius
quo dictos canonicos damnificauerint
ſdem reſtituerint.

§. XXXIIX. Cum ex *multiplicatione per-
narum* cultus augeatur diuinus: Statuimus
de cetero nullus *canonicus* ſiue in *dignitate*
onſtitutus in eccleſia *maiori* uel *aliqua* ex
llegiatis intra muros ciuitatis Maguntine
el extra poſſet *in alia aſſequi canonicatum*
prebendam ſiue dignitatem, niſi primam
mittat, niſi contingat quem habere digni-
tem ſiue prebendam uel dignitatem cum
ebenda in una eccleſia, ita *exiles* ac *tenues*
uod commode exinde non poſſet ſuſten-
ri. Quo caſu in duabus tantum eiusdem
uitatis eccleſiis intra muros, uel extra con-
edimus fieri *beneficiatos*. *Magiſtros* autem
baccalarios formatos in ſacra pagina, nec
on *doctores* ac *licenciatos* in altero iurium
ermittimus in duabus tantum eiusdem ci-
tatis eccleſiis eſſe beneficiatos.

Duas praebendas eodem tempore clericum habere non licet.

His tamen exceptis, qui magiſtrorum &c. in numerum ſunt relati.

§. XXXIX. Ex predicta etiam cauſa ac
m *libera* eſſe debeat beneficiorum *officio-
m eccleſiaſticorum collatio* & prouiſio. Tol-
nus ſtatutum illud abuſiuum ex omnibus
cleſiis ciuitatis & dioceſis Maguntine,
o cauetur: ut *prepoſiti* aut alias *dignitates*

Dignitatum eccleſiaſticarum collatio libera fieri debet.

ſiue officia obtinentes ad poſſeſſionem *pre-latʋre* uel *dignitatum* aut *officiorum* minim admittantur, niſi prius *iurauerint cuſtodiam officialatum* aut alia queuis *officia* uel benefi-cia ad ſuam collationem uel prouiſionem ſpectancia *nulli alii conferre* aut prouidere quam *canonico* eiusdem *eccleſie capitulari*. Eos autem qui ſic compulſi iurauerunt, a *obſeruatione iuramenti* abſoluimus & libe-ramus.

Priuilegia absque cauſa nemini concedenda.

§. XL. *Priuilegia* cum ſine *cauſa* dari no debeant, equum eſt, ut ceſſante cauſa ceſ-ſet & priuilegium: ſtatuimus ut nullus *ca-nicus* ſiue quiuis *beneficiatus* in ciuitate diœceſi Maguntine aſſumptus in *capellanum domini archiepiſcopi Maguntini* gaudeat pri-uilegio *exemptionis* uel *reſidentie* niſi quam-diu actu eſſet in *ſeruitio ipſius domini arch-episcopi*.

Succumbens, in lite forenſi, in fructuum & expenſarum reſtitutionem damnandus.

§. XLI. Cum de iure ſit & equitate *uictus uictori* in expenſis & fructibus m perceptis condemnetur, tollimus & expre abolemus corruptelam illam hactenus o ſeruatam: ut *licet litigans in curia Roma pro iuſtitia conſequenda ad poſſeſſionem bene-ficii*, quod iudicialiter obtinuit non admi-tatur, niſi *fructuum reſtitutionem*, *& expen-ſarum* condemnationem ſuccumbenti remi-ſerit. Eum autem & eos, qui ſic fructus expenſas remittere *uictorem* compulerunt excommunicationi ſubiacere decernimus. Et nichilominus ipſe ſuccumbens teneatur ad integram ſatisfactionem condemna-torum.

§. XLII. Necnon & illam abolemus con-

ſuetu-

etudinem siue statutum quibus recipiendi
l possessionem canonicatus & prebende
l dignitatis aut alterius in ecclesia officii
l beneficii, uel ad capitulum SOLVERE
ringunt singulis canonicis siue prelatis
utilitatem ipsorum priuatam *certam pecu-*
quantitatem, *prandium*, *pastum*, aut *uini*
artalia uel aliam *mensuram* cum *simonie*
ciem in se continere uideantur & sacris
nonibus expresse prohibitum reperitur;
mpellentes uero ad soluendum *quadru-*
m restituere teneantur.

Beneficia ecclesiastica *nullo* interueniente *pretio* sunt conferenda.

§. XLIII. Vestium indecentium abusus,
ricos non solum *contemptibiles* facit, sed
ndalum & malum exemplum parit in po-
lo. Ideo mandamus ut in ecclesiis eorum
per ciuitates & opida, *uestes longas & de-*
tes ferre debeant NON SERICIAS *ab extra*
uariatas, aut diuisatas nec desuper ab
ra cum replicaturis foderatas, manicis, aut
ctis, & aliis decentibus statui clericali utan-
, non ferant CALCEOS *siue* SOTVLARES IN-
NESTOS, *aut indecentes, nec consuticios*
ra talum, itinerantibus ex causa *breuiori-*
uestibus uti liceat; coronam autem & *ton-*
am unusquisque suo statui ac dignitati
nuenientem deferat. Transgressores au-
na distributione & corpore prebendarum
beneficiorum suorum per unum mensem
emissibiliter uel plures ad arbitrium de-
i uel eius locum tenentis suspensos esse
ernimus.

Habitus clericis decorus praescribitur. Vestes *sericae* illis interdictae.

Totidem pene uerbis hic §*phus occurrit in cap. 15. X. de uita & honest. cler.*

§. XLIV. Nullus clericorum in ecclesiis
per ciuitates & opida GLADIOS nec PERAS
aperto ad latus portet nisi forte *equitare*

Clerici arma ne tractent.

contingeret, sub pena simili. Extra aut[em] ciuitatem ARMATI in *loricis* non incedan[t] nisi hoc facerent in *defensionem ecclesiae* [&] habita licentia a suo superiori uel conting[e]ret eos incedere per *loca suspecta*, & tu[nc] *coopertas* deferant *loricas* sub pena simili.

nisi pro sua ecclesia & sui defensione.

Interdicuntur eis diffidationes.

§. XLV. Clerici nullam ecclesiastica[m] aut secularem personam, more hostili, diff[i]dent nec in *guerris* ad stipendium alicui[us] uel in *incendiis* uillarum aut domorum [se] recipiant nec *hastiludant*, *aut torneamen[ta]* intrent sub pena *priuationis beneficior[um]* quam ipso facto incurrant. Clerici public[e] *corisantes*, aut *ludentes* ad *alias* uel *taxill[os]* sint eo facto *excomunicati*; interessentes au[tem] huiusmodi *coreis publicis*, aut *ludo taxil[lo]rum*, *corrigantur* ad arbitrium decani ue[l] officialis, si sub decano non fuerint.

& torneamenta.

Item *saltationes* instituere aut ludere *talis*. *Vid.* c. *ㄣ*. X. *de uita & honest. clericor.*

Concubinas ne alant. c. 6. D. 32.

§. XLVI. CONCVBINAS aut *mulieres de in*[*continentia*] suspectas clerici in sua *cohabit[a]tione* tenentes, *priuentur* omnibus prouen[t]ibus suorum beneficiorum ipso facto p[er] spacium *anni*. Si tamen moniti, non desti[terint]: post primam monitionem ipso facto[,] suis beneficiis, sint priuati.

Aedificiorum ecclesiasticorum cura habenda & ratio.

§. XLVII. Si canonicorum aut aliorum *domus* seu *curia* de *dote* ecclesie *labi* in *rui*[*nam*], uel destructionem uideantur nec ea[s] predicti cum possint *reedificare* curent; man[damus] decano & capitulo, ut recipiant *fru[ctus]* prebendarum siue beneficiorum que in ipsa ecclesia obtinent, & eos in recupera[tionem] talium domorum destructarum con[uertant]. Alioquin ad damnum quod pro[pterea]

erea euenerit, uolumus predictos decanum capitulum esse obligatos.

§. XLIIX. Cum secundum iura pene *pe-niarie*, que in *iudiciis* exiguntur, in *pios usus* ogari debeant. Statuimus, ut omnes *pre-siti* & habentes *archidiaconalem iurisdictio-m penas pecuniarias* quas infiligunt pro lictis & excessibus in utilitatem ecclesia-m, quarum sunt *prepositi*, uel *archidiaconi*, t alios *pios usus*, sub *pena dupli*, conuer-nt. Penas autem exactas, & in quos *pios us* conuerterint, uolumus dictos preposi-s, siue archidiaconus debere saltem semel anno in scriptis, & per iuramentum de-nis & capitulis suarum ecclesiarum tradere: ue si non fecerint, predictos prepositos ue archidiaconos a diuinis officiis & fructi-us suarum prepositurarum siue archidiaco-atuum & beneficiorum, que in ipsis eccle-s obtinent in *utilitatem* ipsarum *ecclesia-um* conuertendis decernimus esse suspen-s. Quibus prepositis & archidiaconis di-icte mandamus ne penas pecuniarias, nisi ro *magnis & notabilibus* excessibus, audeant nponere, sed solum *penitentias* salutares & ompetentes.

Pecunia poenalis in pios usus conuertenda.

Poenitentiales potius labores a reis subeundae, quam ut *aere* peccata luant.

§. XLIX. Si contingat aliquem canonicum pitularem alicuius ecclesie assumi ad ali-uam dignitatem eiusdem ecclesie habentem rebendam annexam; statuimus ut taliter ssumptus gaudere debeat *uoce*, & *emolumen-* capituli ac *prebenda integra* sue dignitati nexa, sicut ceteri canonici capitulares; on obstantibus statutis aut consuetudinibus uibuscumque contrariis, etiam iuramento

uallatis, quae iuramenta ex nunc relaxam quem ad eadem onera obligatum esse uol mus, ad quem ceteri canonici capitular & prebendati obligati existunt.

Praepositorum & archidiaconorum iurisdictio non debet *iniuste* impediri.

§. L. Tollimus & abolemus statutum si consuetudinem ex omnibus ecclesiis ciuit tis & diocesis Maguntine quibus cauet quod *recipiendi* in *prepositos* uel *archidiac nos* iurare debeant, *non exercere suam iur dictionem* in illos, ad quos pertinet elect ipsosque sic iurantes ex nunc a tali *iuramen absoluimus*. Quibus tamen propterea alia iurisdictionem quam sibi in eosdem com petat, non intendimus concedere.

Secretarii & actuarii in capitularibus uel archidiaconalibus iudiciis esse debent clerici coelibes.

§. LI. Nolumus NOTARIOS aut SIGILLIF ROS prepositorum, archidiaconorum au aliorum officialium ecclesiasticorum in eo rum *iudiciis*, aut officiis deputari, nisi sin *clerici non coniugati* bone & honeste persone a quibus uolumus iuramentum recipi quod nullam *sigillabunt* scripturam nisi de mand to ipsorum prepositorum & archidiacono rum, aut eorum officialium, & quod nemi nem indebite aut iniuste *exactionabunt*.

Interdicta ecclesiastica locum non habent ob *singulorum* peccata, nisi committens uniuersitatis sit *caput*.

§. LII. Cum interdicta in locis & *uniuer sitatibus* inponi non debeant nisi pro exces sibus ipsius uniuersitatis, uel maioris partis aut presidencium in eadem, non autem sin gularium personarum. Statuimus ut pro aliquo *excessu singularis persone* ipsa *uniuer sitas* interdicto subici non possit. Prohi bemus etiam secundum extraua. Bo. qui incipit *prouide attendentes* pro debito pecuniario locum seu uniuersitatem subici interdicto. Contrarium autem facientes ipso

facto

cto excommunicationi ſubicimus a qua
on poſſint prout etiam nec debent abſolui,
ſi prius ſatisfecerint de iniuria & damnis
intereſſe ipſius loci aut uniuerſitatis.

NVM. II.

enor autem literarum apoſtoli-rum MARTINI V. *papae ſuper aedictis uiſitatione &* REFOR-ATIONE *nobis directarum de uerbo ad uerbum ſequitur & eſt talis* anno MCCCCXXII.

MARTINVS *epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, dilecto filio* BRANDE ſancti Clementis presbytero cardinali, apoolice ſedis legato ſalutem & apoſtolicam enedictionem. Recogitantibus nobis aſſiue, dolenterque mirantibus, quot *morum* m fere *inſanabilibus morbis* hoc finale generis humani * ſonium atteratur indulgens igiter noxiis, ac diffuſis uehementius ubiue ſceleribus procliuius indies ad deterio procumbens, & prochdolor! non adiiens; ut reſurgat copioſa materia *gemitus & eroris* incubuit, cum fere *grex* uniuerſus ideatur rationabilium ouium habitum exiſſe.

MARTINI V. *formula mandati*, qua inſtruxit *legatum* in Germaniam 1422.

§. II. Miſerabiliter nempe latera iactatur umanitas inter fluctuoſas inundancium tempeſtates, et iuſto dehiſcentis rgite *naufragio* plurimorum mortaturba perit; uirtutes uiciis precipiti ruina

Papa de hominum ſui temporis *prauitate* queritur.

ruina ſuccumbunt, et natura bona malici deformante peccati, rara ſupereſt merito rum ſpecies ad decorem. Nam in membri ſenſualium hominum irrationabilium con cupiſcentiarum triumphante malitia, ſolut ſunt frena licentie per que abrupta malo rum, et abrupta uiciorum ad conſumation interitum liberis trahuntur excurſibus deſi deriorum carnalium uoluptates.

§. III. In mundo itaque *ſol iuſtitie* uidetu mentientis crepuſculi, ueſperam occidiſſe iam pene prorſus obductus, denſaminis c ligine peccatorum; ſed inter hoc cor no ſtrum, quod multiplex languentis popu corruptela conturbat, non mediocriter ul nerat doloris acerbitas, quod, ſicut fide di gna plurimorum relatione percepimus, i pleriſque partibus Alamanie, in qua hacte nus permaxime uiguit deuotio & cultu diuinus percrebuit plurium metropolitan rum et aliarum eccleſiarum *cathedralium*, etiam *collegiatarum* extra tuam *legation* conſiſtentium eccleſiarum illarum preſerti in quibus *nobiles*, ultra communium *bar num* et aliorum *militarium nobilitatem* ſe, eorum genere *illuſtres*, ſeu *nobiles liber* dicentes et nominantes *canonicatus* & *pr bendas* obtinent; per eorundem *illuſtrium*, ſe *nobilium* plerumque pro *nobilitate gener* qua ſub quodam confidentie ſpiritu, licen tie laxatis habenis *abutuntur*, uitam, mo & obſeruancias eccleſiaſticas parum adue tencium aliarumque perſonarum in eiſde eccleſiis reſidentium negligentiam ſeu ini riam decor decidit, et ſtatus eorum defo

Clerus in *Germania*, inprimis autem canonici ex *immediata nobilitate* genus ducentes, uitia ſectantur.

matus proximam tam in ſpiritualibus quam temporalibus *deſolationem minatur.* In nonnullis quoque monaſteriis, et aliis locis ecclesiaſticis ſecularibus & regularibus parcium earundem, tam ex ipſorum prelatorum & preſidencium inutili regimine, quam aliarum in eius pro tempore degencium perſonarum defectu & negligentia regularis obſeruantia poſtponitur; norma diſcipline reſpuitur, cultus diuinus negligitur, perſone quoque huiusmodi, uite ac morum honeſtate proſtrata, lubricitati, incontinentie & aliis uariis carnalis concupiſcentie uoluptatibus & uiciis non ſine graui diuine maieſtatis offenſa tabeſcentes uitam ducunt diſſolutam, plurimos periurioſos ac deteſtabiles exceſſus inpune committentes in animarum ſuarum periculum, tocius clericalis ordinis dedecus & ſcandalum necnon perniciosum exemplum plurimorum.

Monaſteria quoque hac corruptione infecta.

§. IV. Cum igitur ex iniuncto nobis paſtoralis officii debito noſtra intereſt prouidere, in premiſſis, & de te, quem ſcientia *preditum, morum honeſtate decorum,* & conſilii maturitate preclarum, conſtantia, induſtriaque conſpicuum, atque nobis inter ceteros fratres noſtros merito multiplicis tue probitatis carum ſpecialiter, & acceptum, ad regnum BOHEMIE, & MISNENSEM & MORAVIE MARCHIONATVS commiſſo, tibi in illis, plene *legationis* officio, duximus de fratrum noſtrorum conſilio deſtinandum; tenentes in domino *fiduciam ſpecialem* quod ea, que tibi commiſimus, iuxta tue prouide circumſpectionis induſtriam, ſollicite, prudenter & fide-

Cardinalis Placentini, BRANDAE, laudes.

fideliter exequeris. Te metropolitanis & cathedralium aliarumque ecclesiarum necnon monasteriorum & aliorum locorum regularium & religiosorum quorumcumque parcium predictarum generalem in spiritualibus & temporalibus REFORMATOREM, de eorundem fratrum consilio, auctoritate apostolica, constituimus & etiam deputamus circumspectioni tue, per apostolica scripta, committentes, & mandantes quatenus ad partes predictas personaliter accedens ac habens pre oculis solum deum omnia & singula dictarum parcium tam metropolitanas quam cathedrales, seu etiam collegiatas aliasque ecclesias necnon monasteria & alia loca ecclesiastica exempta & non exempta secularia & regularia cuiuscunque etiam ordinis fuerint, ac domus & habitationes quecumque, tam uirorum quam mulierum, in quibus sub fruge melioris uite aut deuotionis seu religionis aut etiam contemplationis intuitu seu specie persone seculares, uel ecclesiastice, seu etiam regulares, cuiuscunque sexus fuerint, conueniunt seu moram trahunt; de quibus tibi uidebitur, illorumque capitula & conuentus, necnon *abbates*, *priores*, *rectores*, *gubernatores*, *administratores*, *officiales*, *presidentes*, *uisitatores* & alias in illis dignitates, personatus, administrationes & officia quocumque & qualiacumque, necnon canonicatus & prebendas aut alia beneficia ecclesiastica in illis obtinentes; *monachos* quoque *fratres & sorores* & alias quascumque personas eorundem cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditio-

REFORMATORIS munus eidem defertur.

Illarum, ad quas mandatum extenditur, personarum index.

ditionis preeminentie dignitatis uel nobilitatis seu generis fuerint in capite & in membris, tam in spiritualibus, quam temporalibus, auctoritate nostra, per te uel alios fide & excellentia prouidos, & alias idoneos & circumspectos uisitatores, ac defectus quoscumque, & alia inibi reformanda reformes.

§. V. Nos enim ut ex uisitationis & reformationis huiusmodi tue uigilantie studio fructus comittentur optati tibi destituendi, destruendi, dissipandi, euellendi, transferendi & reedificandi atque plantandi, disponendi, ordinandi, statuendi, diffiniendi & faciendi quecumque que in premissis & circa ea secundum datam tibi, a deo prudentiam, uideris facienda de illorum quoque excessibus & criminibus quibuscumque inquirendis & cognoscendis illaque, iuxta eorum qualitatem & exigentiam, ac sanctiones canonicas & regularia eorundem ordinum instituta, necnon prout ecclesiarum, monasteriorum & locorum, decori, statui, uel utilitati & personarum huiusmodi animarum saluti congruere perspexeris: eadem auctoritate corrigendi & penis debitis percellendi. Preterea *abbates*, *priores*, *administratores*, *gubernatores*, & alios in dignitatibus huiusmodi constitutos seu *personatus*, *administrationes* uel *officia* obtinentes canonicos & alias personas huiusmodi, si eorum demerita id poscerint, ab abbatialibus aliisque dignitatibus, personatibus, administrationibus uel officiis & eorum regiminibus que obtinent, seu quibus presunt prorsus perpetuo destituendi, ac illis necnon canonicati-

Libera LEGATO facultas agendi conceditur.

nicatibus & prebendis ecclesiis aliisque beneficiis ecclesiasticis quibuscumque priuandi & ammouendi realiter ab eisdem.

§. VI. Et insuper in illis ex ecclesiis, monasteriis & locis predictis, quorum facultates ad ministratorum & personarum in eis recipi solitorum sustentationem & aliorum onerum suorum suppentationem congrue non sufficiunt; numerum *canonicorum, monachorum, fratrum, monialium, sororum, ministrorum* & personarum predictorum, etiam in dignitatibus, personatibus, uel officiis inibi constitutorum, canonicatuum quoque & prebendarum ac dignitatum, personatuum & officiorum, prout tibi uidebitur resecandi, minuendi, reducendi & moderandi canonicatus & prebendas, dignitates, personatus & officia que prefatis personis illustribus seu nobilibus conferri consueuerunt etiam aliis quam talibus, alias tamen idoneis personis deinceps conferri possint & debeant statuendi & ordinandi de statutis quoque & consuetudinibus earundem metropolitanarum, cathedralium & aliarum ecclesiarum te informandi, eaque examinandi & corrigendi & emendandi, ac abusus, & corruptelas, & alias quascumque prauitates & calumnias si quas in ipsis ecclesiis pro statutis seu consuetudinibus obseruandis introductas repereris, etiam si iuramento uel quauis alia firmitate uallati fuerint, cassandi, & repellendi, ac obseruari prohibendi, iuramentaque, huiusmodi relaxandi & remittendi; necnon etiam tam uirorum quam mulierum in separatis domibus, sub specie deuotionis, non

Praebendae *nobilem* tantum possessorem ferentes etiam *ignobili* conferendae.

Prauae consuetudines e medio tollendae.

tamen

tamen ſub aliqua approbata regula qualitercumque conueniencium ſeu manencium ſuperſtitiones, conuenticula, errores & etiam (ſi tibi uidebitur) cohabitationes diſtrictius inhibendi & inhiberi faciendi cum effectu.

§. VII. Et generaliter omnia & ſingula in premiſſis & circa ea quomodolibet neceſſaria uel oportuna per te uel alium ſeu alios faciens, diſponendi, ordinandi & exequendi; contradictores quoque & rebelles per *cenſuram eccleſiaſticam* & alia oportuna iuris remedia, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio *brachii ſecularis*, compeſcendi, ac in premiſſis omnibus & ſingulis in quibus expedierit ſeu tibi uidebitur, etiam ſummarie ſimpliciter, & de plano ac ſine ſtrepitu & figura iudicii procedendi plenam & liberam, tenore preſentium, concedimus facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus *apoſtolicis, & fundationibus & dotationibus* ac aliis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum, monaſteriorum, locorum & ordinum huiusmodi, necnon priuilegiis, exemptionibus, & indulgenciis, ac literis apoſtolicis generalibus uel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa uel totaliter non inſerta, effectus earundem preſentium impediri ualeat quomodolibet uel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Seu ſi aliquibus communiter uel diuiſim a predicta ſit ſede indultum: quod interdici, ſuſpendi uel excommunicari non poſſint, per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de uerbo ad uer-

Contra homines malae frugi excommunicatio imo *principum ſecularium* auxilia imploranda & adhibenda. *Vide qualem ſibi poteſtatem* ROM. PONTIFEX arroget.

uerbum de indulto huiusmodi, ac eorum propriis nominibus & ordinibus mentionem.

Adhortatio ad legatum.

§. IIX. Mandantes desuper eidem circumspectioni tue quatenus iniunctum tibi ministerium laboris huiusmodi pro nostra & dicte sedis reuerentia deuote suscipies sic illud utiliter sicque sollicite & laudabiliter, iuxta datam tibi a deo prudentiam, exequaris: quod de tuis studiosis laboribus celesti fauente clementia desiderati, quos speramus, fructus adueniant tuque illam, que tales causas gerentibus a celesti in retributionem rependitur, feliciter consequi palmam glorie merearis. Nos enim sententias quas rite tuleris & penas, quas inflixeris in rebelles, ratas habebimus & faciemus auctore domino usque ad satisfactionem firmiter obseruari. Datum Rome apud sanctum Petrum decima sexta kal. Ianuar. pontificatus nostri anno quinto.

Cum promissione approbationis eorum quae *iuste* acturus esset.

Datum *Maguncie* anno domini millesimo quadringentesimo uigesimo secundo, indictione quinta decima, pontificatus sanctissimi domini nostri, domini MARTINI diuina prouidentia pape *quinti*, anno sexto, die uigesima sexta mensis Nouembris.

NVM. III.

Epistola ERNESTI archiepiscopi Magdeburgici ad *ambassiadorem* suum, *Romae*; ut redimat *pecunia* BVLLAM PAPAE; qua illi indultum: ut MDXIII. *bona mensalia*

sali-

salinarum Hallensium destinet *nouae ecclesiae*, in arce *Mauritii* extructae, licet non consenserit CAPITVLVM, anno MDXIII.

A*Micabile obsequium.* Reuerende ac illustris *domine*, redeunte nuper ad nos uenerabili, honorabili in Christo, nobis deuoto *Conrado de* ASSENBVRGK ordinis *Heremitarum* diui *Augustini professo* idem apportauit nobis CONFIRMATIONEM *ecclesie beate* MARIE MAGDALENE *arcis diui* MAVRICII *…is* a sede *apostolica*, iuxta desiderium …m, impetratam, una cum *breui apo…* in quo, sanctissimus dominus noster …odernus, articulum *iuramentum de …nandis bonis* SALINE HALLENSIS, quo …ac uenerabiles in Christo nobis de… CAPITVLVM *ecclesie nostre Magdebur… relaxauit*, ac nobiscum respectiue *di…it*, ac indulgenciis *quorundam cardi…* ad dictam ecclesiam diue MARIE MAG… concessis. Que omnia a nobis eo desi… quemadmodum ad negocium gessimus gerimusque *amorem* sunt recepta. Tandem quo amorem ac obedientiam dicti capituli nostri Magdeburgensis in negocio huiusmodi erga ecclesiam ipsam & nos, offenderemus, …to desuper *consilio* maturo, ad ipsos *oratores* nostros puta uenerabiles & honorabiles in Christo nobis deuotos & fidelem dominum *Iohannem* PALS doctorem, prepositum noui operis, *Casparum* STEMBECK, *Conradum*

Accepit ARCHIEPISCOPVS *confirmationem* nouae ecclesiae *arcis* S. MAVRITII, a *papa*,

cum *relaxatione iuramenti* de non alienandis bonis *salinarum Hallensium* MENSALIBVS.

Ideo *archiepiscopus* rogauit CAPITVLI consensum. per mandatarios 1) *Pals* noui operis praepositum 2) *Stembeck*,

3) *Asseburg*, 4) *Hoffemann.*

cum litteris *crediti*uis.

quod archiepiscopus *Hallenses* rebelles subiugauerit,

bona mensalia auxerit *priuando* reos *salinis*, aedificando ARCES. MAVRICII ad cohibendos rebelles,

ei addiderit templum S. *Mariae Magdalenae*,

eique *dona Salinaria* noue acquisita donauerit.

Vnde sibi promittat *dominorum capitularium* consensum

radum de ASSEVRG praedictum & *Conradum* HOFFEMAN consiliarios & secretarium nostros qui rem ipsam, iuxta mandatum nostrum, ipsis desuper traditum capitularibus de quo est sermo exponerent, cum *literis* CREDITIVIS misimus, orationem sequentem ipsis declarando; quomodo nos *adiutorio* DEI omnipotentis & sanctissimi patroni nostri, MAVRICII, *opidum Hallense*, quod multis retroactis temporibus sub *iugo episcoporum Magdeburgensium predecessorum* nostrorum esse nolens, uiribus propriis & *rebellionibus* inherens *subiugaueramus*, ac ad debitam *obedienciam* reduxeramus, bona etiam MENSE EPISCOPALIS per bona SALINARIA multum per hec aucta existunt. Ne igitur *dictum opidum* prioribus uestigiis *inobediencie & rebellionis* inherendo, ad *pristinam* LIBERTATEM que undecumque queritur, redire possit, ac nos tanti *collati beneficii* iudicemur erga DEVM omnipotentem ac sanctum MAVRICIVM, patronum nostrum, *ingrati*, ab initio ad dictum opidum ARCEM MVNITISSIMAM ac in eadem TEMPLVM in honorem diue MARIE MAGDALENE, edificari, in quo & *horas canonicas* & *priuatas decantandas* instituere ac *benefici*... huiusmodi BONIS SALINARIIS & aliis *dotare* proposuissemus: quemadmodum dicta *arx* & *templum* nunc *splendide* satis *extructa* sunt. Et licet non in *persona* ac per *nuncios* nostros sepius *dominos* CAPITVLARES requisiuerimus quatenus ad hec ASSENSVM suum prebere dignarentur, attento quod in honorem DEI omnipotentis & sancte MARIE MAGDALENE ac *munitionem fortissimam* uergerent, fuisset tamen

ta... nobis semper ARTICVLVS IVRAMENTI
pre...i, de NON ALIENANDIS BONIS SALINARIIS
ob...tus propter quod moti fuissemus ma-
xim... laboribus & - - apud sanctissimum
...um nostrum PAPAM modernum, & con-
...tionem sepedicte ecclesie MARIE MAG-
DAL...E & beneficiorum eiusdem, & absolu-
...articuli in hac parte iurati, pro nobis
...is, impetrare. Que quidem impetra-
...in manibus nostris per litteras apo-
...existat, cum desiderio rogatur. Qua-
...seu assensum suum idem predicta abso-
...e constito, prebere uelint an minus, nos
...rent cerciores. Atque, quanquam dictis
...SIATORIBVS, satis benigne esset respon-
... Se uelle absentes confestim uocare ac,
...orum adiutorio, summis uiribus anniti,
...o desiderio nostro iterum dentur; quatenus
...bis dominum generosum consequeren-
...comperimus tamen postea quam multas
..., in uigilias conuertimus, ipsorum reuer-
...per refugio in personam D. V. esse funda-
...quemadmodum ex exemplo litterarum
...carum * ipsarum capituli introcluso cla-
...cognoscetis quale fundamentum hoc
...at, quomodoque se priori reuerso con-
...t, D. V. de facili deprehendet, ut nos
...cere possumus compertum habemus,
..., non obstante ABSOLVTIONE huiusmodi
...senciendo, nobis consensum negaturos,
...tum res ipsa nos urgeat, quantumue
...bat, D. V. esse cognitum non ambigi-
... cum omnem operam, omne exerci-
..., omneque studium & delectamentum
...um, ad ecclesiam, institutumque pre-

relaxato iuramento de non alienandis mensalibus.

Capitulum nectit tamen moras.

lactatque spe ambasiatores.

Negatque consensum, papae indulgentia non curata.

ſens diuerterimus, conabimurque ſummis uiribus noſtris, de *proſecutione.* Expectabimus tamen *aduentum* D. V. cum fiducia firmiſſima, D. V. quemadmodum nobis pollicita eſt, ſtabit in negotio huiusmodi pedibus fixis. Cum itaque *capitulares eccleſie* noſtre per BREVE, quod nobis traditum eſt, ſaltem *compulſiue* requiri non poſſint, ac quedam *ſignatura* ſuper expeditione BVLLE APOSTOLICE, qua ipſis *precipiatur* cum adiectione *cenſurarum*; ut *conſenciant* in *cancellaria apoſtolica* ſit, cuius expeditio apud magiſtrum *Iohannem* INGWINCKEL prothonotarium ſedis apoſtolice & prepoſitum, eccleſie chriſtiferae uirginis ad gradus Colonie, iuxta *informationem* domini *Conradi de* ASSENBVRGK, ſollicitari debeat, rogamus. - - - D. V. uelit dare operam, quo BVLLA huiusmodi quantotius *expediatur* ac huc per *Bancum* deferri poſſit; placeret autem nobis *ſumme*, ſi *bulle* huiusmodi tenor foret, quod *ſanctiſſimus dominus noſter* PAPA dictos *capitulares* primum charitatiue exhortaretur ad *conſenciendum*, & in euentum *denegationis* ipſis mandaret ſub *cenſuris* ac *priuacionis omnium beneficiorum* ubicunque per eos poſſeſſorum; cum inuocatione *brachii ſecularis.* Deinde ſi D. V. poſſit impetrare a ſacroſanctiſſimo domino noſtro PAPA, ut ipſis dominis CAPITVLARIBVS demanderetur, quatenus inter ſe *iurarent*, dum ſedem noſtram *archiepiſcopalem* uacare contingeret, quoquomodo: Quod non uelint alium *archiepiſcopum Magdeburgenſem admittere*, niſi primum *iurato prepoſito*, quod fundationem noſtram *eccleſie*

Neque *cenſuris apoſtolicis.*

Hinc rogat mandatarium, ut BVLLAM PAPAE ipſam redimat aere.

Quae *capitulum* charitatiue ad monet ad *conſentiendum*, deinde *poenas* iniungit *capitulo peruicaci.*

Rogandus tamen papa, ut *bullae* inſerat noue, ne cogat *ſucceſſorem* eierare *bullam.*

diue

...IE MAGDALENE arcis diui MAVRICII non uelit *transferre* neque *sacro san*... *reliquias* istuc reconditas una cum *cli*... *dia aureis* & *argenteis* ac *uestibus* & *ornamen*... *sacerdotalibus* alienare. Cum inhibitione ...rali sanctissimi domini nostri PAPE ...od nullus hominum cuiuscunque gradus, ...us, dignitatis uel preeminentie se de *alie*...*ne* uel *translatione*, sub pena *excommu*...*nis* late sententie ac eterne maledictio... ...tromittat esset nobis gratissimum. Pre... *retulit* nobis dictus dominus CONRADVS ...*sanctissimo* domino nostro PAPA moder... nostro nomine impetrasse *quasdam* IN...LGENTIAS iuxta *minutam* introclusam, qua... ...m BVLLAM propter defectum PECVNIARVM ...ndum expediuisset, in quibus desidera...mus, *supplicationem* huiusmodi lacius ex...ndi. Primo itaque ubi ponuntur certi dies, ...ibus *indulgencie mercantur*, quod his ad...retur: singuli dies quibus *stationes urbis* ...lebrarentur, & quod *indulgencie* huius...odi se non solum ad personam nostram ...erum ad omnes *familiares* & ecclesiam ...pradictam *uisitantes* extendant, secundo ... *confessoribus* ordinandis, qui absoluerent ...*uenas* & *peregrinos* alterius diocesis pona...ntur loci ecclesie CHRISTIFERE VIRGINIS *sancte* GERDRVDIS opidi *Hallensis* scilicet ...*benedictione archiepiscopali*, quod hec non...lum se ad *personam nostram*; sed etiam ad ...*ccessores* extendat, perpetue, & postea ...am signatura correcta fuerit BVLLA desu...r impetraretur, que una cum alia *bulla* ...mitti possit, in eadem causa D. V. potest con-

& *ecclesiae M. Magdalenae* subtrahat *clenodias, auri, argenti, reliquiarum.*

Bulla *indulgentiarum* non expedita ob *pecuniae* defectum.

Capita *indulgentiarum.*

in *successores.*

consulere prefatum dominum *Iohannem* INGWINCK prepositum.

Ne CAPITVLVM *Romae* contra agat.

Consultum nobis uidetur quod D. V. summo studio donec *Rome* fuerit ad hec respectum habeat diligentem, ut per *capitulum* nostrum contra premissa nihil attemptetur. Et in conuentum, ubi id fieret, quod illis, debitis remediis, obuiari possit ne quicquam sinistre & nobis in dorsum impetrarent, placeret etiam ubi V. D. aliis causis expeditis, *iter arripere* constitueret, quatenus hec omnia cuidam *fideli*, qui *annuo solario* competenti ipsi a D. V. assignando gauderet, & si D. V. placeret, D. *Casparo* THAM *Pitatio* ecclesie committeret. Nam dictus Caspar THAM de *fidelitate* & *industria* apud nos multum commendatus est. Dominus *Conradus de* ASSEBVRGK, nostro nomine, *Rome* ex *banco* de Marcell. *ducentos* & *quinquaginta* *ducatos* recepit, pro quibus se D. *Burckardus* HOLCAVFF DERHEIDE, doctor SVTFELDIS, prepositus Colinberg. *Ioachim de* PLOTO, *Iohannes* FVNCKE - in *Brackel* & *Otto de* FELKENBERGER *fideiussores* constituerunt. Quo itaque debita huiusmodi *exsoluantur* ac BVLLE de quibus mentionatur impetrari possint deposuimus ad BANCCVM FVCKERORVM *quingentos flor.* R. quos D. V. leuare, dictos *fideiussores* nostros liberare ac *bullas* petitas expedire uellit. Mittimus etiam D. V. *instrumentum* constitutionis, ad repetendum *quasdam pecunias* per nos iam dudum ad BANCCVM FVCKERORVM *depositas* ac per doctorem *Casparum* MOER non ad causas nostras; sed suas *proprias* receptas, cum petitione D. V. uelit p-

Pecunia pro utraque *bulla* de *banco*.

De Banco *Fuckerorum*.

Su

ſtitutum quendam huiusmodi *pecunias* à *testamentariis*, ſi amice fieri nequeat, *iure* peti facere. Summa enim pecuniarum per *tem* MOER perceptarum erat *ſeptingenti quinquaginta ducati*. Hec omnia uoluis D. V. ſignificaſſe cuius *aduentum* iucun expectamus. Valeat eadem D. V. fauR. arce diui MAVRICII *Hallenſi* tertia Fearii MDXIII.

Pecunia in *banco* depoſita repetenda a *teſtamentariis*.

Datum MAVRICIBVRGI Hallenſis 1513.

COROLLARIA,

ad origines, Hallenſis academiae.

c plura intelliguntur. Principio, quod *Hallenſes ores* archiepiſcopus habu*rebelles*, licet, aliorum iudiilli fuerint nocentes parum. de quod *multauerit* SALINArte. Poſt, quod *bona* haec *aria* adſcripſerit *menſae* ſeu *nialibus*. Tum quod noue ita donauerit *eccleſiae* Magdalenae. Porro, quod *riciburgum* extruxerit ad imendos *Hallenſes ſalinaro*. Praeterea, quod crediderit, us eſſe ſibi *conſenſu capituli*, in c donatione *domanialium ſalirum*. Demum quod *difficile* it *capitulum*, in conſenſu dan. Ad quem eludendum miſe archiepiſcopus *Romam* atque a non obtinuerit ſolum *relaxa* em iuramenti, de non alienando praeſtiti; ſed etiam *mandatum ad capitulum*, ne porro differret conſentire. *Vt cenſuram* euitarent apoſtolicam, capitulo intentatam. Ad extremum uti *Romae* tum omnia uenalia; ſic *bulla* archiepiſcopo ante tradita non ſit, quam pecuniam deponeret in *banco Fuckerorum*, Auguſtae. Taceo, ſingularem fuiſſe redimendam *bullam*; ut in *noua eccleſia* liceret abolere *peccata*. Ceterum omnes hi reditus poſtea deſtinati ſunt nouae *Academiae Hallenſi*, ab ALBERTO cardinali. Quod docuimus in *tom. II. concil. Hallenſ. praefatione*; ubi *hiſtoriam* ſcripſimus *academiae Hallenſis* ad an. 1532. & poſt *Fridericianae* 1694. Vt ERNESTI hoc inſtitutum iure haberi debeat inſtar proſcenii *Fridericianae*.

NVM. IV.

LEONIS *pontificis* BVLLA *erecti-nis & confirmationis eccle-sanctae Mariae Magdalenae civitate* HALLENSI. Anno MDXIX.

Causa BVLLAE PONTIFICIALIS 1519.

LEO *episcopus*, *seruus seruorum dei*, perpetuum rei memoriam, decore domus dei, quam decet sanctitudo & diuini cultus augmentum intensis deside-riis affectantes, uotis illis gratum prestamu assensum, per que *deuotio* CHRISTI *fidelium* erga ecclesias augeri, & ecclesie ipse ad lau-dem eius, qui habitat in excelsis diuinis pre-coniis ualeant resonare, ac fideles ipsi, pro illarum conseruatione, oportuna prebeant suffragia: spiritualibus muneribus, INDVL-GENCIIS uidelicet, ac REMISSIONIBVS inuitan-do, ut per *temporalia*, que illis exhibuerint, auxilia, *premia* consequi mereantur *feli-tatis eterne*, ac ea que per *predecessores* no-stros, in earundem ecclesiarum, fauorem concessa fuisse conspicimus approbanda, & confirmanda nostrarumque litterarum pre-sidio munienda esse censemus; ut eo fir-mius maneant, quo maiori fuerint mu-mine roborata, eiisdem ecclesiis, & illarum personis, etiam de nouo gratias uberiores largiendo, ex quibus, desiderata salus ua-leat facilius procurari.

ERNESTVS archiepisc. Magdeb.

§. II. Dudum siquidem felicis reco-nis, IVLIO papae II. praedecessori

pro parte bone memorie ERNESTI *archiepiscopi Magdeburgensis,* tunc in humanis agentis, exposito, quod antea ipsa bona salinaria, oppidi *Hallensis* ad mensam archiepiscopalem *Magdeburgensem* spectancia, plurimum, & longe ultra medietatem suis opera, cura, & diligencia auxerat, ac arcem munitissimam & oppidum *Quernford,* per archiepiscopum Magdeburgensem pro tempore existentem, *in feudum,* concedi solitum, & alias ad dictam mensam deuoluta: que non obstante iuramento, de non alienando bona dictae mensae, iterum per eum in feudum concedi potuerunt; penes se pro dicta mensa retinuerat. Ex quibus quidem retentione, & reseruatione, fructus, redditus, & prouentus eiusdem mense notabiliter augmentum susceperunt.

bona sua mensalia auget.

QVERFVRT feudum Magdeburgense.

§. III. Volensque ipse ERNESTVS *archiepiscopus,* quantum in eo erat, deo de tanto beneficio sibi collato, dignas gratias agere, & ut bona dicte mense archiepiscopalis imposterum essent tuta, & secura, nec possent amplius eius ditioni subduci, eidem ERNESTO, & successoribus suis, Magdeburgensibus archiepiscopis, pro tempore existentibus rebellare prout olim factum fuerat, consulere, & prouidere, arcem munitissimam sancti *Mauricii* oppidi Hallensis, Magdeburgensis diocesis una cum eius munitionibus, & edificiis, uniuersis & in dicta arce, seu intra eius limites uel fines, nouam ecclesiam sub inuocatione sancte *Marie Magdalene,* & omnium sanctorum, sumptuoso opere a fundamentis construxerat, & edificauerat,

Castrum S. Mauritii *Halae* aedificatur ab ERNESTO.

& in eo templum.

 illam-

illamque dedicauerat, & consecrauerat, ac multifariis beatorum corporum ultro citroque operose congestis *reliquiis* sanctificauerat, & utriusque arcis & ecclesie edificia ad finem & complementum perduxerat. Ac pro sui status suorumque parentum & progenitorum, ac subditorum omnium incolumitate, uniuersorumque Christi fidelium salute horas canonicas, pariterque laudes officiaque priuata de beata uirgine, alternatis uicibus, singulis diebus quotidianis septenario numero, per debita temporum interualla, deuote, continueque perpetuis futuris temporibus, cantandas, sub bona competencia dotis, per eum conuenienter assignate, uel assignande, de omnibus salinariis predictis, uel aliis forsan bonis dicte mense, de *consensu* dilectorum filiorum capituli dicte ecclesie Magdeburgensis fundauerat, & instituerat, iuxta formam litterarum eiusdem ERNESTI archiepiscopi, desuper confectarum seu conficiendarum; cupiebatque ut ecclesia ipsa sic per eum constructa, honorifice teneretur & conseruaretur, & in ea misse & alia diuina officia, deuote celebrarentur: in dicta ecclesia sic constructa fundare & erigere collegium siue capitulum aut numerum uiginti quinque personarum, in quo quatuordecim canonici seculares presbyteri, inter quos decanus & cantor, qui etiam scolastici uicem teneret, & chorales decem cum uno subcustode, uite ac morum honestate decori esse, dictique chorales pro tempore assumendi per scolasticum, qui etiam cantoris

Quod sanctorum *reliquiis* ditat.

Collegiatam quoque ecclesiam instituit.

…gereret, decano dicte ecclesie sic …cte presentari deberent, quodque …NESTVS, & pro tempore existens …piscopus Magdeburgensis eiusdem …e prepositus, eiusque & illius per…m prelatus unicus & immediatus, …e ditioni dumtaxat, non autem *ar…oni* aut aliorum iudicum quorumcun… nonici, presbyteri, chorales, & sub… praefati immediate subiecti existerent; in quibus quidem uiginti quinque personis hore canonice, & officia quoque diuina in choro eiusdem ecclesie sic constructe, ac instar collegiate ecclesie pariter cum laudibus eiusdem beate *Marie* uirginis, in choro minori ad hoc coaptato & deputato, per duos presbyteros canonicos, adiunctis choralibus, primum decantatis; deinde in choro ecclesie sic constructe, per decanum, canonicos & chorales, qui inibi personalem & continuam residentiam facere tenerentur, alternatis uicibus, in albis & nigris, pro temporis congruentia permutandis communiter decantande quotidianis diebus persoluerentur, cum debitis solemnitatibus, & cerimoniis secundum temporis exigentiam iuxta fundationem & institutionem huiusmodi, de quibus in litteris eiusdem ERNESTI *archiepiscopi* desuper confectis, plenius dicebatur, seu diceretur contineri, pro parte eiusdem ERNESTI *archiepiscopi*, eidem predecessori humiliter supplicato, ut fundationi & institutioni predictis, pro earum subsistentia firmiori, robur apostolice confirmationis adiicere ac sibi in premissis

Archiepiscopo immediate subiectam.

Huius ecclesiae confirmationem a pontifice max. petit.

Prouisione seu collatione sibi reseruata.

prouidendi licentiam concedere, ac alias oportune disponere, & ordinare, de benignitate apostolica dignaretur.

§. V. Idem praedecessor, eiusdem ERNESTI *archiepiscopi* in ea parte supplicationibus inclinatus, fundationem & institutionem predictas, auctoritate apostolica, approbauit & confirmauit, ac sui scripti patrocinio communiuit, suppleuitque omnes & singulos defectus, si qui forsan interuenerant in eisdem.

Necnon eidem ERNESTO *archiepiscopo* in ipsa ecclesia sic constructa collegium aut capitulum, seu numerum uigintiquinque personarum, in quo quatuordecim canonici presbyteri seculares, inter quos decanus, & cantor, qui etiam scolastici uicem teneret, & decem chorales, pro tempore assumendi, per scolasticum, qui etiam cantoris uicem gereret, decano ecclesiae sic constructae, pro tempore existenti, presentari debeant. Ipseque & pro tempore existens *archiepiscopus Magdeburgensis*, eiusdem ecclesie sic constructe PREPOSITVS, eiusque & illius personarum prelatus unicus & immediatus, ac eiusdem archiepiscopi pro tempore existentis iurisdictioni dumtaxat, & nulli alteri, decanus, cantor, canonici, chorales & subcustos predicti, etiam pro tempore existentes inmediate subiecti existerent.

Huius collegii PRAEPOSITVS ipse AEp. Magdeburgensis esse debuit.

§. VI. A quibus quidem uigintiquinque personis predictis, hore canonice, & diuina officia huiusmodi, in choro dicte ecclesie sic constructe, ad instar collegiate ecclesie, cum laudibus de beata *Maria* uirgine in choro

Clericorum huius ecclesiae officia.

choro minori ad latus ſuperius eccleſie, ad hoc deputato & coaptato, per duos canonicos presbyteros adiunctis choralibus primum decantatis, per decanum, cantorem, canonicos & chorales predictos, alternatis uicibus, in albis & nigris religionis amictibus, pro temporis congruentia permutandis, communiter decantande, ſingulis diebus perpetuo perſoluerentur, cum debitis ſolemnitatibus & cerimoniis ſecundum temporis exigentiam, iuxta fundationis & inſtitutionis litteras predictas fundandi & erigendi.

§. VII. Quodque decanus, cantor, canonici & chorales prefati, nunc, & pro tempore exiſtentes, apud eccleſiam ſic conſtructam, *continuam & perſonalem reſidentiam*, ſub omnium fructuum, & emolumentorum huiusmodi, ac unius cuiusque prebende uel beneficii priuationis poena, irremiſſibiliter infligenda, facere teneantur. Obligantur ad *reſidentiam.*

§. VIII. Et quauis occaſione uel cauſa decanatum, cantoriam; canonicatus, & prebendas, ſubcuſtodiam, & alia beneficia predicta, ſimpliciter uel ex cauſa *permutationis* abſque expreſſo, dicti ERNESTI, & pro tempore exiſtentis archiepiſcopi Magdeburgenſis & prepoſiti, conſenſu, cum propter periculum dicte arcis expediret, perſonas dicte eccleſie ſic conſtructe, pro tempore exiſtenti archiepiſcopo Magdeburgenſi gratas & fidas eſſe *reſignare* nullo modo poſſent. *Reſignatio* illis interdicta.

Et quod reſignatio de illis alias pro tempore facta, nulla eſſet, ſtatuendi & ordinandi.

§ IX.

§. IX. Ac nonnulla alia statuta & ordinationes, licita & honesta, & sacris canonibus non contraria, pro diuini cultus augmento, & prospero, ac felici statu, eiusdem ecclesie nouiter erigende, edendi, ordinandi, & concedendi, illaque in totum uel partem mutandi, & corrigendi, ac alia etiam faciendi, que eo ipso quod edita, ordinata, condita, mutata & correcta, ac facta forent, apostolica auctoritate confirmata essent, & esse censerentur, ac perpetuis futuris temporibus obseruari deberent.

Episcopo ius *praesentandi* competit.

§. X. Ac *ius presentandi* personas idoneas ad decanatum, cantoriam, canonicatus & prebendas, aliaque beneficia predicta, totiens quotiens ex tunc uacare contingeret, ERNESTO, & pro tempore existenti archiepiscopo Magdeburgensi & dicta ecclesia Magdeburgensi uacante, dicte arcis capitaneo, *laico*, pro tempore existenti, (qui ad nutum ipsius archiepiscopi amouibilis existat). *Instituendi* uero personas presentatas huiusmodi, dilectis filiis capitulo ecclesie nouiter constructe huiusmodi perpetuo reseruandi, & concedendi.

***Institutio* ad canonicos pertinere debet.**

Ac omnia alia & singula, in premissis, & circa ea necessaria, aut alias quomodolibet oportuna, faciendi, mandandi, & exercendi, plenam & liberam prefata auctoritate, licentiam concessit, & facultatem, prout in ipsius predecessoris litteris plenius continetur.

ALBERTVS *archiepisc.* sui antecess-

§. XI. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii nostri AL
tt. *sancti Grisogoni presbyteri, card*
qu

ui dicte ecclesie Magdeburgensi, ex con-
essione apostolica preesse dinoscitur, ante-
uam premissa omnia ad suum debitum
inem, deducta fuerint, prefatus ERNESTVS,
icut domino placuit, debitum nature per-
oluerit, ipseque ALBERTVS *cardinalis* cupiat
er prefatum ERNESTVM archiepiscopum
eptis accedere, & premissa omnia ad finem
ebitum perducere. Ac fundationem &
nstitutionem huiusmodi, nec non omnia
& singula decus & uenustatem dicte constru-
te ecclesie concernentia, per eundem ER-
ESTVM *archiepiscopum*, iuxta sibi per litte-
as predecessoris huiusmodi, facultatem
ssam gesta, ac facta, ac etiam institu-
m confraternitatis, utriusque sexus
atrum sub inuocatione sancti *Erasmi*,
dem ecclesia nouiter constructa huius-
in qua corpus eiusdem sancti *Erasmi*,
ditum existit institute, pro illorum
tentia firmiori, apostolico munimine,
ari, confirmari, & approbari, ac sibi
iam & facultatem exequendi premissa,
itteras predecessoris, ERNESTO *archi-*
po concessa misericorditer in eisdem
is ac inferius contenta, concedi, pro
eiusdem ALBERTI *cardinalis*, nobis fuit
liter supplicatum, ut huiusmodi suo
desiderio annuere, aliaque in premissis
tune prouidere, de benignitate aposto-
lignaremur.

soris propositum haud perfectum ad finem perducere conatur.

Et ideo supplicat *papae*.

XII. Nos itaque, huiusmodi supplica-
bus inclinati, fundationem & institu-
em, tam ecclesie, quam confraternitatis
smodi, necnon omnia, & singula, decus
&

& uenustatem dicte constructe ecclesie concernentia, per ERNESTVM *archiepiscopum* iuxta traditam per easdem litteras sibi facultatem gesta & facta, saluis infra scriptis, apostolica auctoritate, tenore presentium *approbamus*, & *confirmamus* supplemusque omnes & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Et nihilominus eidem ALBERTO *cardinali*, & si eum antequam presentes litere, executioni debite demandate fuerint, ab hac luce decedere contingat, eius in dicta ecclesia Magdeburgensi successori, in ipsa sic constructa, uel alia per eos extradictam arcem forsan construenda, aut iam constructa eligenda ecclesia collegium (de consensu illam obtinentis, seu obtinentium) aut capitulum uel numerum uigintiquinque personarum, in quo quatuordecim canonici presbyteri seculares, inter quos prepositus, decanus & cantor, qui etiam scolastici uicem teneat, & decem chorales, cum uno subcustode, uite ac morum honestate decori esse, dictique chorales pro tempore assumendi per scolasticum, qui etiam cantoris uices gerat, *decano* dicte ecclesie sic constructe, uel alterius, ut prefertur construende, seu etiam constructe eligende pro tempore existenti, *presentari*, & per ipsum decanum admitti, ac ad nutum ipsius scolastici, quotiens sibi uidebitur *destitui*, & alii loco destitutorum, per ipsum scolasticum iidem decano presentari, & per ipsum decanum admitti possint & debeant.

Confirmat *papa* huius ecclesiae fundationem.

Scholasticus, qui & *cantor* (*der gesangmeister*) chorales *decano* praesentat.

§. XIII.

§. XIII. Quodque archiepiscopus *non de-*
eat esse prepositus ecclesie sic constructe, uel
t prefertur construende, seu etiam con-
tructe eligende, prout in litteris dicti pre-
ecessoris disponitur. Sed alia persona ido-
ea ad preposituram eiusdem constructe,
el construende, seu etiam constructe eli-
ende ecclesie, dum pro tempore uacat,
odo infra scripto presentanda, & insti-
uenda, ipsius ecclesie constructe uel con-
truende, aut eligende, prepositus, & pri-
us prelatus. Ita quod prepositura prima,
ecnon decanatus, secunda, & cantoria
iusdem ecclesie tercia dignitates, ac pre-
ositus, decanus, cantor & canonici prefati,
mediate ipsius ALBERTI *cardinalis*, & pro
mpore existentis archiepiscopi Magdebur-
sis iurisdictioni duntaxat, & nulli alteri
ecti existant.

Archiepiscopus huius collegiatae ecclesiae non debet esse *praepositus*.

Nihilo tamen minus istam archiepiscopo *immediate* subesse.

XIV. A quibus quidem uiginti quin-
personis, hore canonice & diuina offi-
uiusmodi in choro dicte ecclesie sic
ucte, uel ut prefertur construende,
gende, ad instar collegiate ecclesie,
cum laudibus, de eadem *beata* MARIA
in loco ad hoc deputato, uel depu-
per duos canonicos presbyteros,
is choralibus, primum decantatis.
m in choro eiusdem ecclesie sic con-
uel construende, aut eligende, per
itum, decanum, cantorem, canoni-
chorales predictos alternatis uicibus,
& *nigris religionis amictibus*, pro
oris congruentia, permutandis, com-
ter decantandi, singulis diebus perpe-
tuo

Quotidiana canonicorum officia.

tuo persoluantur, cum debitis solemnitatibus & ceremoniis, secundum temporis exigentiam iuxta fundationem & institutionem, ac litteras predictas fundandi & erigendi. Ac de salinariis predictis, uel aliis bonis mense episcopalis huiusmodi, etiam *capitulo Magdeburgensi* prefatis, quibus sub *interminatione diuini iudicii, & maledictionis eterne*, ne huiusmodi fundationi, erectioni, & dotationi quouismodo contradicant, specialiter & expresse prohibemus, ad hoc minime uocatis, nec eorum ad hoc aliter requisito consensu, conuenienter dotandi. Quodque prepositus, decanus, cantor, canonici & chorales prefati, pro tempore existentes, apud ecclesiam predictam, sic constructam uel construendam, aut eligendam *continuam & personalem residentiam*, sub omnium fructuum & emolumentorum unius cuiusque prebende, & beneficii priuationis poena, irremissibiliter ipso facto, si non fecerint, incurrendo facere teneantur.

Papa Magdeburgensi capitulo *bannum* minatur archiepiscopo in hoc proposito aduersanti.

Omnes canonici *perpetuam residentiam* tenere iubentur.

§. XV. Et preposituram, decanatum, canonicatus & prebendas, subcustodiam, & alia beneficia predicta, simpliciter uel ex causa permutationis, absque expresso dicti ALBERTI *cardinalis*, & pro tempore existentis archiepiscopi Magdeburgensis consensu resignare nullo modo possent. Et quod resignatio de illis, aliter pro tempore facta, nulla sit, statuendi & ordinandi.

Resignatio eis interdicta.

Ac alia statuta & ordinationes licita & honesta, ac sacris canonibus non contraria, pro diuini cultus augmento, ac ipsius fabricae constructe, uel ut prefertur construende

ue eligende ecclesie, illiusque personarum prospero & felici statu, edendi, ordinandi & condendi, ac illa, ac forsan per preatum ERNESTVM *archiepiscopum* condita, in otum uel in partem mutandi & corrigendi, ac alia etiam faciendi, quo eo ipso quod dita, ordinata, condita, mutata, ac correcta & facta fuerint, apostolica auctoritate onfirmata sint & esse censeantur, ac perpetuis futuris temporibus, obseruari debeant.

§. XVI. Necnon *ius patronatus* & presendi personas idoneas, ad prepositurani, canatum, cantoriam, canonicatus & prendas, subcustodiam, aliaque beneficia clesiastica, quotiens de cetero uacauerint, arcis capitaneo, pro tempore existenti, co, qui ad nutum ipsius archiepiscopi ouibilis existat.

PATRONVS huius ecclesiae arcis S. MAVRITII gubernator.

Instituendi uero personas presentatas, AL-RO *cardinali*, & pro tempore existenti iepiscop[illegible] *Magdeburgensi*, & dicta eccle- Magdeburgensi uacante, capitulo ecclenouiter constructe, uel construende, aut nde huiusmodi, perpetuo reseruandi ncedendi.

Archiepiscopus tamen *instituit* praesentatos.

c omnia & singula alia, in premissis & ea necessaria & oportuna, faciendi & uendi.

XVII. Necnon *sanctorum reliquias*, a usuis ecclesiis & locis sacris, etiam itercumque priuilegiatis, dummodo ecclesiarum & eorundem locorum capi- & personas aut alias ad id potestatem entes elargiantur, extrahendi, & ad lesiam nouiter constructam, uel con-

Sanctarum *reliquiarum* colligendi facultas conceditur.

ſtruendam, aut eligendam huiusmodi defe
rendi, & inibi honorifice uenerandas,
condendi, ac cum debitis reuerentia
honore conſeruandi. Non obſtanti
iuramentis forſan per capitula, & per
huiusmodi, de reliquiis eisdem non a
nandis, ſeu non elargiendis, aut alias
concedendis preſtitis, que illis, quoad
relaxamus.

Habitus & ueſtes canonicorum.

§. XVIII. Ac quod decanus, can
canonici eccleſie nouiter conſtructe
conſtruende, aut eligende huiusmodi
mutia* de uario, prepoſitus uero de h
lino, aut alio pellium genere, pro
uoluntatis ALBERTI *cardinalis*, & pro
pore exiſtentis archiepiſcopi Magdebu
ſis deferre.

Et idem prepoſitus, in natiuitati
epiphanie domini, paſce & pentecoſt
aſſumtionis *beate* MARIE *uirginis*, *ſancti* E
ſancte MARIE MAGDALENE, *ſancti* MAV
corporis CHRISTI, *omnium ſanctorum*, &
nouiter conſtructe, uel conſtruende
eligende eccleſie reliquiarum ac dedi
nis feſtiuitatibus, in ueſperis, miſ
proceſſionibus mitra & ceteris inſig
pontificalibus, preter ſandalia, bac
paſtoralem, annulos, & pectorale, uti
& licite poſſit.

§. XIX. Et quatinus dictum collegiu
eccleſia, in arce nouiter constructa,
contigerit, quia forſan propter ipſius ec
nouiter conſtructe uiſitationis, & p
inibi concurſum, poſſet dicte arci prod
nis, aut aliud periculum inminere,

Eidem

Eidem ALBERTO *cardinali*, & pro tempore existenti *archiepiscopo* ut ex huiusmodi & alia iusta & rationabili causa, dictum collegium cum reliquiis, clenodiis, & aliis premissis, ac omnibus, & singulis indulgentiis, priuilegiis, indultis & iuribus, tam spiritualibus, concessis & concedendis, ad aliam ecclesiam in dicto oppido Hallensi uel alibi, etiam extra ciuitatem & diocesin Magdeburgensem, quam ipse ALBERTVS *cardinalis*, pro tempore existens *archiepiscopus* duxit eligendam, seu de nouo construendam, transferre ualeat, plenam & liberam autoritate apostolica earundem, tenore presentium, licentiam & facultatem concedimus.

Papa ecclesiam, in aliam extra arcem locum, transferendi facultatem concedit.

XX. Quodque prepositura, decanatus, toria, canonicatus & prebende, subcu[...], & alia inibi forsan, ultra uigintiquin[...] predicta beneficia erigenda, sub qui[...] specialibus uel generalibus reseruationibus, gratiis, expectatiuis, unionibus, [...]exionibus, incorporationibus, *primariis* [...]*us*, *nominationibus*, *etiam imperialibus* [...]*alibus*, ac nominandi, conferendi, [...]dendi, commendandi facultatibus & [...]atis, aliisque indultis & concessionibus apostolicis, a nobis uel sede prefata, [...]ius legatis, nunc & pro tempore con[...], cadere, aut includi non debeant. [...]d illa *presentationes*, per capitaneum arcis pro tempore existentem modo [...]isso. Et in illis *institutiones* de personis presentatis per ALBERTVM *cardinalem*, & [...] tempore existentem *archiepiscopum* [Ma]gdeburgensem, & dicta ecclesia Magde-

Nullus de huius ecclesiæ præbendis *disponendi* gaudet *potestate*, præter supra dictos collatores.

burgensi uacante, per capitulum eccle[s]
nouiter constructe, uel construende, a[ut]
eligende huiusmodi, in singulis mensib[us]
fieri, ac omnia & singula alia beneficia, etia[m]
ut prefertur qualificata, inibi imposteru[m]
fundanda, eodem iure cum predictis ce[n]
seri debeant.

§. XXI. Ac dictum ius patronatus laico-
rum, ex fundatione & dotatione esse, a[c]
ueram naturam fundationis laicalis habe[re]
censeatur.

Archiepiscopo *iurisdictio* in hoc collegium competit.

Ipseque ALBERTVS *cardinalis*, & pro tem-
pore existens *archiepiscopus*, omnes & sin-
gulas personas ecclesie constructe uel con-
struende, aut eligende huiusmodi beneficiis
& officiis per eas inibi pro tempore obten-
tis ex rationabili causa, per eosdem
TVM *cardinalem*, & pro tempore *arc*
pum, seu eorum officialem, etiam summa-
rie, & ex officio si uidebitur, pro tempore
cognoscenda, destituere, & priuare, libe[re]
possint & ualeant.

Proximum ista ecclesia post *Magdeburgensem metropolitanam* locum tenet.

§. XXII. Necnon ecclesia nouiter con-
structa, uel ut prefertur constru
eligenda huiusmodi, singularum
tam oppidi Hallensis huiusmodi, q
rum quarumcumque ciuitatis &
Magdeburgensis collegiatarum &
ecclesiarum ac monasteriorum post
politanam ecclesiam suprema haberi,
& reputari ac nominari.

Canonicorum honori prospicitur.

Ac dicte ecclesie nouiter constructe, uel
construende, aut eligende, prepositus, de-
canus, cantor, canonici, & alie persone illius
in processionibus, & aliis generalib

gre-

ationibus, ubique locorum, in quibus
one aliarum ecclesiarum collegiatarum
inferiorum, etiam monasteriorum hu-
odi affuerint, supremum locum habere
ant.
lecnon irritum & inane, si secus super
a quoquam, etiam per capitulum eccle-
Magdeburgensis huiusmodi, quauis au-
tate scienter uel ignoranter fieri & at-
ptari contigerit, decernimus. Distri-
inhibentes prefatis maioris & dilectis
aliarum ciuitatis & diocesis Magdebur-
is ecclesiarum, capitulis, canonicis & ec-
sticis. Necnon secularibus ciuitatis &
sis huiusmodi personis, cuiuscumque
tatis, status, gradus, ordinis, nobili-
& preeminentie existentibus, & qua-
ecclesiastica, uel mundana, etiam du-
dignitate fungentibus, ne ALBERTVM
nalem, & pro tempore existentem Mag-
urgensem *archiepiscopum*, prepositum &
anum, cantorem, canonicos, & perso-
ecclesie nouiter constructe, uel con-
nde, seu eligende huiusmodi super
issis, seu aliquo eorum impediri, seu
minus illa effectum sortiri ualeant, di-
e uel indirecte, quouis quesito colore,
ngenio molestari seu perturbari.

Omnia, contra hanc sanctionem attentata ab ipso etiam *Magd. capitulo* declarantur irrita.

XXIII. Aut RELIQVIAS *sanctorum*, in
a nouiter constructa, uel construenda,
eligenda ecclesia, nunc & pro tempore
onditas, ac uasa aurea, & argentea, alia-
e ornamenta ecclesiastica, inibi existen-
, & que erunt in futurum, que omnia
dem perpetuo permanere uolumus, ab

Sanctae *reliquiae* huius ecclesiae perpetuo ibi maneant.

inde alienare uel auferre quouismodo presumant, sub excommunicationis late sentencie, ac commissi sacrilegii, & beneficiorum ecclesiasticorum per ecclesiasticas personas obtentorum priuationis penis, in eorum singulos, quos si contra fecerint, ipso facto incurrere, excommunicationisque sententia huiusmodi pro tempore ligatos, non nisi a nobis, & Romano pontifice pro tempore existenti, absolutionem, preterquam *in mortis articulo*, & restitutione preuia, nequeant obtinere, ac beneficia ipsa, tamquam per priuationem huiusmodi uacantia, a nobis & sede predicta impetrari libere posse uolumus.

Indulgentiae papales nouae ecclesiae concessae.

§. XXIV. Praeterea omnibus & singulis utriusque sexus CHRISTI fidelibus uere penitentibus & confessis, qui ecclesiam nouiter constructam uel construendam, seu eligendam huiusmodi, uel si collegium ipsum ab ipsa nouiter constructa ecclesia transferri contigerit, ecclesiam ad quam translatio facta fuerit, seu in qua erectionem fieri contigerit, a uesperis sexte ferie immediate post festum natiuitatis eiusdem beate MARIE uirginis inclusiue, usque ad occasum solis, sexte ferie ex tunc inmediate sequentis similiter inclusiue plenariam.

In natiuitatis uero, & resurrectionis domini nostri IESV CHRISTI, ac dedicationis ecclesie nouiter constructe, uel construende, aut eligende huiusmodi, & beate MARIE MAGDALENE, & ramis palmarum, & parasceues, sabbati maioris hebdomade, & prefati sancti ERASMI, ac celebritatis omnium sanctorum, necnon commemorationis omnium de-

nctorum *quadraginta annorum* & toti-
1 quadragenarum.
Necnon quo reliquie eedem populo, in
em sic nouiter constructa ecclesia con-
a & recondita, seu in ecclesia construen-
congerendis in locis congruentibus, ad
pro tempore eligendis, ostendentur
itatibus & diebus, a primis uesperis,
ue ad occasum solis sequentis diei, sin-
rum festiuitatum & dierum huiusmodi,
uerint. Et pro reparatione, & manu-
tione, ac conseruatione eiusdem ecclesie
smodi manus porrexerint adiutrices:
tuor millium annorum, & octingentorum
um & totidem quadragenarum.
Necnon ante capellam omnium sancto-
sitam in ecclesia constructa huiusmodi,
ltare, seu aliam capellam, in ecclesia
struenda seu eligenda, ad hoc deputan-
, seu deputandam, ter orationem do-
icam, & totiens salutationem angelicam,
is ante huiusmodi capellam seu altare
ibus; centum dierum iniunctarum eis
tentiarum pro singulis diebus & festiui-
us, ac particulis reliquiarum ostensarum,
icibus recitationis huiusmodi respectiue
xationem, & indulgentiam auctoritate
stolica tenore presentium elargimur.
XXV. His uero ex ALBERTO *cardinali*,
ro tempore existenti *archiepiscopo Mag-*
rgensi, ac ceteris CHRISTI fidelibus pre-
, qui septem altaria, in dicta nouiter,
structa, uel alia construenda aut eligen-
ecclesia, in qua dictum collegium erigi,
ad quam dictam translationem fieri con-
tige-

Praemia pietatis, si quis ad augmentum huius ecclesiae quid contulerit,

aut preces in ea fuderit.

Qui altaria nouae ecclesiae, certis *diebus festis* uisitauerint.

tigerit consistentia, & ad hoc per prepositu decanum & capitulum ecclesie nouiter co struc̃te, seu construende, uel eligende hu iusmodi deputanda, in singulis quadrage malibus diebus, ac pasce, & penthecoste ac natiuitatis domini nostri IESV CHRISTI necnon assumptionis & natiuitatis, cum ei octaua, & aliis eiusdem sacratissime uirgini & sanctorum sub quorum inuocatione, dicta nouiter constructa seu construenda, uel eligenda ecclesia, consecrata existit, & de dicationis illius: necnon celebritatis omni um sanctorum festiuitatibus, deuote uisita uerint.

§. XXVI. Ac quotiens, prefatum ALBER TVM, & pro tempore existentem *ar scopum Magdeburgensem* in pontifi missam inibi celebrare contigerit, *tioni misse* qui interfuerint, ac orat dominicam, & salutationem angelica deuote recitauerint, omnes & singu dulgentias & peccatorum remissione sequantur, quas consequerentur, si ec urbis, & extra illius muros consisten stationibus deputatas, quadragesimali aliis temporibus, & diebus personali sitarent, & alia ad illas consequendas plerent, eisdem auctoritate, & ten dulgemus. Et insuper fideles ipsi a sequendum indulgentiarum gratias modi fiant aptiores, dicto ALBERTO *car* & pro tempore existenti *archiepiscopo deburgensi.* Vt dicta sexta feria, post dictum festum natiuitatis beate MARIE nis, & post totam octauam eiusdem f ac

Si qui *missae* in eadem interfuerint.

ic durante ostensione dictarum reliquiarum, tot presbyteros seculares, uel cuiusuis ordinis, etiam mendicantium regulares, quot necessarii fuerint deputandi.

§.XXVII. Ipsisque deputandis presbyteris ecclesiam nouiter constructam seu construendam, uel eligendam, ad quam translatio dicti collegii, uel illius erectio forsan fiet, pro consequenda dicta indulgentia plenaria uisitantium, cruce erecta, & ad instar dilectorum filiorum penitentiariorum nostrorum, basilice sancti PETRI de urbe, cum uirgis seu baculis albis, in eorum manibus, confessiones audiendi, & confessos ab omnibus eorum peccatis, criminibus, excessibus & delictis, in singulis casibus, etiam *sedi predicte reseruatis*, exceptis contentis in bulla que legitur in die cene domini, auctoritate apostolica prefata, absoluendi, eisque penitentiam salutarem iniungendi.

Presbyteri *poenitentiarii*, in noua hac ecclesia constituendi.

cum facultate quaelibet peccata remittendi.

Necnon uota quecumque per eos emissa, religionis & castitatis uotis, duntaxat exceptis, in pia constructionis & reparationis ecclesie, nouiter constructe, seu construende huiusmodi opera, commutandi licentiam, auctoritate apostolica, & tenore premissis, concedimus & etiam facultatem.

& *uota* commutandi in *bona opera*.

§.XXVIII. Demum quod omnes & singuli utriusque sexus confratres confraternitatis predicte corpora, seu cadauera, ubicumque locorum eos ab hac luce migrare contigerit, etiam cum funerali pompa, & tempore *interdicti*, quauis, etiam apostolica auctoritate opposita ecclesiastice tradi possint sepulture.

Ab omni *ecclesiastico interdicto* collegium hocce eximitur.

Ipsique confratres tempore interdicti huiusmodi diuinis interesse, & ecclesiastica sacramenta, a quocumque sacerdote suscipere, libere & licite ualeant.

Ac omnium, & singulorum *orationum*, & *bonorum operum*, que in dicta nouiter constructa, seu construenda, uel eligenda, & singulis domorum, fratrum mendicantium ecclesiis pro tempore fiunt, participes sint, & esse censeantur, auctoritate apostolica, & tenore eisdem statuimus & ordinamus.

INDVLGENTIAE huic ecclesiae semel concessae, nonnisi praescriptis modis impetrari poterunt.

§. XXIX. Ac indulgentias & facultatem huiusmodi, necnon alia premissa, sub quibusuis reuocationibus, uel suspensionibus indulgentiarum & facultatum que a nobis, aut dicta sede, etiam in fauorem *cruciate* & expeditionis contra infideles, aut *fabrice basilice* sancti PETRI de urbe hactenus emanarunt, aut in futurum quomodolibet emanabunt, minime comprehensas esse, aut comprehendi debere; sed ab illis semper exceptas fore, & censeri debere decernimus.

Episcopis *Brandenb.* & *Hauelb.* ut & abbati monasterii *Scottorum* defensio huius ecclesiae committitur.

§. XXX Quo circa uenerabilibus fratribus nostris *Brandenburgensi* & *Hauelbergensi episcopis*, ac dilecto filio abbati monasterii, *scottorum*, oppidi *Erffordensis*, Moguntine diocesis per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsi, uel duo, aut unus eorum, per se uel alium, seu alios, quotiens, & quando, ac ubi opus fuerit, ac pro parte ALBERTI *cardinalis*, & pro tempore existentis *archiepiscopi Magdeburgensis* & capituli ac personarum, ecclesie nouiter constructe, uel construende, aut eligende huiusmodi fuerint requisiti, presentes & in eis contenta hu-

uiusmodi ſolemniter publicantes, eisdem rchiepiſcopo & capitulo, ac perſonis ecleſie nouiter conſtructe, uel conſtruende, ut eligende huiusmodi in premiſſis efficais *defenſionis* preſidio aſſiſtentes, faciant uctoritate noſtra preſentes & in illis conenta, huiusmodi inuiolabiliter obſeruari. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit uxilio *brachii ſecularis*.

Derogatur omnibus contrariis priuilegiis per hanc bullam.

§. XXXI. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus *apoſtolicis*, necnon quarumcumque etiam *Magdeburgenſium* eccleſiarum, iuramento, confirmatione apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque & indultis apoſtolicis eccleſiis eisdem, ac quibusuis perſonis, conceſſis, confirmatis & innouatis; quibus etiam, ſi ad illorum derogationem, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis expreſſa, ſpecifica, indiuidua, ac de uerbo ad uerbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio ſeu queuis alia expreſſio, aut aliqua alia forma, ſeruanda eſſet tenores huiusmodi preſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac uice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, contrariis quibuscumque.

§. XXXII. Aut ſi aliquibus communiter uel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi uel excommunicari non poſſint, per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de uerbo

uerbo ad uerbum, de indulto huiusmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis, confirmationis, suppletionis, prohibitionis, relaxationis, inhibitionis, indulti, concessionis, statuti, ordinationis, decreti, mandati, & derogationis infringere, uel ei ausu temerario contraire.

Excommunicatione refractarii huius bullae deterrentur.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum PETRI & PAVLI, apostolorum eiu nouerit incursurum.

Datum Rome apud sanctum Petrum an incarnationis dominice millesimo quing tesimo decimo nono, Idibus Aprilis, p tificatus nostri anno septimo.

L. Cardinalis.
Albergatus

NVM. V.

Processus fundationis *eccles Mariae Magdalenae in a sancti* MAVRICII oppidi *Hallen* ab *archiepiscopo* ERNESTO fa ctae, & ab LEONE X. papa confirmatae, MDXX.

HIERONYMI *Brandenb.* episcopi litterae *bullam papalem* & sibi

IERONIMVS dei & apostolice sedis gr sancte *Brandenburgensis* ecclesie e scopus, iudex commissarius & exe tor una cum nostris in hac parte colle cum clausula quatenus ipsi uel duo aut un

eorum

orum &c. a ſancta ſede apoſtolica ſpirituali commiſſum munus manifeſtantes, deputatus. Vniuerſis & ſingulis reuerendiſſimis ac reuerendis in Chriſto patribus & dominis, dominis archiepiſcopis, epiſcopis eorumque & cuiuslibet ipſorum in ſpiritualibus & temporalibus uicariis & officialibus, generalibus, abbatibus, prioribus, prepoſitis, decanis, ſcholaſticis, cantoribus, theſaurariis, cellariis, cuſtodibus, ſacriſtis tam cathedralium quam collegiatarum, canonicarum, parochialiumque eccleſiarum rectoribus ſeu locatenentibus eorundem plebanis, uiceplebanis, capellanis, curatis & non curatis; ac monaſteriorum ordinum quorumcumque generalibus, prouincialibus, miniſtris, gardianis, prioribus, uicariis, cuſtodibus; ac ſancti Iohannis Hieruſolimitanenſis & beate Marie *ordinum* magiſtris, commendatoribus & preceptoribus ipſorumque necnon predicatorum minorum, heremitarum, ſancti Auguſtini & beate Marie; carmelitarum domorum & conuentuum fratribus & conuentibus ceteriſque presbyteris, clericis, notariis & tabellionibus publicis per Magdeburgenſes & Maguntinenſes prouincias ciuitatis & dioceſis ac aliis ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet in ſolidum. Necnon omnibus & ſingulis dominis ducibus, marchionibus, comitibus, uice comitibus, baronibus, militibus, militaribus, domicellis, capitaneis, ...inis ac curiarum tam ſpiritualium terra..., ciuitatum, oppidorum, caſtrorum, uil...m & uniuerſitatum quarumcumque ma...ibus, rectoribus, gubernatoribus, ſcabinis,

Scilicet archiepiſcopis & epiſcopis &c.

Cunctis *monachorum* ordinibus.

Principibus ſecularibus.

Eorumque miniſtris omnis generis & nominis.

binis, proconſulibus, conſulibus, ciuibus oppidanis, incolis, prefectis, caſtellanis marſchallis iudicibus ſchulaſticis, aduocatis iuſticiariis, ſeruientibus, ſcribis, pretoribus & aliis quibuſcumque perſonis, per ſupradictas prouincias ciuitatis, & dioceſis iurisdictionem temporalem & ordinariam per ſe uel alium ſeu alios pro tempore exercendam. Et preſertim uocibus & circumſpectis uiris dominis prepoſito, decano & capitulo eccleſie Magdeburgenſis omnibusque aliis & ſingulis quorum intereſt aut intereſſe poterit. Quosque infra ſcripta tangunt negotia ſeu tangere poterunt quomodolibet in futurum, quibuſcumque nobilibus cenſeantur & quacumque prefulgeant dignitate communiter uel diuiſim ſalutem in domino & preſentibus fidem indubiam adhibere. Noſtrisque huiusmodi immo uerius apoſtolicis firmiter obedire mandatis.

Allegat bullam papalem eamque a *falſitatis* ſuſpicione liberat.

§. II. Literas ſanctiſſimi in CHRISTO patris & domini noſtri *Leonis* diuina prouidentia pape decimi eius uera bulla plumbea. In filis ſericeis rubei croceique coloris Marie Romane curie inpendentes bullatas ſanas ſiquidem & integras non uitiatas, non cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus uicio & ſuſpitione carentes. Nobis per diſtrictum uirum magiſtrum *Iohannem* BORVYCKEN reuerendiſſimi in CHRISTO patris illuſtriſſimique principis & domini, domini ALBERTI *miſeratione* diuina, tituli ſancti GRISOGONI ſacroſancte Romane eccleſie presbyteri cardinalis, ſanctarum *Magdeburgenſis* & *Maguntine archiepiſcopi*, pri-

primatis ac ſacri Romani imperii per Germaniam *archicancellarii principis electoris* ac *Halberſtadenſis* eccleſiarum adminiſtratoris, marchionis Brandenburgenſis, Stettinenſis, Pomeraniae, Caſſuborum, Slauorumque ducis; burggrauii Nurenburgenſis ac Rugie principis principalis in eisdem literis apoſtolicis principaliter nominati, ſecretarium & legitimum generatorem. De cuius procurantis mandato ex tunc coram nobis legitima extitit facta fides nobis coram notariis publicis & teſtibus infra ſcriptis preſentatas, nos cum ea qua decuit reuerentia recepiſſe nominatis huiusmodi ſub tenore &c.

Hic tota bulla, LEONIS X. *pontif. max. inſerta legitur;* ROMANAE *ſcilicet* CVRIAE, *imo ipſius* CAMERAE IMPERIALIS & IVDICII AVLICI *more ſolito & conſuetudine ſingulari. Sed quum eandem paulo ante* NVM. IV. *iam exhibuerimus ſuperuacaneum, fuiſſet hic denuo, praelo ſubiicere.*

§. III. Poſt quarum quidem literarum apoſtolicarum preſentationem & receptionem nobis & per nos, ut premittitur, factas fe-imus per prefatum magiſtrum *Iohannem* ...KEN ſecretarium & procuratorem de-...cum inſtantia requiſiti. Quatenus ad inſertarum literarum apoſtolicarum no-...t premittitur, preſentatarum publicatio-... & executionem iuxta & ſecundum ...dem uim, formam, continentiam & te-...m procedere literasque publicationis ...atorias, inhibitorias, monitorias, ex-...municatorias, acgrauatorias, reag-...atorias interdicti & brachii ſecularis in-

Epiſcopus Brandeb. hanc *bullam* in omnium, notitiam deducit.

inuocatione ſub rectis cenſuris & penis formam habilibus in eisdem literis apoſtolicis contentis contra & aduerſus maioris & *aliarum ciuitatis & diocefis Magdeburgenſis* eccleſiarum capitula, canonicos & eccleſiaſticos; necnon ſeculares ciuitatis & dioceſis huiusmodi perſonas cuiuscumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis & preeminentie exiſtentes, & qui in his eccleſiaſtica uel mundana, etiam *ducali, dignitate fungentes* omnesque alios & ſingulos ſua communiter uel diuiſim intereſſe preſentantes, ne preinſertarum literarum apoſtolicarum, & in eis contentorum effectum & executionem debitam impedirent. Ac prefatum dominum, reuerendiſſimum *cardinalem* in premiſſis turbare, moleſtare & impedire ſeu moleſtari, perturbari & impediri facere preſumant, in forma ſolita & conſueta decernere & concedere ipſique domino reuerendiſſimo ALBERTO *cardinali* & archiepiſcopo contra prefatos & quoscumque contradictores de remedio opportuno prouidere ac defenſionis preſidio aſſiſtere, apoſtolica auctoritate, dignaremur.

Bulla papalis *Magdeb.* capitulo potiſſimum oppoſita.

Ad acta archiepiſcopi defendenda contra idem capitulum.

§ IV. Nos igitur HIERONIMVS epiſcopus, iudex commiſſarius & executor prefatus, attendentes requiſitionem huiusmodi fore iuſtam & rationi conſonam uolentesque mandatum apoſtolicum ſiue literas *apoſtolicas preinſertas* nobis directas reuerenter exequi (ut tenemur) in reo auctoritate apoſtolica, qua fungimur, in hac parte, preinſertas literas *apoſtolicas publicauimus* & *publicari* mandauimus literasque *executorias*, inhibitorias

Cuius tenorem ep. *Brandenb.* partibus declarat.

rias, monitorias, aggrauatorias, reaggra-
torias, interdicti & *brachii secularis* ut
efertur petitas decreuimus prout publica-
us & decernimus prepositis uobis omni-
s & singulis supradictis, in uirtute sancte
bediencie, & sub *excommunicationis pena*,
am in uos & uestrum quemlibet, trium
men dierum canonica monitione premissa,
rimus dei nomine in his scriptis. Nisi
ceritis ea que uobis, in hac parte, commit-
nus, & mandamus, districte precipienda
andantes: quatenus accedatis quo ob id
erito fuerit accedendum, & ad prefati
omini, reuerendissim ALBERTI *cardinalis &*
icarii Christi seu reuerendissime paternitatis
e procuratoris instantiam presentes nostras
preinsertas *literas apostolicas* in se conti-
entes prefatarum. Maiores & aliarum ci-
tatis & diocesis *Magdeburgensis* ecclesiarum
apitulis, canonicis & ecclesiasticis necnon
ecularibus ciuitatis & diocesis huiusmodi
ersonis cuiuscumque dignitatis, status, gra-
us, ordinis, nobilitatis & preeminentie ex-
tentes, & quauis ecclesiastica uel mundana,
tiam ducali, dignitate fungentes omnibus-
ue aliis & singulis sua communiter uel diui-
m interesse presentantes. Contradictoribus
uibuscumque & rebellibus intimetis, inu-
etis; publicetis & ad ipsorum & singulorum
redictorum indubitatam noticiam deduca-
is & deduci faciatis.

Lata quoque in subsidium *excommunicationis* sententia contra aduersantes.

§. V. Quibus & nos *presentes nostras* &
reinsertas literas apostolicas, & in eis con-
nta intimamus, insumamus, notificamus,
ublicamus, & ad ipsorum notitiam dedu-
cimus,

Omnes iubentur, adiuuare *apostol. litterarum* publicationem.

cimus, in quibus in effectu his uel simili
uerbis inter alia cauetur expresse: qu
prefato domino reuerendissimo ALBER
cardinali, ut in ecclesia per, quondam bo
memorie, ERNESTVM, dum uiueret, *archiepis*
pum in arce sancti *Mauricii* oppidi *Hallen*
nouiter constructa in honorem sancte *Ma*
Magdalene omniumque sanctorum dedica
seu alia forsan extra arcem construenda,
iam constructa eligenda, collegium de con
sensu illam obtinentis seu obtinentium
ac fraternitatem utriusque sexus sub inuo
catione sancti ERASMI erigendi. Necno
capitulum uel nummerum uiginti quinqu
personarum, inibi deo deseruientium i
quo quatuordecim canonici presbyteri se
culares, inter quos prepositus, decanus &
cantor qui etiam scholastici uicem teneat &
decem chorales pro tempore assumendi pe
scholasticum, qui etiam cantoris uicem ge
rat, decano dicte ecclesie sic constructe u
alterius sic, ut prefertur, construende ue
sic constructe eligende pro tempore exi
stenti presentari, & per ipsum decanum ad
mitti, ac ad nutum ipsius scholastici, quo
tiens sibi uidebitur, destitui, ac alii loco
destitutorum, per ipsum scholasticum, eidem
decano presentari, & per ipsum decanum
admitti possint & debeant.

Facultas erigendi ecclesiam ALBERTO *cardinali* data publice declaratur.

Vt & canonicorum collegium, in ea, instituendi.

§. VI. Quodque archiepiscopus non de
bet esse prepositus ecclesie sic constructe
uel, ut prefertur, construende seu etiam con
structe eligende ecclesie sed alia persona
idonea ad prepositur am eiusdem constructe
uel construende, seu etiam constructe eli
gen-

Archiepiscopus huius collegii *praepositus* esse prohibetur,

ende ecclesie dum pro tempore uacat pre-entanda & instituenda in ipsius ecclesie onstructe uel construende aut eligende *repositura* prima, *decanatus* secunda & *can-oria* eiusdem tercia dignitates, ac preposi-us, decanus, cantor & canonici prefati im-mediate ipsius ALBERTI *cardinalis* & pro tem-ore existentis *archiepiscopi Magdeburgensis* risdictioni & nulli alteri subiecti existant.

immediate tamen illud sub se habeat.

§ VII. A quibus quidem uigintiquinque ersonis, hore canonice & diuina officia uiusmodi in choro dicte ecclesie sic con-ructe uel construende aut eligende, ad in-ar collegiate ecclesie, pariter cum laudibus e eadem beata MARIA uirgine, in loco ad oc deputato uel deputando, per duos cano-icos presbyteros, adiunctis choralibus pri-ium decantatis, demum in choro dicte cclesie sic constructe uel construende aut ligende per prepositum, decanum, can-orem & chorales predictos, alternatis uici-us, in *albis* & *nigris* religionis amictibus, pro emporis congruentia permutandis, commu-iter decantandi, singulis diebus perpetuis uturis temporibus persoluantur, quodque repositus, decanus, cantor, canonici & horales pro tempore existentes, apud ec-lesiam predictam sic constructam uel con-truendam aut eligendam continuam & per-onalem residenciam, sub omnium fru-ctuum & emolumentorum unius cuiusque rebende & beneficii priuationis pena irre-nissibiliter ipso facto, si non fecerint, incur-enda facere teneantur.

Canonicorum repetuntur officia.

§. VIII. Et prepositūram, decanatum, ca-noni-

Qui, renunciare

illis neque-unt, nisi cum *consensu* AEp. Magd.

nonicatus & prebendas, subcustodiam, alia beneficia simpliciter uel ex causa permu-tationis absque expresso dicti ALBERTI car-*dinalis* & pro tempore existentis *archiepisco-pi Magdeburgensis* consensu, resignare nul-modo possent. Et quod *resignatio* de ill- aliter pro tempore facta sit nulla. Statuen-di quoque & ordinandi ac alia statuta & or-dinationes licita & honesta ac sacris canoni-bus non contraria, pro diuini cultus augmen-to, ac ipsius sic constructe uel construend- aut eligende ecclesie illiusque personaru- felici statu edendi, ordinandi & concedend- ac illa & forsan per prefatum ERNESTV- archiepiscopum condita, in totum uel i- partem mutandi & corrigendi. Ac alia e-iam faciendi, que eo ipso quod edita, ordi-nata, condita, mutata, ac correcta & fac- fuerint, apostolica auctoritate confirma- sint & esse censeantur. Ac perpetuis fu-ris temporibus obseruari debeant.

Locus *honoris*, huic ecclesiae inter alias deputatus, indicatur,

§. IX. Quodque etiam *ecclesia nouiter c-structa* uel, ut prefertur, *construenda* aut e-genda huiusmodi singularum aliarum qu- oppidi *Hallensis* huiusmodi, quam alia- quarumcumque ciuitatis & diocesis *Mag-burgensis* collegiatarum & aliarum eccle-rum & monasteriorum, post metropolitan- ecclesiam, suprema haberi, teneri & nomi-ri, ac dicte ecclesie nouiter constructe u- construende aut eligende prepositus, dec-nus, cantor, canonici & alie persone illiu- in processionibus & aliis generalibus co-gregationibus ubicumque locorum, in qu-bus persone aliarum ecclesiarum collegia-
ru-

um uel inferiorum, etiam monasteriorum,
uiusmodi affuerint supremum habere lo-
um debeant, ac quod decanus, cantor &
anonici eiusdem ecclesie constructe, con-
ruende aut eligende alumna de uario pre-
ositus uero de hermelino aut alio pellium
enere, pro libitu uoluntatis domini ALBERTI
ardinalis & pro tempore existentis *archi-
episcopi Magdeburgensis*, deferre, & idem pre-
positus in certis anni festiuitatibus, in prein-
ertis literis apostolicis expressis, in uesperis,
missis & processionibus mitra & ceteris in-
igniis pontificalibus, preter sandalia, bacu-
um pastoralem, annulos & pectorale uti
libere & licite possit,

Vestiumque diuersa genera, pro officiorum diuersitate, canonicis praescribuntur.

§. X. Necnon *ius patronatus* & presen-
andi personas idoneas ad prepositurum, de-
anatum, cantoriam & prebendas, subcusto-
iam aliaque beneficia ecclesiastica; quotiens
e cetero uacauerint dicte arcis capitaneo
pro tempore existenti laico: qui ad nutum
eiusdem *archiepiscopi* amouibilis existat, insti-
tuendi uero personas presentatas ALBERTO
cardinali & pro tempore existenti *archiepi-
scopo Magdeburgensi* &, dicta *ecclesia Mag-
deburgensi* uacante, capitulo ecclesie nouiter
constructe uel construende aut eligende hu-
iusmodi perpetuo reseruandi & conceden-
di, iuxta earundem literarum apostolicarum
um, formam, continentiam & tenorem in-
stituendi, fundandi & erigendi.

Ius praesentandi praepositum arcis S. Mauricii capitaneo conceditur.

§. XI. Ac *de bonis salinariis uel aliis bonis
mensae archiepiscopalis etiam capitulo Magde-
burgensi ad hoc nunc uocato*, aut eorum ad
hoc requisito consensu, conuenienter dotan-

Dos ecclesiae constitui debet.

di. Necnon ſanctorum *reliquias*, a quibu
uis eccleſiis & locis ſacris, etiam qualite
cumque priuilegiatis, dummodo per eccle
ſiarum & locorum eorundem capitula &
perſonas aut alias ad id poteſtatem habente
elargiantur, extrahendi, & ad eccleſiam no
uiter conſtructam uel conſtruendam & eli
gendam huiusmodi deferendi, inibi hono
rifice uenerandas recondendi & cum debitis
reuerentia & honore conſeruandi; non ob
ſtantibus *iuramentis* forſan per capitula &
perſonas huiusmodi de reliquiis non alie
nandis ſeu non elargiendis aut alias non
concedendis preſtitis que illis ad hoc, earun
dem tenore, exiſtent relaxata.

Reliquias eo transferendi facultas datur.

§. XII. Aliasque & alia faciendi a ſancta
ſede apoſtolica generoſe ſit conceſſa facul-
tas prout ac quemadmodum in preinſertis
literis apoſtolicis plenius continetur & ha-
betur, quodque, etiam maioris & aliarum
ciuitatis & diocefis *Magdeburgenſis* eccleſia-
rum capitulis, canonicis & eccleſiaſticis,
necnon ſecularibus, ciuitatibus & diocefis
huiusmodi perſonis cuiuscumque dignita-
tis, ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis &
preeminentie exiſtentibus, & quauis eccle-
ſiaſtica, uel mundana, etiam ducali, dignitate
fungentibus. A dicta ſede apoſtolica, ſub
excommunicationis late ſententia, ac *com-
miſſi ſacrilegii & beneficiorum eccleſiaſticorum*
per *eccleſiaſticas perſonas obtentorum* priua-
tionis, necnon interminationis diuini iudicii
& maledictionis eterne penis ſit inhibitum.

Alii omnes haec talia facere prohibentur ſub graui poenarum comminatione.

§. XIII. Quibus omnibus & ſingulis ſupra-
dictis & preſertim maioris & aliarum ciuitatis
&

diocesis *Magdeburgensis* ecclesiarum ca- Capitulo cathedralis ecclesiae ut & cunctis minoribus interdicitur ne ALBERTVM, impediant.
ulis, canonicis & ecclesiasticis, necnon
ularibus eiusdem ciuitatis & diocesis hu-
modi personis cuiuscumque dignitatis,
tus, gradus, ordinis, nobilitatis & pre-
inentie existentes & quauis ecclesiastica
l mundana, etiam *ducali dignitate* fungen-
, & nos sub similibus supra & infrascriptis
itentiarum penis inhibemus: ne prefatum
minum, reuerendissimum ALBERTVM *car-*
ialem, uel *procuratores* aut *factores suos*,
ominus in ecclesia sancte *Marie Magda-*
ie, & omnium sanctorum nouiter in arce
ncti *Mauricii*, oppidi *Hallensis*, *Magdebur-*
nsis diocesis, constructa & edificata uel
ia per reuerendissimam suam paternitatem
tra dictam arcem forsan construenda aut Si scilicet *collegiatam ecclesiam* instituere uoluerit,
m constructa eligenda, de consensu illam
otinentis seu obtinentium, capitulum uel
imerum uigintiquinque personarum, &
niliter fraternitatem utriusque sexus CHRI-
ti fidelium, sub inuocatione sancti ERASMI,
um omnibus & singulis priuilegiis, indul-
s, remissionibus & concessionibus pariter-
ue indulgentiis & gratiis tam ad dictam
aternitatem quam alias ad prefatam eccle-
am beate *Marie Magdalene* & omnium san-
torum, in arce sancti *Mauricii* predicta, ex-
uctam uel alias extra eam de nouo con-
truendam aut iam constructam eligendam,
n certis anni festiuitatibus & statutis, in pre-
nsertis literis apostolicis, temporibus, de
apostolica potestatis plenitudine, pro CHRI-
STI fidelium uniuersorum salute, uberrime
elargitis & concessis fundare, erigere ac de

aut ei dotem de *salinarum* Hall. reditibus constituere.

bonis salinariis dicti oppidi *Hallensis* ad mensam archiepiscopalem ecclesie *Magdeburgensis* spectantibus uel aliis bonis eiusdem mense capitulo, eiusdem ecclesie *Magdeburgensis*, ad hoc minime uocato, neque eorum ad hoc minime requisito consensu conuenienter dotare. Sic quod eadem ecclesia nouiter constructa uel, ut prefertur, construenda aut iam constructa eligenda, omnium & singularum, tam oppidi *Hallensis* quam aliarum quarumcumque, ciuitatis & diocesis *Magdeburgensis* collegiatarum ac monasteriorum, post Metropolitanensem ecclesiam, suprema habeatur, reputetur & nominetur; ac eiusdem ecclesie constructe, construende aut eligende, prepositus, decanus, cantor, canonici & alie persone illius in processionibus & aliis generalibus congregationibus ubique locorum in quibus persone aliarum ecclesiarum collegiatarum uel inferiorum, *etiam monasteriorum huiusmodi, affuerint: locum supremum habeant, & obtineant;* ac quod decanus, cantor & canonici eiusdem ecclesie constructe, construende aut eligende alumnia * de uario, prepositus de *hermelino aut alio pellium genere, pro libitu uoluntatis reuerendissimi domini* ALBERTI *cardinalis* & pro tempore existentis *archiepiscopi Magdeburgensis*, deferre, & idem prepositus in quibusdam anni festiuitatibus, in preinsertis literis apostolicis expressis, in uesperis, missis & processionibus, mitra & ceteris insignibus pontificalibus preter sandalia, baculum pastoralem, annulos & pectorale uti, nec non *statuta* & ordinationes licita & honesta

Prohibentur huius ecclesiae *praecedentiam* impugnare.

aut *uestium* genera.

Vel statutorum ordinationes.

&

& ſanctis canonibus non contraria pro diui-
ni cultus augmento, & dictarum perſona-
rum felici ſtatu ordinare & concedere, &
illa & forſan iam condita in totum uel in
partem mutare uel corrigere ac alia facere:
necnon ſanctorum *reliquias* a quibusuis ec-
cleſiis & locis ſacris, etiam qualitercumque
priuilegiatis, dummodo per eos, ad id pote-
ſtatem habentes, elargiantur extrahere, & ad
eccleſiam conſtructam uel conſtruendam
aut eligendam huiusmodi deferre & inibi
conſeruari facere, & ſi dictum collegium,
in prenarrata eccleſia, in arce nouiter con-
ſtructa, erigi contigerit, &, ſucceſſu tempo-
ris & aliqua iuſta, certa, rationabili cauſa
ad aliam eccleſiam, in dicto oppido *Hallenſi*,
aut alibi, etiam extra ciuitatem & dioceſin
Magdeburgenſem de nouo conſtruendam aut
eligendam *translatum fuerit*, dictas reli-
quias cum reliquis clenodiis ad eandem
*transferre omniaque alia & ſingula in
preinſertis litteris apoſtolicis contenta exequi*
& debite exemtioni demandare poſſit &
ualeat, qualitercumque impediatis, nec ei
aliquod inpedimentnm preſtantibus detis
auxilium, conſilium uel fauorem neue reli-
quias predictas in dicta nouiter conſtructa
uel conſtruenda aut eligenda eccleſia nunc
pro tempore reconditas ac uaſa aurea &
argentea aliaque ornamenta eccleſiaſtica,
inibi exiſtentes & que erunt in futurum,
abinde alienare, uel auferre ſeu alienare &
auferri facere ſeu mandare.

aut *reliquiarum* translationes in nouam forte eccleſiam faciendas impedire.

§. XIV. Ac ut indulgenciarum pariter &
remiſſionis plenaria elargitio pro uniuerſo-
rum

Indulgentiarum datarum roboratio.

rum CHRISTI fidelium utriusque sexus animarum refrigerio & salute prefate ecclesie beate *Marie Magdalene*, & omnium sanctorum in supra dicta arce sancti *Mauricii* nouiter constructe, uel alias extra eam construende, aut iam constructe eligende, uel ad quam translatio facta fuerit; in certis anni festiuitatibus, & statutis, in preinsertis, literis apostolicis, temporibus libere uoluntatis arbitrio, de thesauro militantis ecclesie, apostolice potestatis plenitudine, facta & concessa ipsis reddatur salutaris: Omnibus & singulis, tam ecclesiasticis quam secularibus personis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, preeminentie uel conditionis extiterint modo premisso inhibemus; ne quauis *diabolice persuasionis, instigationis*, dictis indulgentiarum apostolicarum concessionibus, elargitionibus & plenarie remissioni, priuilegiis quibuscumque & gratiis tam ecclesie supradicte quam personis eiusdem, a prefata sede, gratiose, concessis, quouis ausu temerario contradicere aut eis uel aliquo eorum in toto uel in parte detrahere uel effectum eorundem quomodolibet frustrare presumatis publice uel occulte, directe uel indirecte, quouis quesito colore uel ingenio. Alioquin si premissa omnia & singula non adimpleueritis mandatisque & inhibitioni nostris huiusmodi, immo uerius apostolicis, non parueritis cum effectu: nos in uos omnes & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis in premissis, ac in contradictores quoslibet & rebelles ac impedientes prefatum dominum reuerendissimum

Omnes ne contradicant, hisce forte

mum ALBERTVM *cardinalem & archiepiſcopum* uel procuratores & factores ſuos, ſuper premiſſis in aliquo ipſumque impedientibus: dantes auxilium, conſilium uel fauorem, publice uel occulte, per ſe uel alium, ſeu alias exnunc prout extunc & extunc prout exnunc ſingulariter, in ſingulos excommunicationis late ſententie ac commiſſi ſacrilegii & beneficiorum eccleſiaſticorum, per eccleſiaſticas perſonas, obtentorum priuationis penas. A qua excommunicatione non niſi a *prefato ſanctiſſimo domino noſtro papa & Romanorum pontifice pro tempore exiſtenti abſolutionem*, preterquam in mortis articulo reſtitutione preuia nequeant obtinere. Ac beneficia, tamquam pro priuatione huiusmodi, uacantia a ſede apoſtolica libere impetrari posſint.

inſtitutis dehortantur.

Repetita *excommunicationis* comminatione: immorigeris metuenda.

§. XV. In dicto uero maioris *Magdeburgenſis* interminationis diuini iudicii, & maledictionis eterne ac eiusdem & quarumcumque eccleſiarum & monaſteriorum capitula, collegia & conuentus, in his delinquentia *ſuſpenſionis* a diuinis. Ac in ipſorum delinquentium & rebellium eccleſias, monaſteria & capellas *interdicti* ſententias, in his ſcriptis fecimus & etiam promulgamus. Vobis uero reuerendisſimis ac reuerendis in CHRISTO patribus & dominis, dominis *archiepiſcopis & epiſcopis prefatis* duntaxat exceptis; quibus ob reuerentiam, ueſtrarum pontificalium dignitatum deferimus, in hac parte, ſi contra premiſſa uel premiſſorum aliquod per uos uel ſubmiſſas perſonas feceritis: Sex dierum canonica monitione

Reſiſtentium eccleſiae *interdicto* ſubiiciendae.

pre-

Ipsis *archiepiscopis* & *episcopis* non exceptis.

premissa, ingressum ecclesiarum *interdicimus*, in *his scriptis*. Si uero huiusmodi interdictum per sex alios dies, dictos sex dies immediate sequentes sustinueritis; uos eadem canonica monitione premissa, in his scriptis suspendimus a diuinis; si uero prefatas interdicti & suspensionis sententias per alios sex dies prefatos duodecim *duce immediate sequentis annuis, quod absit, sustinueritis inducatis; uos in his scriptis simili canonica monitione preuia extunc prout exnunc & exnunc prout extunc *excommunicationis* sententia innodamus.

Non resipiscentium contumacia *excommunicatione* punitur.

Episcopus Brand. aliis inferioribus clericis *uices* suas *delegat*,

§. XVI. Ceterum cum ad *executionem premissorum ulterius faciendam nequeamus* quo ad presentes *pluribus aliis & ecclesie nostre prepediti* negotiis *personaliter interesse*, uniuersis & singulis dominis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, cellerariis, sacristis tam cathedralium quam collegiatarum canonicis parrochialiumque ecclesiarum rectoribus seu loca tenentibus eorundem plebanis, uiceplebanis, curatis & non curatis, uicariis perpetuis, altaristis, ceterisque presbyteris, clericis, notariis & tabellionibus publicis quibuscumque per prouincias, ciuitates & dioceses predictis ac alias ubilibet constitutis; ac cuilibet eorum in solidum super ulteriori executione dicti mandati apostolici, atque nostri facienda, auctoritate apostolica supradicta, tenore presentium, committimus plenarie uices nostras, donec eas ad nos specialiter & expresse duxerimus *reuocandas*. Quos & eorum

donec *reuocauerit* mandatum.

rum

um quemlibet in solidum eisdem auctoritate & tenore requirimus & monemus primo, secundo, tertio & peremptorie communiter uel diuisim eisque nihilominus, & eorum cuilibet, in uirtute sancte obedientie, & sub excommunicationis sententie pena, quam in eos & eorum quemlibet, nisi infra sex dies postquam pro parte reuerendissimi domini ALBERTI *cardinalis & archiepiscopi* fuerint super hoc requisiti seu alter eorum fuerit requisitus immediate sequentes, quos dies eis & eorum cuilibet pro termino peremptorio ac monitione canonica assignamus, fecerint. Que eis in hac parte committimus & mandamus, dicta canonica monitione procedente ex tunc prout ex nunc & e conuerso fecimus in his scriptis districte precipiendo mandamus: quatenus ipsi & eorum singuli, qui super hoc, ut premittetur, fuerunt requisiti seu fuerit requisitus, ita quod in his exequendis alter eorum alterum non expectat, nec unus pro alio se excuset. Ad uos omnes personasque & loca alia, de quibus ac ubi quando & quotiens expediens fuerit, personaliter accedant seu accedat ac prefatas *literas apostolicas huncque nostrum processum omniaque & singula* in eis contenta uobis coniunctim uel diuisim legant, intiment, insinuent & *fideliter* publicari procurent. Seu legat, intimet, insinuet et fideliter intimare procuret. Ne de eis seu eorum aliquo *ignorantiam* aliquam, in futurum pretendere ualeant, seu etiam quomodolibet allegare.

Ab ALBERTO requisiti; ei *auxilia* praestare debent.

§. XVII.

§. XVII. Quod si forte omnia et singula supradicta, qui culpabiles fuerint, in premissis uel aliquo premissorum ceterique *contradictores & rebelles* monitionis, requisitionis, inhibitionis, mandatis et processibus nostris immo uerius apostolicis, infra terminos superius expressos, parere et obedire neglexerint, seu recusauerint; penas, sententias et censuras predictas, in eos ut premittitur latas damnabiliter incurrendo. Extunc supradictis subdelegatis nostris, sub dicta excommunicationis pena, committimus et mandamus: quatenus singulis diebus diuinis et festiuis, in suis ecclesiis, monasteriis et capellis, infra missarum et aliarum horarum diuinarum solempnia ac alias ubi, quando et quotiens expediens fuerit, ac pro parte reuerendissimi domini ALBERTI *cardinalis & archiepiscopi* desuper requisiti fuerint, seu alter eorum fuerit requisitus prefatos culpabiles contradictores et rebelles excommunicatos tam diu publice denunctient, et ab aliis quantum in eis fuerit denunctiari faciant. Donec et quousque aliud a nobis uel superiori nostro receperint in mandatis.

Aduersantes *publice* in ecclesia sunt corripiendi.

§. XVIII. Si uero culpabiles et contradictores pariter et rebelles predicti dictam excommunicationis sententiam per decem dies, illius denunctiationem immediate sequentes pertinaciter sustinuerint: nos tunc, quia crescente contumacia et inobedientia crescere debet et pena, ne facilitas pene audaciam tribuat delinquendi, processus huiusmodi nostros aggrauationis dictis subdeligatis nostris, modo et forma premissis, pre-

recipimus: quatenus singulis diebus dominicis et festiuis in eorum ecclesiis, monasteriis et capellis infra, missarum et aliarum horarum predictarum solempnia, dictam excommunicationis denunctiationem reiterando eosdem culpabiles et contradictores ac rebelles. Sic ut premittitur *excommunicatos nominatim, campanis pulsatis, candelis accensis & demum extinctis & in terram proiectis, cruce* erecta, et religione indicta, aquam benedictam spargendo ad fugandos demones qui uos sic detinent ligatos et laqueis suis cathenatos; orando quod dominus noster IESVS CHRISTVS ipsos ad catholicam fidem ac sancte matris ecclesie gremium reducere dignetur. Nec eos in talibus peruersitate et duricia dies eorum finire permittat. Cum decantatione responsorii *reuelabunt celi iniquitatem*, inde et psalmi: *Deus laudem meam ne tacueris*; cum antiphona: *Media uita in morte sumus totaliter.* Et his finitis ianuas ecclesiarum suarum una cum clericis et *parochianis accedant* ad terrorem ut eo citius ad obedientiam redeant, tres lapides uersus domos habitationum suarum proiiciant, in signum maledictionis eterne. Quamque deus dedit Datam et Abiram, quas terra sustinere non potuit; sed iusto dei iudicio eos uiuos absorbuit, ut in infernum descenderent uiuentes, etiam post missam & in uesperis aliisque horis canonicis, sermonibus & predicationibus publicis, solempniter publicent & denunctient. Ac ab aliis, quantum in eis fuerit, publicari & denunctiari ac ab aliis CHRISTI fidelibus

Resipiscere recusantes *maiori excommunicatione* percellendi.

Tres *lapides* uersus excommunicatorum domos iaciuntur.

libus arcius emturi faciant. Donec & quo usque aliud a nobis uel superiori nostro ha buerint in mandatis.

§. XIX. Verum si *prefati denuntiati* & ag grauati aggrauationem huiusmodi per alios decem dies illius publicationis & dictos de cem dies immediate sequentes animis, quod absit, sustinuerint induratis. Nos extunc quia peruersorum audacia presumptiua id exigit, ut unica pena non contenti, forcio ribus arceantur penis; ne fides illorum leda tur, qui semper superioribus suis obedien tiam impenderunt processus nostros huius modi reaggrauationis subdelegatis nostris predictis, ut supra, mandamus. Quatenus dicta auctoritate *apostolica* omnes & singulos CHRISTI fideles utriusque sexus homines, & presertim familiares & seruitores denuntia torum & aggrauatorum huiusmodi modo & forma premissis moneant & requirant, primo, secundo, tertio & *peremtorie*, prout etiam & nos requirimus & monemus eos dem ipsis & eorum cuilibet, in uirtute sancte obedientie, & sub excommunicationis pena districtius iniungenda. Quatenus infra sex dies monitioni & requisitioni huiusmodi ipsis factis immediate sequentes, quos dies ipsis & eorum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremptorio & monitione ca nonica assignent, prout nos eisdem assigna mus a participatione, communione, fami liaritate & seruitio ipsorum denunciatorum & aggrauatorum penitus & omnino desistant. Nec cum eis uel eorum aliquo seruiendo stando, sedendo, loquendo, bibendo

Familiares & serui *excommunicati* consortium uitare debent.

Etiam in *minimis* rebus.

con

ncedendo *sal, cibum, potum, aquam uel*
nem ministrando aut alio quouis humanitatis
latio preterquam in casibus & personis a
re premissis participare presumant, seu ali-
is eorum presumat. Et si contrarium fece-
nt; nos in eos & eorum quemlibet cum di-
is denunctiatis & aggrauatis rebelliter par-
ipando & contrafacienti; ex tunc prout
nunc & ex nunc prout ex tunc dicta sex
erum canonica monitione premissa, ex-
mmunicationis sententiam ferimus in his
riptis & etiam promulgamus dictis subde-
gatis nostris modo & forma premissis di-
icte precipiendo, mandando. Quatenus
ngulis diebus dominicis & festiuis in suis
cclesiis, monasteriis & capellis infra missa-
m & aliarum horarum prescriptarum so-
mpnia, ac ubi, quando & quoties expe-
ierit predictos CHRISTI fideles familiares &
ruitores, qui cum dictis denunctiatis &
grauatis rebelliter participauerint, excom-
unicatos tam diu publice denunctiet & ab
iis, quantum in eis fuerit, publice de-
unctiari & ab omnibus CHRISTI fidelibus
rcius euitari faciant: donec aliud a nobis
el superiori nostro desuper in mandatis
eceperint.

Alias simi-li *censura* afficiendi.

§. XX. Preterea si prefati denunctiati, *ag-*
rauati & reaggrauati reaggrauationem no-
ram huiusmodi per alios decem dies illius
lenunctiationis; & dictos uiginti dies im-
nediate sequentes sustinuerint, Pharaonis
uriciam imitando ad modum aspidum sur-
arum aures suas obdurancium, ne uocem
udiant incantancium: nos ex tunc omnes

& singulas ciuitates, terras, oppida, cast
uillas, suburbia & quarumcumque eccle
rum collegiatarum collegia, parrochias & a
quecumque loca in & sub quibus, & ad q
denunctiatos, aggrauatos & reaggraua
predictos aut eorum aliquem morari, dec
nare seu deuenire contigerit; quam diu
dem fuerint seu aliquis eorum fuerit *ecc
siastico* supponimus *interdicto*, d ctis subd
legatis nostris, sub dicta excommunica
nis pena mandantes quatenus ex tunc qua
diu iidem denunctiati, aggrauati & rea
grauati, in locis predictis fuerint, seu al
quis eorum fuerit, cessent a diuinis. Qua
quidem cessationem, etiam per tres di
continuos post denunctiatorum, aggrau
torum & reaggrauatorum, uel alicuius eo
rundem abinde recessum obseruent & con
tinuent, ac ab aliis, quantum in eis fueri
obseruari & continuari faciant & permittan
Ita & taliter; quod huiusmodi sancte * inter
dicto nulla ecclesiastica sacramenta in & su
eisdem locis in quibus dicti denunctiat
aggrauati & reaggrauati fuerint seu aliqu
eorum fuerit ministrentur. Nisi *penitent
& baptismus* omnibus *indifferenter eucharist
infirmis* tantum, & *matrimonium sua eccle
siastica solempnitate* contrahatur, inibique d
sub eisdem locis decedentibus ecclesiasti
ca denegetur sepultura.

Qui taliter excommunicatos *recipiunt*; pariter *interdicto* sub iaceant.

Paucis *sacris* actibus exceptis.

§. XXI. Demum uero si prefati denunctia
ti, aggrauati, reaggrauati & interdicti, inter
dictum huiusmodi per alios decem dies il
lius publicationum, & dictos triginta dies
inmediate sequentes sustinuerint, ac proces
sibus

bus, mandatis, inhibitionibus & monitio-
ibus noſtris huiusmodi immo uerius apo-
olicis non paruerint, cum effectu quod deus
uertat nos ex tunc, quia mucrone non pro-
ciente eccleſiaſtico, temporalis gladius
on immerito ſuffragatur auxilium *brachii*
ecularis duximus non immerito inuocando;
t quos dei timor a malo non reuocat: tem-
oralis ſaltem coherceat ſeueritas diſcipline.
Hinc eſt quod uos omnes & ſingulos duces,
narchiones, comites, barones, proconſules,
nagiſtros ciuium, ſcabinos, iudices & offi-
iales ac alios ſupradictos iurisdictionem
emporalem & ordinariam per uos uel alium
eu alios exercentes quibus, *preſens noſter*
proceſſus dirigitur dicta auctoritate preſentium
tenore, requirimus & monemus pro ſecundo,
ertio & peremptorie uobis & ueſtrum cui-
ibet, in uirtute ſancte obedientie & ſub
excommunicationis pena; quam in uos &
ueſtrum quemlibet, canonica monitione
premiſſa, ferimus in his ſcriptis, niſi feceri-
tis ea que mandamus diſtricte precipiendo
mandantes. Quatenus infra ſex dierum ſpa-
cium poſt ſupradictos terminos ſucceſſiue
expreſſos, necnon publicationem & notifi-
cationem preſentium, uobis ſeu alteri ue-
ſtris territoriis, iurisdictionibus & diſtrictibus
ac requiſitionibus pro parte dicti domini
ALBERTI *cardinalis & archiepiſcopi* deſuper
factas immediate ſequentes quorum ſex die-
rum duos pro primo, duos pro ſecundo &
reliquos duos dies uobis & ueſtrum cuili-
bet, pro tertio & peremptorio termino ac
monitione canonica aſſignamus, uos omnes

Harum *contempto-res* cenſurarum, ſecularis poteſtatis ope in ordinem redigendi ſunt. Admonitio ſecularium, ut, requiſiti in eo, *praeſto* ſint.

Excommunicatione *renuentibus* denunciata.

& ſinguli domini temporales antedicti, qu
rum omnium, ſuper hoc auxilium *brac*
ſecularis inuocamus, quotiens & quan
pro parte dicti domini reuerendiſſimi *ca*
dinalis & archiepiſcopi, uigore preſentiu
ſuper hoc fueritis requiſiti in iuris ſubſidiu
contra prefatos denunctiatos, aggrauato
reaggrauatos & interdictos dicta auctorit
apoſtolica per captionem, inuaſionem, i
carcerationem & detentionem perſon
rum, corporum, rerum & bonorum eoru
dem inſurgatis & alios inſurgere facia
Necnon corpora, res & bona eorum & cu
libet ipſorum inuadatis & incarceretis, & i
firma & tuta cuſtodia teneatis arreſtetis
occupetis uel uos, uel alium ſeu alios
cuilibet ueſtrum ſuper hoc requiſitus capia
inuadat, incarceret, cuſtodiat, detinea
arreſtet & occupet libere & licite. Supe
quibus omnibus & ſingulis uobis & ueſtru
cuilibet licentiam & plenariam poteſtate
concedimus, per preſentes dictosque d
nunctiatos aggrauatos, reaggrauatos & inte
dictos ita & taliter aſſtringatis & compel
tis potenter, etiam manu forti, *abſque* t
men *graui leſione corporum* eorundem uſqu
ad integram paritionem omnium & ſing
lorum premiſſorum. Ac donec & quou
que culpabiles contradictores & rebell
predicti ab impedimentis contradictio
& rebellioni predictis, ac conſilio, aux
lio uel fauore huiuſmodi penitus & omni
no deſtiterint ac ad ſancte matris eccleſi
gremium redigerint & *beneficium abſolutio*
nis a ſententiis, cenſuris & penis ſupradicti
a no

Varia *poenarum* genera quibus contumaces afficiendi.

A corpus tamen *affligentibus* abſtinendum.

nobis aut ſuperiori noſtro meruerint ob-
iere.

§. XXII. Et generaliter *dicti ſubdelegati* [n]*ſtri*, omnia & ſingula nobis in hac parte [co]mmiſſa plenarie exequantur, iuxta tradi[ta]m ſeu directam nobis a ſede apoſtolica [fo]rmam, ita tamen quod ipſi delegati no[ſtr]i uel quicumque alii nihil in preiudicium [di]cti domini reuerendiſſimi ALBERTI *cardina-[lis] & archiepiſcopi* ualeant attemptare, neque [in] proceſſibus per nos habitis & ſententiis [pe]r nos latis abſoluendo uel ſuſpendendo [ali]quid immutare; in ceteris autem que ei[de]m domino ALBERTO *cardinali & archiepi[ſc]opo* nocere poſſent ſupra premiſſis in ali[qu]o uel obeſſe ipſis & quibuscumque aliis [po]teſtatem omnimodam denegamus. Et ſi [co]ntingat nos ſuper premiſſis in aliquo pro[ce]dere, de quo nobis poteſtatem plenariam [re]ſeruamus, non intendimus propterea [c]ommiſſionem noſtram huiusmodi, in ali[qu]o reuocare. Niſi de reuocatione ipſa in [lit]eris noſtris ſpecialem & expreſſam fece[ri]mus mentionem. Per proceſſum autem [n]oſtrum huiusmodi nolumus neque inten[di]mus noſtris in aliquo preiudicare collegis [q]uominus ipſi uel eorum alter, ſeruato ta[m]en hoc noſtro proceſſu, in huiusmodi [n]egotio procedere ualeant prout eis uel eo[r]um altero uiſum fuerit expedire. Prefatas [q]uoque literas apoſtolicas huncque noſtrum [p]roceſſum ac omnia & ſingula negotium [h]uiusmodi tangentia, uolumus penes di[c]tum dominum reuerendiſſimum ALBERTVM [c]*ardinalem & archiepiſcopum* uel procurato-

Fines quibus *ſubdelegatorum* mandatum circumſcriptum.

Condelegatis papae *aequalis* ſeruatur poteſtas.

rem ſuum remanere. Et non per uos, uel aliquem ueſtrum ſeu quemcunque alium ipſis inuitis & contra eorum uoluntatem quomodolibet detineri, contrarium uero facientes prefatis noſtris ſententiis, prout per nos in ſcriptis late ſint dicta, canonica monitione premiſſa, uolumus ipſo facto ſubiacere, mandamus tamen copiam fieri de premiſſis eam petentibus & habere debentibus. Potentium quidem ſumptibus & expenſis. Abſolutionem uero omnium & ſingulorum qui prefatas noſtras ſententias aut eorum aliquam incurrerint ſiue incurrerit quoquomodo, nobis uel ſuperiori noſtro tantummodo reſeruamus.

Abſolutionem reorum ex hoc mandato, Brandenb. epiſcopus ſibi reſeruat.

§. XXIII. In quorum omnium & *ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes* literas ſiue preſens publicum inſtrumentum huiusmodi *proceſſum noſtrum* in ſe continentiam ſiue continens exinde fieri per notarios publicos infraſcriptos ſubſcribi & publicari mandauimus noſtrique ſigilli iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Data & acta in arce noſtra epiſcopali *Zieſer* ſub anno domini milleſimo quingenteſimo uiceſimo, indictione octaua, die uero Veneris decima menſis Februarii, hora ueſperorum uel quaſi; *pontificatus ſanctiſſimi* in CHRISTO patris & domini noſtri, domini LEONIS, diuina prouidentia, pape *decimi* anno ſeptimo, preſentibus ibidem honorabili & diſcretis uiris, *Petro* POLMAN capellano & presbytero noſtro *Brandenburgenſis*, *Iohanne* THEVEN & *Iohanne* SIMONIS *Hauelbergenſis* & *Hildenſemenſis* dioceſis reſpectiue clericis *teſti-*

An. 1520. haec acta.

stibus ad premissa uocatis pariter atque ogatis.

Et ego *Ioachim* CASSEL *Halberstadensis* iuitatis clericus publicus, sacra apostolica uctoritate *notarius* reuerendique in CHRISTO atris & domini, domini HIERONYMI *episcopi Brandenburgensis, iudicis commissarii & executoris, apostolica* actusque & negocii huiusmodi supradicti & coram eo scriba. Quia preinsertarum literarum apostolicarum fundatione collegiate ecclesie nouiter erecte erigende seu eligende supra dicte presentationi & receptioni secretarii & procuratoris comparitioni mandatique procuratione exhibitioni factique ipsius summarie narrationi, earundemque literarum publicationi ac contra & aduersus quoscumque *impedientes* & turbatores, inhibitionem, monitionem, censurarum & penarum ecclesiasticarum, uidelicet excommunicationis, aggrauationis, reaggrauationis & interdicti brachiique secularis inuocationis petitioni, fulminationi & decreto omnibusque aliis & singulis premissis dum sic, ut premittitur, fierent & agerentur una cum notario & testibus infra & supra scriptis presens & personaliter interfui. Eaque omnia & singula sic *fieri uidi & audiui* & in notam sumpsi ex qua hunc presentem publicationis literarum apostolicarum fundationis & erectionis eiusdem collegiate ecclesie earundemque executionis & decreti, sub censuris & penis ecclesiasticis, una cum brachii secularis inuocatione publicum manu mea propria scriptum extraxi confeci, subscripsi, publicaui & in hanc

Notarios papa quoque creat, quos *apostolicos* dicunt.

Quorum *auctoritas* eadem in episcoporum foris, qualis *caesareorum* in reliquis.

publicam formam redegi, ſignoque, nomine & cognomine meis ſolitis & conſuetis, una cum prenominati reuerendi in CHRISTO patris & domini, domini HIERONYMI epiſcopi, iudicis & executoris apoſtolici ſigilli appenſione ad mandatum eiusdem ſignaui & communiui in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum, rogatus & requiſitus.

Quidam utriusque notarii.

Et ego *Andreas* BRVNEWALT clericus *Halberſtadenſis* ciuitatis publicus apoſtolica & imperiali auctoritatibus notarius, etiam coram reuerendo in CHRISTO patre & domino, domino HIERONYMO epiſcopo *Brandeburgenſi* commiſſario & executore apoſtolico ſupradicto in preſentis huiusmodi proceſſus decreto una cum diſcreto pro & ante ſcripto magiſtro *Ioachimo* CASSEL reuerendi in CHRISTO patris & domini, domini epiſcopi *Brandeburgenſis* predicti prothonotario ſcriba condeputatus. Quia preinſertarum literarum apoſtolicarum preſentationi & receptioni proceſſusque huiusmodi petitione & decreto ac cenſurarum eccleſiaſticarum fulminatione & brachii ſecularis inuocatione, omnibusque aliis & ſingulis premiſſis prout per prothonotarium predicti deducuntur, etiam preſens interfui eaque omnia & ſingula pariter ſic fieri uidi ac una cum prenominatis teſtibus, audiui & in notam ſumpſi; ideoque huiusmodi preſentis publicationis & fulminationis cenſurarum eccleſiaſticarum proceſſus inſtrumentum publicum manu predicti prothonotarii fideliter ſcriptum, confectum & ſigillatum etiam

ſub-

ubscripsi & publicaui signoque, nomine & cognomine meis solitis & consuetis signaui in fidem & testimonium & singulorum premissorum, rogatus & specialiter requisitus.

NVM. VI.

SIGISMVNDI, *imperatoris & ordinum* S. R. I. SENTENTIA *definitiua* inter ARCHIEPISCOPVM ab una & HALLENSEM ciuitatem ab altera parte, cum comminatione BANNI, ne *ultima* pareat, cum *restitutione expensarum* MMD. aureorum Hungaricorum, an. MCCCCXXIV.

SIGISMVNDI imperatoris *sententia* COMITIALIS inter ARCHIEPISCOPVM & HALLENSEM ciuitatem 1424. Recensio 1) ELECTORVM ecclesiasticorum. 2) EPISCOPORVM. 3) SECVLARIVM.

SIGISMVNDVS, *dei gratia, Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Boemie, Dalmacie, Croacie &c. rex*, uenerabilibus, *Maguntinensi, Coloniensi, Treuerensi, archiepiscopis* sacri Romani imperii per Germaniam, Italiam, Galliam & regnum Arelatense *archicancellariis*, principibus *electoribus & nepotibus* nostris carissimis, archiepiscopo *Bremensi* necnon *Hildesemensis, Halberstadensis, Herbipolensis, Nuenburgensis, Merseburgensis, Misnensis, Brandenburgensis & Hauelbergensis ecclesiarum episcopis, principibus*, DEVOTIS nostris dilectis, ac illustribus, duci SAXONIE Sacri Romani imperii archimarscallo, *marchioni* BRANDENBVRGENSI *eiusdem imperii archicancellario*, principibus ele-

PRINCIPVM DVCVM LANDGRAVIORVM COMITVM BARONVM MILITVM CIVITATVM *imperialium, prouincialium.* *Silesiae* TITVLI eorundem. 1) uenerabilis 2) illustris 3) nobilis 4) strenui

ctoribus STETINENSI, BRVNSWICENSI, LVNENBVRGENSI, MAGNIPOLENSI & POMERANIE DVCIBVS, *lantgrauiis* DORINGIE & *marchionibus, lantgrauio* HASSIE, *principibus de* ANHALT, *principibus* & AVVNCVLIS nostris carissimis, ac *nobilibus* de SWARCZBVRG, de HONSTEIN, de BERNINGRODE, de MANSFELD, de BICHLING, de STALBERG, de GLICHEN & de REYNSTEN comitibus; de QVERNFVRT, de COTBVS, de BIBERSTEN, de TORGOW. *Schenconibus* de LANDSPERG, *Schenconibus* de TVTENBERG, de WERBERGE & de PVTLIST, baronibus, necnon *strenuis* & *ualidis Vicztum,* uidelicet, de BERTENSLEVE, de SCHVLENBVRG, de ALVENSLEVE, de GARSCHBVTLE, de ASSENBVRG, de FREKELEVE, de GRVBEN, de MARNHOLTE, de ALVENSLEVE, *Schencken,* de OBERGE, de VELTHEIM, de PLOTHE, de POLENCZK. BOSEN in BEDERA & de HOYM MILITIBVS & MILITARIBVS, ac honorabilibus magistris ciuium, *rectoribus, consulibus* iuratis & comunitatibus ciuitatum LVBECK, HAMBVRG, ERFORDIE, MOLHVSEN, NORTHVSEN, GOSLAR, GOTTINGEN, DVDERSTAD, HILDESEM, HALBERSTAD, QVEDLINBVRG, ASSCHERSLEVE, BERNEBVRG, KOTHEN, LIPCZK, DELSCH, NVENBVRG, CERWIST, WITTENBERG, BRANDENBVRG, STENDL, TANGERMVNDE, SALTWEDEL, HELMSTEDE, BRVNSWIK & LVNENBVRG, necnon ciuitatum terrarum nostrarum SLESIE & LVSACIE, qui nunc sunt uel pro tempore fuerint in futurum, FIDELIBVS nostris dilectis graciam regiam & omne bonum *Venerabiles, illustres, nobiles, strenui,* & *honorabiles* & *fideles, dilecti,* ad quos presens nostrum scri-

riptum peruenerit. Notum facimus tenore presencium uniuersis, & presertim nobis PRO-CONSVLIBVS, CONSVLIBVS & MAGISTRIS *fontium*, SCABINIS, *Sculteto* totique communitati opidi HALLENSIS quos presens negotium principaliter concernere dinoscitur, cum coram nobis comparuissent PROCVRATORES uenerabilis GVNTHERI archiepiscopi *Magdeburgensis*, PRIMATIS *Germanie*, *principis* CONSILIARII deuoti nostri dilecti, suo nomine nobis proposuerunt, qualiter OPIDANI HALLENSIS opidi dicto archiepiscopo & sue ecclesie IMMEDIATE SVBIECTI, nonnulla grauamina, iniurias, sibi & sue ecclesie inferunt & intulerunt, petentes, dictos opidanos ad ipsius instantiam super premissis & aliis *euocari*, ad nostrum *tribunal*. Ipsosque nostra sententia DIFFINITIVA mediante, condempnari, ac compelli: ut a premissis *cessarent* & pro illatis *satisfacerent* cum condempnatione expensarum tam in partibus coram commissariis, quam coram *nobis* in *nostro iudicio* factis; ut hec clarius in suis petitionibus continentur, cumque post *decretam* per nos & *executam citationem utraque pars* in termino citata prefixo coram NOBIS comparuisset, pars *actrix* suas *petitiones* & pars rea suas *responsiones*, ac alia, quibus in iudicio coram nobis & nostris *commissariis*, ad premissa specialiter deputatis, pro fundanda sua *intentione*, uti uoluisset produxisset, NOS per PRELATOS, PRINCIPES, BARONES ac *utriusque iuris* DOCTORES *processum* dicte cause fecimus, plures *examinari* & *terminos* obseruari, tandem *matura deliberatione*

5) **honorabilis**
6) **fidelis.**
Partes litigantes
a) ciuitatum magistri.
b) ***procurator archiepiscopi.***

Causa litigiosa.

Processus in ***agendo & respondendo.***

coram caesare & commissariis.
SENTENTIA ex consensu ***ordinum.***

Lata pro ARCHIEPISCOPO aduersus HALLENSEM ciuitatem.

Cum restitutione expensarum.

Christo aduocato in *tribunali.*

Causa plene cognita.

Primo. BVRCHARDI priuilegia *Hallensibus* data damnantur.

II. *tallias* non imponant

ratione premissa de *predictorum* PRELATORVM, PRINCIPVM, BARONVM ac DOCTORVM *consilio* ad DIFFINITIVAM SENTENTIAM, pro dicto *archiepiscopo* & sua *ecclesia* super pluribus articulis & *contra dictos opidanos* processimus una cum *condempnatione expensarum* in dicta petitione postulatarum TAXATIONE, nobis in posterum reseruata, prout hec plenius in dicta nostra sententia DIFFINITIVA continentur cuius tenorem hic ad pleniorem fidem faciendam fecimus SCRIBI de uerbo ad uerbum qui sequitur & est talis. CHRISTI *nomine inuocato*, pro tribunali sedentes & habentes pre oculis *solum* DEVM de CONSILIO PRELATORVM, PRINCIPVM, DVCVM, BARONVM, DOCTORVM & aliorum uisis & diligenter examinatis, productis & allegatis per reuerendissimum patrem dominum GVNTHERVM archiepiscopum *Magdeburgensem* ecclesiam suam ex una parte, & prouidos & circumspectos uiros PROCONSVLES, CONSVLES, MAGISTROS *fontium & unionum*, ac totam comunitatem opidi HALLENSIS parte ex *altera* de & super causa & causis ac controuersiis, inter ipsas partes, in nostri presentia uertentibus, per hanc nostram SENTENTIAM DIFFINITIVAM, quam fecimus in hiis scriptis pronunciamus, decernimus & declaramus litteram quondam domini BVRCHARDI *archiepiscopi Magdeburgensis* concessam HALLENSIBVS NVLLAM fuisse ET ESSE ET EANDEM FORE REVOCANDAM ET REVOCAMVS quatenus de facto processit in *preiudicium* dicte *ecclesie* MAGDEBVRGENSIS. Item pronunciamus, decernimus & declaramus dictos HALLENSES non debere

debere, neque posse *exactiones, tallias* uel *impositiones sartaginibus* salis dicti opidi *Hallensis* aut aliis opidanis imponere sine *consensu* & uoluntate dicti domini *archiepiscopi* domini dicti opidi. Tamen *exactiones* & impositiones, a iure permissas, ut pro *reseruatione* MVRORVM, FONTIVM & PONTIVM & *similibus pro necessitatibus suis* sibi ipsis secundum iuris dispositionem reseruamus. Item pronunciamus, sententiamus & declaramus quod dictus dominus archiepiscopus potest INFEVDARE *dictas sartagines* SALIVM ad ipsum *deuolutas & deuoluendas*, quibus uoluerit & quando uoluerit. Item pronuncciamus eadem sententia, quod THEOLONEA antiqua per diue memorie *imperatores* imposita uel cuius *inicii memoria* in contrarium non existit seruentur in suo statu antiquo & non posse augmentari neque de *nouo alia* imponi per ipsum dominum *archiepiscopum* uel successorum eius aut per *Hallenses*. Item pronunciamus & declaramus IVDEOS habitantes in dicto opido *Hallensi* pertinere & spectare ad ecclesiam *Magdeburgensem* & eius *archiepiscopum* & non posse neque debere dictos *Hallenses tallias* aut *impositiones* ipsis IVDEIS imponere sine uoluntate & consensu dicti archiepiscopi. Item decernimus & declaramus, dictum *archiepiscopum* absoluendum fore & absoluimus ab impetitione dictorum *Hallensium* super *triginta marcis* census per dictos *Hallensis* petitis. Item pronunciamus dictos *Hallenses* prohibendos fore & prohiberi debere ab impedimentis prestitis prefato domino *archiepiscopo* super

Salis sartaginibus.

III. *Sartagines* SALIS *infeudet* archiepiscopus.

IV. VECTIGALIA non augeantur.

V. IVDAEI sint *archiepiscopi.*

VI. A CENSV liberetur.

VII. CONDVCTVS sit *archiepiscopi.*

super *theoloneis* antiquis percipiendis & *saluis conductibus* concedendis & ne de cetero talia impedimenta prestent inhibemus.

VIII. SALZGRAVIVS *infeudetur* pro lubitu.

Idem decernimus & sentenciamus quod dictus *archiepiscopus* potest COMITEM SALINARVM *infeudare* & ponere, quem *uoluerit* sine contradictione *dictorum Hallensium*. Item

IX. CIVES sistantur coram tribunali.

decernimus & declaramus; *Hallenses* non posse per STATVTVM uel alios inhibere, quod *unus Hallensis* non trahat alium *ad iudicium* dicti *archiepiscopi* & suorum iudicum in preiudicium sue *iurisdictionis* ordinarie. Item

X. SARTAGINES altari donatae.

decernimus & declaramus donationem & *infeudationem* de duabus sartaginibus factam cuidam *altari* pro *una missa* celebranda esse ualidam neque posse *dictos Hallenses* eam impugnare, neque se intromittere de aliqua sartagine *salis*; sed ipsas dimittere libere dicto archiepiscopo siue uoluntati dicti archiepiscopi.

XI. CONVENTICVLA *Hallensium* prohibita.

Item pronunciamus & declaramus, SOCIETATES, LIGAS *&* CONSPIRATIONES consuetudines & STATVTA factas in dicto opido per HALLENSES *sine consensu archiepiscopi* esse illicitas & periculosas ipsas *cassandas* & annulandas fore cassamus & anullamus & ipsos *Hallenses* ne *similia attemptent* sine consensu dicti archiepiscopi inhibendos fore & inhibemus.

XII. TABVLAE *salinatorum* archiepiscopi.

Item decernimus & declaramus quod dicti HALLENSES TABVLAS *infeudationum* dent & restituant dicto domino archiepiscopo retentis *copiis* si uoluerint.

XIII. ECCLESIAE iura salua.

Item decernimus & declaramus libertates, immunitates, concessiones & DONATIONES *&* PRIVILEGIA per inclite memorie *imperatores* eidem ecclesie MAGDEBVRGENSI concessa

essa seruanda fore & seruari debere, ipsamue ecclesiam in *iuribus*, *priuilegiis & libertatibus & donationibus* suis tuendam & defendendam fore, & tueri debere. Item super penis & transgressionibus dictorum *priuilegiorum* & libertatum per dictos *Hallenses* contra dictam ecclesiam & eius archiepiscopum factis *nobis* IVDICIVM reseruamus condempnantes dictos *Hallensis* in *expensis*, in causa huiusmodi factis. Quarum expensarum *taxationem* nobis imposterum reseruamus, & quia dictus *archiepiscopus* pro dicte *sententie* executione ac expensarum *taxatione* nobis humiliter supplicauit dictorum opidanorum *procuratorem* ad certos locum, diem & horam mandauimus coram uenerabili IOHANNE episcopo SAGRABIENSI aule nostre *cancellario euocari*, & nisi aliqua iusta & rationabilia obsisterent, ad uidendum per eundem *commissarium* nostrum dictas expensas taxari, dictamque nostram sententiam *diffinitiuam* per nos debite *executioni*, contra ipsos, demandari adueniente uero dicto termino cum pro parte dictorum *Hallensium* non fuisset aliquod rationabiliter propositum coram dicto *commissario* nostro quod predictam *taxationem* expensis & executionem dicte sententie, contra ipsos & pro parte dicti *archiepiscopi* per nos late, deberet impedire, dictus COMMISSARIVS noster dictas *expensas* adsummam *duorum milium & quingentorum floren: aureorum Vngaricalis monete*, premissa moderatione in presentia procuratoris partis aduerse *magistri* CHRISTO

XIV. VIOLATORES Hallenses in *expensas* condemnantur.

Taxandas ab imperatore.

Cum *executione*

2500 *aureorum* Hungaricorum.

FORI

FORI taxauit, procuratores uero dicti *archi episcopi* accusauerunt *contumaciam* partis aduerse non dicentis *causam rationabilem* quare dicta summa non debeat *executioni* demandari, petiueruntque ipsam in hoc reputari contumacem dictamque sententiam executioni demandari & litteras *executorias* in forma debita, cum certis subexecutoribus sibi concedi gratiose. Nos igitur *petitionem* pro parte dicti *archiepiscopi* nobis per *rectam, iustam & rationabilem consideramus*, attendentes etiam quod parum prodesset *sententias ferre, nisi debite* EXECVTIONI *demandentur; in* CONTVMACIAM partis aduerse nichil obicientis rationabiliter contra predicta dictam sententiam, per nos latam & factam expensarum taxationem, ratam habentes exequendam fore & exequi debere quam etiam per *presentes executioni* debite demandamus, monemusque uos prefatos PROCONSVLES, *magistros foncium, Scabinos &* SCVLTETVM totamque *comunitatem* opidi *Hallensis* quatenus dicte nostre sententie diffinitiue contra uos, & pro parte uenerabilis GVNTHERI archiepiscopi ecclesie *Magdeburgensis*, primatis *Germanie, principis consiliarii* deuoti nostri dilecti prolate in omnibus & per omnia infra spacium TRIGINTA dierum, quos uobis pro *trina & legittima* monitione statuimus, a die monitionis qua pro parte dicti archiepiscopi & ipsius ecclesie requisiti fueritis *pareatis, obediatis* ac summam *duorum milium & quingentorum floren. aureorum Vngaricalis monete* in qua eidem archiepiscopo & sue ecclesie

CONTVMACIAE accusatio & condemnatio, executio.

HALAE. 1) *proconsules*, 2) *consules*, 3) *magistri foncium*, 4) *scabini*, 5) *sculteti*, 6) *communitas*. Spatium xxx. dierum.

oc-

ccasionem expenſarum factarum, tam co-
m nobis & noſtro *auditorio*, quam pro
rtis commiſſariis in partibus ad extrahen-
um *munimenta parcium* habitis, premiſſa
xatione, condempnati eſtis infra ſpacium
x menſium a die qua etiam pro parte dicti
chiepiſcopi aut ipſius eccleſie requiſiti fue-
tis, computandorum perſoluatis cum effe-
u aut ſecum ſuper illis amicabiliter com-
onatis, ſub pena noſtre regie *indignationis*
banni noſtri regalis, ac aliis penis per no-
ros commiſſarios ad hoc deputandos, no-
ro *nomine*, uobis infligendis ſi quouis
odo dicte *noſtre ſententie diffinitiue & ipſius*
xecutore uos oppoſueritis & eis non parue-
itis ſeu impedimentum preſtiteritis per uos
ut aliam perſonam mediam cuiuſcumque
tatus, dignitatis, ordinis aut conditionis ex-
iterit, quominus dicte ſententie ſuum de-
itum ſorciantur effectum ad omne com-
odum & utilitatem dicti *archiepiſcopi &*
pſius eccleſie uti pro ipſo & ſua eccleſia ſunt
romulgate, ceterum ad ulteriorem pre-
miſſarum ſententiarum *executionem uos ſupra*
criptos uenerabiles & illuſtres principes, co-
mites, nobiles, milites, armigeros, ciuitatum &
pidorum ac uillarum, proconſules, conſules,
cabinos ac rectores earumdemque cumunita-
es, qui pro parte dicti archiepiſcopi fue-
itis requiſiti ſeu fuerit requiſitus, requiri-
mus & monemus ac, ſimili noſtra *regia in-*
dignatione, precipimus & mandamus, ita
quod unus aut plures per alium aut alios ſe
non excuſent: ſed quod unus aut plures in-

Sex menſium.

Sub poena *banni.*

SENTENTIA DIFFINITIVA.

EXECVTORES requiruntur ſupra dicti *principes* & *ordines* imperii.

choauerint, alius uel alii ipſo uel ipſis impedito ſeu impeditis, negligente ſeu negligentibus, debeant dictum *negotium* in *exequendo* continuare, & dictos *proconſules*, *conſules*, *magiſtros* foncium, *ſcabinos & ſcultetum* ac comunitatem *opidi Hallenſis*, ſi ſentencie ac monitionibus noſtris predictis non paruerint, cum effectu declarare: incidiſſe in noſtram regiam indignationem & *bannum* ſupra *expreſſatum*. Inſuper ut omnes principes *eccleſiaſticos & ſeculares*, *comites*, *nobiles*, *armigeros*, ciuitatum, opidorum *proconſules*, *conſules*, *ſcabinos*, *rectores*, *ſcultetos* ac *comunitates* requirere & monere debeatis ſeu unus ueſtrum debeat, qui preſentibus fueritis requiſiti ſeu fuerit requiſitus ut nullus predictorum dictis *proconſulibus*, *conſulibus*, *magiſtris foncium*, *ſcabinis*, *ſculteto & comiti* dicti opidi HALLENSIS taliter per nos & ex noſtra regia auctoritate *bannitis* in aliquo dent ſeu preſtent, per ſe aut per alios, manifeſte uel occulte, conſilium, auxilium uel fauorem, ſed cum pro parte dicti archiepiſcopi aut ipſius eccleſie fuerint ſeu fuerit requiſiti ſeu requiſitus ſibi & ſue eccleſie, contra predictos bannitos, conſiliis & auxiliis aſſiſtant toto ſuo poſſe dictarum quoque incurſionem penarum per nos & noſtros commiſſarios in ipſos fulminatarum relaxationem nobis tantummodo referuamus, preſencium ſub noſtre *maieſtatis ſigillo* teſtimonio litterarum, *Datum* BVDE anno domini *milleſimo quadringenteſimo uigeſimo quarto.* Die tertia menſis *Auguſti*, regnorum

Milites nunc armigeri.

HALLENSIVM bannitis nemo praeſtet auxilia.

Sub SIGILLO MAIESTATIS. *Datum Bude* 1424.

um nostrorum anno *Hungarie* &c. XXXVIII. *Romanor.* XIV. & *Boem.* quarto.

Ad mandatum domini regis
IOHANNES episcopus, ZAGRABIENSIS cancellarius.

Reu. *Henricus* FYE.

NVM. VII.

SIGISMVNDI imperatoris sententia in causae controuersia, inter archiepiscopum *Magdeburgensem* & urbis *Hallensis* incolas, lata.

SIGISMVNDVS, *dei gratia, Romanorum rex semper Augustus ac Hungarie, Boemie, Dalmacie, Croacie rex* notum facimus, tenore presentium, uniuersis. Quoniam coram nobis comparuerunt honorabiles *Iohannes* de BARBI, licenciatus in decretis, & *Iohannes* GVLDYNER prepositus in Werlicz canonici ecclesie Magdeburgensis & PROCVRATORES uenerabilis GVNTHERI *archiepiscopi Magdeburgensis primatisque Germanie,* PRINCIPIS & *consiliarii deuoti* nostri dilecti, proponentes, pro parte dicti *archiepiscopi* & *ecclesie* sue, qualiter *opidani opidi* HALLENSIS dicto archiepiscopo & ecclesie sue, contra *priuilegia* & *inmunitates* ipsi & ecclesie sue a diuis *imperatoribus*, predecessoribus nostris concessa *iniuriantur*, petentes dictos *opidanos*, super premissis & aliis coram *nobis* eisdem obtinendis, eos ad *nostrum tribunal euocari*, eisque concedi in partibus *unum* aut *plures compulsores*, coram quibus aut

Proscenium SENTENTIAE 1424.

Archiep. *Magdeburgensis* imperatoris iudicium inter se & *Hallenses* poscit.

uno ipsorum *utraque* pars sua *iura* ac *priuilegia*, quibus coram nobis, in dicto iudicio, uti uellent, debeant TRANSSVMI per modum quo coram NOBIS & nostro CONSISTORIO plenariam fidem facere possent.

Imperator eosdem *citat*.

§. II. Nos petitionem dictorum *procuratorum*, pro parte dicti *archiepiscopi* nobis factam, fore *iustam* & *consonam* ac *congruam* rationi reputantes citationem de dictis *oppidanis* ac COMPVLSORIAM ad certos *principes* decreuimus & fieri mandauimus, prout ex illarum tenoribus lacius apparet. Virtute illius *citationis*, dicti OPPIDANI coram nobis, per suos *procuratores legittimos*, in CVRIA nostra legali, sub *castro* WISSEGRADENSI, comparuerunt, una cum *procuratoribus archiepiscopi* prelibatis, aliisque arduis *negotiis* occupati tam ipsam, cum suis emergentiis, dependenciis, incidenciis & connexis, uenerabili IOHANNI, *episcopo Zagrabiensi*, CANCELLARIO *nostro*, *simpliciter & de plano*, sine *strepitu &* FIGVRA IVDICII commisimus audiendam, usque ad calculum DIFFINITIVE SENTENTIE ferende exclusiue. Qui, uigore commissionis nostre predicte, procedens *procuratores* dicti ARCHIEPISCOPI coram eo quandam *summariam petitionem*, in scriptis, obtulerunt; cuius tenor talis est.

Citati *comparent*.

IOHANNES ep. delegatus imperatoris *commissarius*.

Litteræ *accusatoriae* ab archiepiscopi procuratoribus traditae.

§. III. *Reuerendissime in Christo pater & domine gratiose. Quamuis sepius coram serenissimo principe & domino*, SIGISMVNDO *Romanorum rege semper Augusto ac Hungarie, Bohemie &c. rege pro parte reuerendissimi in Christo patris & domini, domini* GVNTHERI *archiepiscopi Magdeburgensis & aduersus oppidanos*

opidi

idi Hallensis fuisset propositum, quod ipsi e paternitati * *& ecclesie sue grauiter iniu- antur, prout dictas iniurias etiam retroactis mporibus, coram certis arbitris, uidelicet uerendis patribus & illustribus & magnificis minis, dominis Nicolao* MERSEBVRGENSI, *hanne* NVWENBVRGENSI *& Stephano* BRAN EMBVRGENSI *episcopis; Alberto & Bernhardo incipibus in* ANHALT *& Henrico comite de* VARCZPVRG, *a quibus pro se arbitrariam ntentiam, & contra dictos opidanos repor- uit supplicantque iidem procuratores dicti mini archiepiscopi reuerendissime domina- oni uestre, non recedendo a citatione & pe- tis, in ea, quatenus uestra* DIFFINITIVA SEN- ENTIA *mediante, uelitis dictam* SENTENTIAM RBITRARIAM *pro dicto domino* ARCHIEPISCOPO *& aduersus dictos* OPIDANOS *per predictos* AR ITROS *& arbitratores promulgatam confirma- e aut* ALIAM CONSIMILEM PRO IPSO *domino* RCHIEPISCOPO *& aduersus dictos* OPIDANOS ronuncciare, *& ea mediante ipsos compelle- e; ut cessent, per amplius iniuriari & gra- amina inferre dicto domino archiepiscopo & ue ecclesie, prout deductum & probatum erat, ro dicto domino archiepiscopo, & contra di- tos* OPIDANOS *coram dictis* ARBITRIS, *que etiam ic* REPRODVCIT, *& pro illatis per prius quod idem domino archiepiscopo & sue ecclesie* SA- TISFACIANT *petitque partem aduersam* CON- DEMPNARI *in* EXPENSIS *modo pro domino archi- episcopo, in dicta causa factis & usque ad finem dicte cause fiendis saluo iure addendi &c.*

Causa iam coram arbitris siue *austregis* acta.

Qui *pro episcopo* pronunciarunt.

Procuratorum horum *petitio.*

§. IV. Post uero dictam petitionem fuit, per eundem nostrum COMMISSARIVM statutus

Hallensibus *respondendi*, ad

obiecta terminus praefigitur.

TERMINVS PARTI ad *respondendum* eidem petitioni, quo termino & dilatione pendente idem commissarius noster, arduis aliis nostris negociis prepeditus, se a nostra curia *absentauit*. In cuius absentia simili modo honorabili *Francisco preposito Strigoniensi*, VICECANCELLARIO nostro eandem causam commisimus ulterius simili modo & forma audiendam, qui etiam, uigore nostre commissionis predicte procedens in causa, procurator oppidanorum Hallensium coram eo comparens & dicte petitioni respondendo, negauit *narrata prout narrantur*, & sic lis extitit contestata, & in continenti dictus commissarius parti actrici statuit terminum ad *probandam* suam intentionem. Cuius partis procuratores non expectato termino, nec in ipso termino ipsi prefixo in continenti, uirtute dicte compulsorie, transsumpta certorum priuilegiorum & iurium, quibus uti uolebant, produxerunt ulteriori dilationi ad probandos renuncciantes. In quo termino dictus commissarius dixit se uelle ad certum diem deliberare, quem terminum parti ree uellet statuere ad dicendum contra producta. Quo termino adueniente partes ipse coram nobis Bude in domo habitationis reuerendissimi in Christo patris domini BRANDE *cardinalis Placentini* comparuerunt, quibus partibus hinc inde ad dicendum contra producta certum terminum prefiximus, quo termino adueniente utraque pars per suos procuratores coram nobis in castro nostro *Buden:* comparuit & suas exceptiones hinc inde contra producta no-

Qui litem *negatiue* contestantur.

Actori *probatio* iniungitur.

nobis obtulit: quibus receptis dictam causam, propter nobis incumbentia ardua negotia uenerabili patri domino FERNANDO, episcopo *Lucensi* & apostolice sedis nuncio, audiendam commisimus, córam quo, uirtute dicte commissionis, pars actrix certos *testes* produxit ad recognoscendum certa signa, litteras & sigilla.

Testes ab actore producuntur.

§. V. Demum datis allegationibus tam in *scriptis* quam *uerbo*, comparuit coram nobis idem *archiepiscopus* & petiit per nos, in predictis, pro se & parte sua & iuxta petita, per eum DIFFINITIVAM SENTENTIAM ferri ac promulgari, & contra partem *aduersam*, illamque in *expensis* causa factis & fiendis, per nos *condempnari*, ac omnes DEFECTVS, qui *ratione* PROCESSVS essent commissi *suppleri* presentibus *procuratoribus* partis *aduerse* ac dicentibus: *predicta fieri non debere imo se & partem suam debere potius ab impetitione dicti domini archiepiscopi* ABSOLVI *cum suam intentionem minime probasset, & dominum archiepiscopum condempnari in* EXPENSIS, prout hec & alia lacius in *actis* cause predicte, ac *registro* continentur.

Archiepiscopus definitiuam postulat.

Hallenses eandem flagitant.

§. VI. Vnde nos SIGISMVNDVS *rex*, prefatus iudex cause predicte, *sedentes pro tribunali*, in loco, quem ad hoc pro idoneo nobis *elegimus & eligimus*, prius *uisis, auditis, lectis & consideratis* per PRELATOS & DOCTORES & alios nostros ad hoc specialiter *deputatos*, petitione, LITIS CONTESTATIONE, *exceptionibus*, allegationibus, ac aliis omnibus & singulis, que dicte *partes* hincinde *dicere, producere & allegare* uoluerunt, & que *uidenda, audienda*

Imperator partium petitis adsensum praebet.

& considerands fuerunt, matura & diligent DELIBERATIONE *prehabita*, habitoque super his dictorum PRELATORVM DOCTORVM & aliorum CONSILIARIORVM *nostrorum* CONSILIO, *supplentes*, in premissis, omnes *defectus* si qui essent, ratione PROCESSVS commissi, in causa predicta, de NOSTRE *plenitudine* POTESTATIS &, ex certa *nostra scientia*, non *inconsulte*, sed *deliberate*, *& de nostrorum* PRINCIPVM, PRELATORVM, BARONVM, *& aliorum* FIDELIVM *nostrorum* CONSILIO, in presentia *procuratorum* utriusque partis, *in dicta causa* CONCLVSIMVS, ac in ipsa haberi uolumus pro *concluso*, ibidemque ad NOSTRAM DIFFINITIVAM SENTENTIAM super his *processimus*, prout & quemadmodum in *cedula infra scripti tenoris*, quam *legi* per predictum uenerabilem *Iohannem*, CANCELLARIVM nostrum, fecimus & mandauimus in hec uerba uidelicet.

Ex parte archiep. *defectus* processus supplentur.

§. VII. CHRISTI *nomine inuocato*, *pro tribunali sedentes & habentes pre oculis solum deum*, *de consilio* PRELATORVM, PRINCIPVM, DVCVM, BARONVM, DOCTORVM & aliorum *uisis & diligenter examinatis* productis & allegatis per reuerendissimum patrem, dominum GVNTHERVM, *archiepiscopum Magdeburgensem* & ecclesiam suam ex una *parte & prouidos & circumspectos uiros*, *proconsules*, *consules*, *magistros foncium & unionum ac totam communitatem opidi* HALLENSIS *parte exaltera*, de & super causa & *causis & controuersiis*, inter ipsas partes in *nostra presentia*, uertentibus, per hanc nostram *sententiam diffinitiuam quam* fecimus, in *hiis scriptis pronunctiamus*, *decernimus & declaramus*

Imperatoris *sententia*.

mus litteram quondam domini BVRGHARDI chiepiſcopi Magdeburgenſis conceſſam allenſibus, nullam fuiſſe & eſſe & eandem re reuocandam & reuocamus, quatenus facto proceſſit in *preiudicium dicte eccle-* *Magdeburgenſis.*

(*Cum reliqua omnia conueniant ex aſſe, cum* SENTEMTIA *p. 476. ſqq. allata, ſuperfluum fuiſſet, ea iterum hic recitare ideoque eo remittimus lectorem.*)

§. IIX. Super quibus *procuratores* partis *ar-iepiſcopi* predicti petierunt fieri *litteras op-rtunas.* In quorum omnium & ſingulorum eſcriptorum *fidem & teſtimonium* preſentes *ſtras litteras,* hoc *publicum inſtrumentum ronuncciationis dicte ſentencie,* in ſe conti-entes fieri & per paulum *infra ſcriptum ſub-ribi* fecimus *ſigillique* noſtre *maieſtatis* ap-enſione muniri. DATA, LATA & LECTA eſt reſens *ſententia* in *curia noſtra* ſub caſtro oſtro WISSEGRAD anno dom. *milleſimo qua-ringenteſimo uigeſimo quarto,* die uero men-s *Iulii* uigeſima prima. *Preſentibus* ibidem enerabilibus dominis *Fernando,* LVCENSI *piſcopo, apoſtolice ſedis nuncio &* IOHANNE *piſcopo Sagrabienſi* & illuſtri CASIMIRO *duce tetinenſi* ac *magnificis, nobilibus & egregiis* ICOLAO *comite palatino* regni *Hungarie* Pi-one, *Span* de OZORA, *Iohanne* MOROT Bano; *Alberto* de COLDICZ magiſtro camere; *Iohan-e* & *Wilhelmo* de SWIHOW fratribus ac *Al-erto* & *Iohanne* dictis SCHENK de *Sendaw* fratribus *Petro Paulo Nicolao* CZEISELMEISTER omne bono * de PADWA, *Ludowico* de WERONA ac *Iohanne* de MEDIOLANO *decretorum &*

Ad huius latae ſenteciae *teſtimonium* praeſentes litterae conſcriptae.

Teſtes qui actui huic interfuere, indicantur.

 legum

legum doctoribus, in predicta causa *assessori*[b] & aliis *assistentibus* in *multitudine* copio regnorum nostrorum anno Hungarie & tricesimo octauo, Romanorum quarto de cimo, & Boemie quarto.

Notarii *publici* testimonium.

Et ego *Paulus* HETTELER clericus augustensis diocesis *imperiali auctoritate notariu* publicus quia premissis commissionibus tenore* obseruationibus, *sententie prolacioni & diffinitioni* ac omnibus & singulis premissis, dum sic fierent & agerentur, una cum *prenominatis testibus* presens interfui, eaque sic fieri *uidi & audiui*, ideo hoc presens publicum instrumentum, *per alium*, me aliis prepedito negociis fideliter *scriptum*, *subscripsi*, *publicaui* & in hanc *publicam formam* redegi *signoque & nomine meis solitis* & consuetis *signaui*, & una cum appensione *sigilli regie maiestatis* predicti serenissimi *principis & domini, domini* SIGISMVNDI *Romanorum &c. regis* roboraui, in *fidem & testimonium* omnium & singulorum premissorum.

Ad *mandatum* domini *regis*.
IOHANNES *episcopus*, ZANGRABIENSIS *cancellarius*.
Reu. *Henricus* FYE.

NVM. VIII.

Vidimatio declarationis priuilegii a SIGISMVNDO imperatore *Hallensibus* dati: *de non euocando*. Anno MCCCCXXV.

Ad

AD uniuerſorum Chriſti fidelium, cuiuscunque ſtatus, gradus, ordinis aut conditionis exiſtant quibus praeſen- innotuerint *Theodoricus* ROSENTREDER re- ᴇrendiſſimi in Chriſto patris & domini, do- ini GVNTHERI archiepiſcopi Magdeburgen- , Germanie primatis, in ſpiritualibus, uica- us generalis eiusque curie officialis deduci ipimus noticiam per preſentes. Quod rouidus uir *Coppe* PÜSKER opidanus *in Hal-*, *Magdeburgenſis diœceſis*, ad omnem finem effectum in quem id cautius, ſecurius utilius quomodolibet fieri poterit, litteras ereniſſimi SIGISMVNDI *Romanorum regis ſem- er Auguſti ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, roacie &c. regis* eius uero *maieſtatis ſigillo* n preſſula pergameni ſubimpendentes & ntegras in nullo defectuoſas uel ſuſpectas nfra ſcripti tenoris nobis in preſentia nota- ii publici & teſtium infra ſcriptorum pre- entauit, quasque cum ea qua decuit reue- entia nos noueritis recepiſſe, nobisque ut asdem quibus quoad contenta in eisdem dem *Coppe* PÜSKER ut aſſeruit uti proponit, queque *ob uiarum* & alia inminentia pericula non leuiter de loco ad locum huc illucque luci & transduci poſſunt diligenter recipe- e, examinare, tranſſumere ſiue exemplare necnon tranſſumi & exemplari ac in publi- cam formam redigi mandare dignaremur inſtancius ſupplicauit.

Anno 1425. *Theodoricus* ROSENTREDERVS archiep. Magd. *uicarius* generalis.

Maieſtatis ſigillum.

Viae publicae *tunc* haud ſatis tutae.

Diuerſis *diplomatum* exemplaribus opus.

§. II. Nos uero huiusmodi ſupplicationibus inclinati in finem & effectum predictas easdem litteras uidimus, *recenſuimus & examinauimus diligenter ipſasque taliter* in-

inuenimus fore *sanas*, *illesas*, *ualidas & ef-ficaces* ueroque & usitato *maiestatis sigil* predicti *serenissimi* SIGISMVNDI *Romanoru regis*, sigillatas propter quod easdem litera per IOHANNEM notarium publicum infr scriptum fideliter transscribi, transsumi & in formam publicam redigi mandauimu cum interpositione decreti nostri: quo uidelicet eisdem literis in iudicio & extr merito debeat fides adhiberi de uerbo a uerbum in hunc modum:

CODICILLVS caesaris pro *Hallensibus* 1425.

§. III. WIR SIGMVND *uon Gotis gnaden Rö-mischer künig zu allen zeiten mehrer des rich und zu Hungern, zu Behem, Dalmacien, Croa-cien &c. Kunig, bekennen und thun kund of-fenlich mit den brieff allen den die in sehen ader horen lesen, wie wohl das sey das un Hanß Thomas Thomans sin sun, Hanß Schoff-stede, Hermann Cammermeister und Nicke Schütze, bürger der stadt Halle in Sachse mit klag fürbracht haben das Coppe* Pysker *sie wieder unser freyheit und* priuilegia *di wir derselben stadt gegeben und bey funffezig marck geldes uerpeynigt haben, für das gerich-te zu* Croelowitz *und auch für das* heimlich

Occulta in hisce tractibus iudicia.

gerichte *geladen hab und wir auch den stren gen Cunraten uon Steine mit unsern gewalts brieuen durch derselben pene willen in di benanten stadt Halle gesant haben, iedoch al dy uns dann nicht eigentlich unterweiset habe das dasselbe gerichte zu* Croelowitz *des ehr-werdigen* Günther ertzbischoff *zu* Magde-burgk *unsers fürsten und lieben andächtigen, ihrs rechten herrn und der kirchen sey, und auch nach einer declaration die wir dem egnan-ten*

ertzbischoue über die obgenanten der von
lle friheit und priuilegia gegeben haben
ser meinung nie geweſt noch auch noch
te nicht iſt, das er im ſeinen nachkome-
gen und der kirchen zu Magdeburg an ihren
ichten ſolte ſchädlich ſeyn, und wir auch
in wie wohl wir von den gnaden Gots ein
miſcher konig ſein, noch unſer vorfahrn
r nachkomelingen an dem rich von dem ege-
nten heimlichen gerichte niemants mö
n gefrien, und darumb nach redlicher
terweiſung und rathe unſer und des heiligen
hsfürſten, den die ſache wiſſentlich ſein,
t wohlbedachtem mute und rechter wiſſen
llen wir ernſtlich das ſolch unſer brieff ge-
cht und handelunge die durch der ſachen
llen uſsgegangen und geſcheen weren gantz
chtloſs und genichtet ſein unde dem egnan-
n Coppen Piſsker an ſeinem leibe oder gute
inen ſchäden bringen ſullen die ſelben unſer
ieff und gerichte und handlung wie die in
n ſachen in unſerm houe odir zu Halle ge-
heen weren. Wir von römiſcher königlicher
acht wiederruffen und nichtigen in crafft
es brieffes, und gebieten darumb allen und
lichen fürſten, grauen, friben, herren,
ttern, knechten, richtern, bürgermeiſtern
d gemeinden aller ſtete, merckte, dörffere
d ſuſt allen andern unſern und des reichs
tterthanen und getreuen, und nehmlich den
ürgermeiſtern, ſchultheiſſen, ſchöpffen und
ch den vorgenanten Hanſe Thomas ſein
ne, Hanſen Schaffſtede, Herman Camer-
eiſter und Niclaſen Schütze, und auch der
ntzen gemein zu Halle geſamet und beſunder
ernſt-

Priuilegia Hallenſium, ſaluo Magdeburgenſis archiep. iure intelligenda ſunt.

Ipſe imperator ab occultis iudiciis eximere nequit.

Omnia aduerſae partis priuilegia, huic contraria, reuocantur.

ernstlich und uesticlich uon Römischer königlicher macht, uollkomenheit und in crafft di[...] brieffs das sy nu fürbas dem egenanten Copp[...] Pisker durch der uorgenanten sache wille[...] an seinen leib und gute keinerley arg gedre[...] nüsse oder in fälle machen oder thun noch nie[...] mandt anders des gestaten und im auch sein[...] gütere werlicherley die weren, die im bisher uon der sachen wegen uorbehalten worden seyn, lediclich frye und ungehindert geruchen lassen folgen, und in dabey handthaben schützen und schirmen, als liebe euch sey unser und des reichs schwere ungnad zuuermeiden. Mit orkund diss Brieffs uersiegelt mit unser maiestet anhangenden insigil, geben zu Ofen an Mantag uor gotslichnamstag, nach Christi geburth uerczehenhundert und darnach in dem fünff und zwentzigsten iare unser rich des Hunger &c. in dem neun und drissigisten, des Römischen in dem funffczehenten und des Behemischen in dem fünften iahren.

Hallenses cum PISKERO pacem colere iubentur.

Imperatoris alias *indignatione* eis denunciata.

Budae 1425.

§. IV. Ad mandatum regis Francisc[...] prepositus Strigoniensis hinc litere in pre[...] sula pergamena appensum erat sigillum ro[...] tundum latum & magnum de cera *gla[...]* & communi intra cuius circumferencia[...] apparuit imago cum stola & dyademate im[...] perialibus tamquam in solio tiboriis orna[...] sedens, in dextra sceptrum & in sinistr[...] manibus pomum cum cruce desuper haben[...] a dextris extra ciborium & intra circum[...] ferentiam duos clippeos; superiorem uide[...] licet cum armis Romanorum, inferiorem uero cum armis Bohemie regum, a sinistri[...]

Sigilli huius diplomatis descriptio.

uero

ero alios duos clippeos ſuperiorem arma uplicate crucis & inferiorem arma octo mporum ſiue parcium transuerſaliter diſarum, ad pedem uero dextre dicte imanis apparuit alius clippeus cum leone ecto & ad ſiniſtrum pedem ipſius imaginis militer apparuit alius clippeus paruus in uo uidebantur quaſi tria capita leonum, cuius ſigilli circumferentia de litteris texalibus ſculpta reperiebantur hec uerba: GISMVNDVS, dei gratia, Romanorum rex emper Auguſtus, Hungarie, Dalmacie, roatie, Rane ſiue Gallicie, Lodoneie, Coaar, Bolgarieque rex; marchio Brandeburenſis necnon Bohemie & Luceburgh Baro, n quorum fidem preſentia per eundem Iohannem notarium publicum infra ſcriptum ibſcribi & publicari noſtrique uicariatus iſſimus ſigilli appenſione cum interpoſitioe decreti de adhibenda fide huiusmodi anſſumpto, quantum uoluimus, roborari, atum & actum Magdeburgh in curia habitionis noſtre in ſuburbio dicto Sudenburgh ab anno a natiuitate domini milleſimo quaringenteſimo uiceſimo quinto indictione ertia die uero uiceſima ſecunda menſis Octobris hora terciarum uel quaſi pontifiatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini oſtri, domini MARTINI, *diuina prouidentia, ape quinti* anno octauo; preſentibus ibidem diſcretis uiris domino Iohanne Brand presytero & Iohanne clerico Hauelbergenſis & Moguntinenſis dioceſis teſtibus ad premiſſa ocatis ſpecialiter & rogatis. *Datum & actum* 1425.

Ego

Notarii de harum litterarum *fide testimonium.*

Ego Iohannes Sproſſel clericus Verde- ſis dioceſis publicus, imperiali auctorita- notarius, quia predictarum litterarum pr- ſentationi, receptioni, petitioni, mandato decreti interpoſitioni, ſigilli predicti rec- gnitioni aliisque premiſſis una cum preno- minatis teſtibus interfui: praeſens inſtru- mentum ſeu tranſſumptum publicum pe- me conſcriptum exinde confeci factaqu- primitus per me auſcultatione ipſius tran- ſumpti cum litteris originalibus diligen- ſigno & nomine meis ſolitis & conſue- una cum appenſione ſigilli uicariatus & d- mandato prefati domini Theoderici, uicari- in ſpiritualibus ſubſcribendo ſignaui in fide- eorundem requiſitus.

NVM. IX.

MEINHERI *Nauenburgenſis* epi- ſcopi indulgentiae, illis promiſ- ſae, qui aedificationem eccleſiae S. Mariae uirginis, in urbe Ha- la, adiuuerint. Anno MCCLXXV.

MEINHERVS *Nauenburg.* ep.

Christi tribunal.

MEINHERVS, dei gratia, *Nuenburgenſis* eccleſie epiſcopus. Omnibu- Chriſti fidelibus, ad quos preſen- ſcriptum peruenerit, ſalutem in eo, qui ne- minem uult perire. Quoniam quemadmo- dum ex dictis ſanctorum colligimus, in die furoris domini cum omnis homo de talento ſibi credito cogetur reddere rationem, ante tribunal diſtricti iudicis ſtabimus recepturi, prout in corpore geſſimus, ſiue bonum fuit ſiue

e malum. Oportet terreno currentes in dio diem extreme ulcionis, operibus fericordie preuenire: quatinus in futura oria, cum electis, celefte brauium eterliter accipere mereamur. Nos itaque pientes mentes fingulorum, ad pietatis era, falubriter, inuitare de omnipotentis i mifericordia confidentes; omnibus re confeffis & corde contritis, qui ad ucturam forenfis ecclefiae in Hallis, ad norem beate *Marie* uirginis, matris dei, XX. dies, *indulgentiarum* & una *carena*. e facrarium fpiritus fancti fuit, laudabili inchoate, de facultatibus fibi a deo col is, manum auxiliarem in karitate porre rint: *uiginti dies indulgentie & unam kanam*, de iniunctis fibi penitentiis, mifecorditer relaxamus. Datum HALLIS anno Datum *Halae* 1275. omini millefimo ducentefimo feptuagefio quinto. Pridie nonas martii; pontifitus noftri anno tertio.

Sigillum eft cereum flaui coloris.

NVM. X.

IFRIDI, epifcopi *Hildesheimenfis*, *indulgentiae* ecclefiae S. GERTRVDIS, *Halae*, conceffae. MCCXCV.

SIFRIDVS, dei gratia, *Hildenfis* ecclefie SIFRIDVS II. ep. *Hild.* anno 1295. epifcopus, omnibus Chrifti fidelibus gratiam in eo, qui eft omnium uera lus. Quoslibet Chrifti fideles ad zelum euotionis & ad opera karitatis inuitare cuientes, omnibus uere penitentibus & coneffis, qui ad ecclefiam *fancte* GERTRVDIS in

Promittit S. *Gertrudis* ecclesiam uisitantibus.

XL. dies *indulgentiarum.*

Dioecesani tamen hic consensus requiritur.

Hallis, in precipuis festiuitatibus natiuita[...] domini, pasche, penthecosten & in quatu[...] festiuitatibus sancte Marie uirginis & in di[...] bus apostolorum & sancti Laurentii marty[...] & beate Gertrudis uirginis deuote con[...] nerint, uel ad emendationem dicte eccle[...] de bonis suis, prout unicuique diuini[...] inspiratum fuerit, aliquid erogauerint, [...] omnipotentis dei misericordia & beatoru[...] Petri & Pauli meritis & auctoritate confi[...] *quadraginta* dies de iniuncta penitenti[...] *accedente consensu dyocesani* misericordit[...] relaxamus. Datum Hilden. anno domi[...] mill. CCXCV.

NVM. XI.

ERICI archiepiscopi *Magdebur-gensis* indulgentiae eidem ecclesiae datae.

MCCXCV.

ERICVS archiepisc. *Magdeb.* 1295.

Haec inclusa in originali membrana lineae cuidam sunt superscripta & recentioris manus.

ERICVS, dei gratia, sancte *Magdeburgen-sis* ecclesie *archiepiscopus.* Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo qui est omnium uera salus. Diuine laudis cultum ampliare cupientes, omnibus uere peniten-tibus & contritis, qui ad structuram eccleste sancte GERTRVDIS, in *Hallis*, *Magdeburgensis* dyocesis, in dedicatione eiusdem (*& in festo sancte* GERTRVDIS *&* LAVRENTII). Item in natiuitate domini, in festo pasche, in festo pentecostes; item in quatuor festiuitatibus domine nostre; nec non in festiuitatibus omnium apostolorum, propter deum suas

fue-

erint eleemosinas elargiti. Aut alio odo manus porrexerint adiutrices de nnipotentis dei misericordia & beatom apostolorum Petri & Pauli auctorite confisi; *quadraginta* dies & *unam kanam*, de iniuncta eis penitencia, miserirditer in domino relaxamus, predictis dulgentiis per octauas seu infra octauas pradictorum festorum utique ualituris. TIFICAMVS etiam & pacificando approbaus si *pro structura* supradicte ecclesie a quiuscunque episcopis seu archiepiscopis inulgentie alique impetrate fuerint seu opnte. Datum anno domini M. ducentesio nonagesimo quinto; mense Iulio; seuenti post festum beati Iacobi apostoli.

Si qui huius ecclesiae *fabricae* quid donauerint; aut statis diebus *eleemosinas* dederint.

Indulgentiae aliorum episc. huic ecclesiae concessae, *confirmantur*.

Anno 1295.

NVM XII.

ERMANNI *Halberstadiensis* & OLRADI *Brandenburgensis* episcoporum litterae *indulgencias* conferentes eidem ecclesiae.

MCCXCIIX.

HERMANNVS, dei gracia, *Halberstadensis*: VOLRADVS, eadem gracia, *Brandenburgensis* ecclesiarum episcopi. Vniersis Christi fidelibus, ad quos presens scritum peruenerit salutem in eo qui est omnim uera salus. Gratum obsequium & deo ium tociens opinamur inpendere, quotiens nentes fidelium ad pietatis & deuocionis pera excitamus. Cupientes igitur ecclesiam ancte GERTRVDIS *sanctique* LAVRENTII in *Halle*,

HERMANNVS *Halberstad.* VOLRADVS, *Brandeburg.* episcopi. 1298.

Magdeburgensis diocesis, speciali graciarum priuilegio honorare. Omnibus uere penitentibus & contritis, qui ad predictam ecclesiam in summis quatuor festiuitatibus uidelicet natiuitatis domini, pasche, pentecostes, ascensionis, necnon in quatuor festiuitatibus beate Marie uirginis & in festis Michahelis archangeli, martyrum Nycolai, Katerine & omnium sanctorum nec non in festiuitatibus apostolorum & in dedicatione prefate ecclesie & per octauas predictarum festiuitatum octauas habencium, causa deuocionis, *accesserint* & *ibidem* diuinum officium seu *uerbum exortacionis audierint* aut quoquomodo eidem ecclesie manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis dei misericordia ac auctoritate nostra, a deo nobis tradita confisi: *quadraginta* dies de iniuncta eis penitencia, *dyocesani consensu accedente*, misericorditer in domino relaxamus. Datum MAGDEBVRCH, anno domini MCCXCVIII. decimo kalendis Aprilis.

Qui definitis & festis diebus in S. GERTRVDIS ecclesia sacris intersunt.

XL. dierum *indulgencias* habeant.

Datum *Magdeb.* Anno 1298.

NVM. XIII.

Indulgentiae BRVNONIS *Nauenburgensis* episcopi, *Halae*, ecclesiae S. *Mariae* indultae. MCCC.

BRVNO ep. *Nauenburg.* 1300.

BRVNO, dei gracia, *Nuenburgensis* ecclesie episcopus. Omnibus Christi fidelibus presentia uisuris; salutem in eo qui neminem uult perire. Virgo uenustissima & omnium uirtutum floribus insignita,

ita, uirgo dei genitrix gloriosa, cuius
lchritudinem sol & luna mirantur, cuius
ecibus iuuatur populus christianus est
ique locorum, obligacius tamen ubi eius
silica cernitur in sui honorem nominis
dicata merito ueneranda; ut piis eius suf-
giis eterna gaudia consequamur. Cupien-
igitur ut ecclesia parrochialis *sancte* MA- Qui cunctis *sabbatis* in S. MARIAE ecclesia sacris uacauerint &c.
uirginis forensis, in *Hallis*, deuocius a
risti cultoribus frequentetur, omnibus
re confessis & contritis, qui dictam ec-
siam singulis sabbatis, per anni circulum,
spiritu humilitatis uisitauerint, insuper
i sacerdotem ibidem, cum corpore Chri-
quemlibet infirmum uisitantem deuote
uti fuerint, nec non qui uerbum dei apud
ndem ecclesiam, a sacerdote predicante, uel *fabricae* de suis succurrerint.
militer & desideranter, audierint & qui ad
ricam seu ad utensilia, nec non ad appa-
um sepedicte ecclesie suas quascunque
mosinas erogauerint: *quadraginta* dies in- XL. dierum *indulgentias* & unam *carenam* pro praemio habeant.
gentie & *unam karrenam* iniuncte ipsis
ne, auctoritate omnipotentis dei nec non
atorum apostolorum eius, Petri & Pauli
nostra confisi, *dum modo dyocesani uolun-*
accesserit, misericorditer in domino rela-
nus. In cuius rei testimonium dedimus
esens scriptum sigilli nostri munimine fir-
ter roboratum. Datum anno domini
llesimo CCC. primo pontificatus nostri An. 1300.
no.

NVM. XIV.

QVINQVE EPISCOPORVM *indulgen-tiae* cuidam altari in ecclesia S. GERTRVDIS, Halae, addictae. MCCCIV.

BVRCHARDVS AEp. *Magdeb.* ALBERTVS ep. *Halberstadiensis.* HENRICVS *Merseb.* FRIDERICVS *Brandenb.* ARNOLDVS *Hauelb.*

BORCHARDVS, dei gratia, sancte *Magdeburgensis* ecclesie *archiepiscopus*, ALBERTVS *Halberstadensis*, HENRICUS *Merseburgensis* nec non FRIDERICVS *Brandeburgensis* & ARNOLDVS *Hauelbergensis* ecclesiarum episcopi. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo qui est credencium uera salus. Gratum obsequium & pium totiens credimus deo impendere, quociens mentes fidelium ad pietatis & deuocionis opera excitamus. Cupientes igitur altare in honorem sancti ANDREE apostoli in ecclesia *sancte* GERTRVDIS in *Hallis*, *Magdeburgensis* diocesis, per honorabilem uirum IOHANNEM de *Nurchusen*, ciuem ibidem, de nouo constructum speciali gratiarum priuilegio honorare. Omnibus uere confessis & corde contritis, qui dictum altare in quatuor summis festiuitatibus; uidelicet natiuitatis Christi, resurrexionis, ascensionis, pentecostes, nec non in quatuor festiuitatibus gloriose uirginis Marie, uidelicet purificationis, assumptionis, natiuitatis; nec non in festo patroni ac in anniuersario dedicationis eiusdem altaris, cum deuocione, uisitauerint, uel elemosinas suas ibidem elargiti fuerint aut orationes suas deuote fuderint; nos de omni-

Hoc altare uisitantibus aut eleemosinas ibi largientibus,

mnipotentis dei misericordia ac sue ma-
is, beate uirginis Marie, nec non beatorum
postolorum Petri & Pauli & auctoritate
onfisi singuli urbium singulos *quadraginta*
ies & *quinque karenas*, de iniunctis sibi
enitenciis in domino, misericorditer, rela-
amus. Datum HALLIS anno domini MCCC
uarto, pridie sancti Iohannis euangeliste.

CC. dies *indulgent.* & XXV. *carenas* promittunt impertiri. Datum *Halae* 1304.

NVM. XV.

ECEM EPISCOPORVM INDVLGENTIAE capelle ste. crucis, quae *Halae* est, concessae. MCCCXXVII.

VNiuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere peruenerint. Nos, miseratione diuina KONSTAGNVS chiepiscopus *Reopotensis*, WALTHERVS episcopus *Corcagensis*, GVILLVS episcopus *Sarionensis*, IOHANNES episcopus *Amebiensis*, HADEVS episcopus *Caffensis*, BONIFACIVS piscopus *Sulcitanus*, HENRICVS episcopus *ubicensis*, DONATVS episcopus *Alscalonensis*, VDOVICVS episcopus *Brandenburgensis* & NESSANCIVS episcopus *Adurensis*, salutem domino. Pia mater ecclesia, de animaum salute sollicita, deuocionem fidelium er quedam munia spiritualia, remissiones idelicet & indulgencias, inuitare consueuit d debitum famulatus honorem deo & saris edibus impendendum: ut quanto crerius & deuocius illic confluit populus christianus assiduis saluatoris gratiam precibus nplorando, tanto delictorum suorum ueiam & gratiam regni celestis consequi me-

Decem episcopi *Stae crucis* capellae indulgentias attribuunt 1327. illis dandas qui

reantur eternam. Cupientes igitur ut capella sancte crucis in domo *Hallensi* confratris * Magdeburgensis diocesis congruis honoribus frequentetur & a Christi fidelibus iugiter ueneretur. Omnibus uere penitentibus & confessis qui ad ipsam capellam in utroque festo sancte crucis predicte ac in festiuitatibus natiuitatis domini, circumcisionis, epiphanie, pasche, ascensionis, pentecostes, corporis Christi, singulisque festiuitatibus gloriose uirginis Marie, sancti Iohannis baptiste, sancti Iohannis apostoli & euangeliste & omnium aliorum apostolorum & euangelistarum, sanctorum Laurentii, Stephani & Georgii, Pantaleonis, Nicolai, Martini & Gregorii, sanctarum Marie Magdalene, Katerine, Margarete, undecim millium uirginum, omnium sanctorum, in festis quoque sancti Mathie apostoli & X millium militum; in dedicatione eiusdem capelle ac in singulis sextis feriis & per octauas dictarum festiuitatum, octauas habencium, causa deuocionis, orationis aut peregrinationis accesserint seu quibuscunque diuinis officiis ibidem interfuerint; nec non qui ad *fabricam*, *luminaria*, *ornamenta* seu queuis alia dicte capelle necessaria manus porrexerint adiutrices, aut qui in eorum *testamentis uel extra* aurum, argentum, uestimenta uel aliqua alia caritatiua subsidia dicte capelle donauerint, legauerint seu procurauerint, aut in serotina pulsacione campane, flexis genibus, ter aue Maria dixerint quocienscunque premissa uel aliquod premissorum deuote fecerint; de omnipotentis

hic enumeratis diebus festis *deuotionis gratia* ad eam accesserint,

aut de *bonis* ei *temporalibus* prospexerint.

dei

ei misericordia & beatorum Petri & Pauli postolorum eius auctoritate confisi, singuli ostrum *quadraginta* dies indulgentiarum, e iniunctis eis penitentiis misericorditer in omino relaxamus. Dum modo diocesani oluntas ad id accesserit & consensus. In uius rei testimonium presentes literas sigilorum nostrorum iussimus appensione muiri. Datum AVINIONE die prima mensis ulii, anno domini millesimo trecentesimo icesimo septimo. Et pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini, domini ohannis diuina prouidencia pape XXII. nno undecimo.

singuli XL. dies indulgentiarum concedunt.

Datum *Auinionae* 1327.

NVM. XVI.

RVDOLPHI ducis *Saxoniae* donatio unius curiae ecclesiae sanctae *Gertrudis* facta.

MCCCXXXII.

IN nomine domini amen. RVDOLPHVS, dei gratia, *dux Saxoniae, Angarie, Westphalie, comes in Bren, burchgrauius in Magdeburch*, sacrique imperii archimarschallus. Vniuersis Christi fidelibus presentibus & futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in perpetuum. Cum omnium habere memoriam & in nullo penitus uacillare potius sit diuinitatis quam humanitatis, quapropter ob reuerentiam omnipotentis dei & genetricis sue, beate Marie uirginis omniumque sanctorum in memoriam progenitorum, omnium animarum & nostre anime remedium salutare donauimus & donamus proprietatem unius curie, quam

RVDOLPHI Sax. D. literae donationis. 1332.

 possedit

Curiam donat S. Gertrudis ecclesiae.

possedit Nicolaus dictus Schloyscher ad ampliandum cymiterium ecclesie uestre *Gertrudis* uirginis in ciuitate *Hallis* perpetuis temporibus duraturam; renunciantes omni iuri, quod nobis in eadem curia competebat uel competere possit in futurum. Testes huius donationis sunt Bertoldus burchgrauius in Magdeburch, Conradus comes in Werningerode, Otto de Ylburg, Iohannes de Zan prepositus in Litmaritz tunc temporis curie nostre prothenotarius, prepositus in Bren, Andreas de Olowiltz, Otto Susoru noster notarius, & alii quam plures fide digni. Ne igitur huius nostra donatio rite facta ab aliquo temere infringatur, presentem literam nostro sigillari fecimus sigillo per hanc in seculorum tempore ualituro. Datum HALL. anno domini MCCCXXXII. In crastino beate Stratonice uirginis.

Datum Halae 1332.

NVM. XVII.

EPISCOPORVM VIGINTI INDVLGENTIAE pro Ste MARIAE uirginis ecclesia *Hallensi*. Anno MCCCLIX.

INDVLGENTIAE ap. St. *Mariae* ecclesiam *impetrandae* 1359. nomina XX. *episcoporum.*

VNiuersis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes litere peruenerint, *miseratione diuina* BERTRAM - - - GARSIAS *Conllexasis* (*), RICARDVS *Naturensis*, RAPHAEL *Ardridiensis*, PETRVS *Vilnensis*, ANGELVS *Calamonensis*, LAZARVS *Botroutinensis*, COSMAS *Trapasonensis*, IOHANNES *Carminensis*, PETRVS *Calliensis*, IOHANNES *Aytonensis*, BERTOLDVS *Andrionupolensis*,

AV-

AVGVSTVS *Salubernienſis*, RICARDVS (*) *Naturenſis*, RITARDVS *Sermopolenſis*, FRANCISCVS *Vrenſis*, ANANCIVS *Anienſis*, IOHANNES *Veglenſis*, IOHANNES *Tertopolenſis* & FRANCISCVS *Lapſacenſis*, epiſcopi, ſalutem in domino ſempiternam. Splendor paterni luminis, qui ſua mundum ineffabili claritate illuminat, pia uota fidelium de clementia maieſtatis ſue ſperantium tunc precipue fauore benigno proſequitur, cum deuota ipſorum humilitas ſanctorum meritis & precibus adiuuatur. Cupientes igitur, ut eccleſia parochialis fundata in honore *beate* MARIE *uirginis* in oppido *Halle*, *Magdeburgenſis dioceſis*, congruis honoribus frequentetur & a Chriſti fidelibus iugiter *ueneretur*: omnibus uere penitentibus & confeſſis, qui ad dictam eccleſiam in ſingulis ſue patrone feſtis & in omnibus aliis infra ſcriptis uidelicet *natalis*, domini, *circumciſionis*, *epiphanie*, *paraſceues*, *paſche*, *aſcencionis*, *pentecoſtes*, *trinitatis*, *corporis Chriſti*, *inuentionis & exaltationis ſancte crucis*, *ſancti Michaelis Archangeli*, in omnibus feſtis *beate Marie uirginis*, *natiuitatis & decollationis beati Iohannis baptiſte*, *beatorum apoſtolorum Petri & Pauli* & omnium aliorum *apoſtolorum & euangeliſtarum* in *feſto* omnium *ſanctorum* & in commemoratione animarum ac in dicte *eccleſie dedicatione* ſanctorumque *Stephani*, *Laurentii*, *Georgii*, *Martini & Nicolai*, ſanctarumque

introitus,

eccleſiae parochiali indultae *ueneretur*, paſſiue.

***tempora* indulgentiae**

in *feſtis* hic nominatis

(*) *Sed iſtius* RICARDI *nomen iam paulo ante occurrit, ex* OSCITANTIA *procul dubio ſcriptoris hic iterum inſutum uel nomen eccleſiae ſaltem deprauatum: quod uero ſimilius.*

Marie

Marie Magdalene, *Katerine*, *Margarete*, *Lucie*, *Agathe* & per *octauas* omnium festiuitatum predictarum, *octauas* habentium singulisque diebus *dominicis & sabbatis circularibus* anni, causa deuotionis, *orationis & peregrinationis* accesserint, seu qui *missis*, *predicationibus* matutinis, uesperis, aut aliis diuinis officiis, *exequiis & mortuorum* sepulturis ibidem interfuerint, aut qui ibidem celebrauerint seu fecerint celebrari. Seu qui *cimiterium* dicte ecclesie circuierint, exorando pro *defunctis* aut qui *corpus Christi* uel *oleum sacrum* cum *infirmis* portatur *secuti* fuerint, uel qui in *serotina pulsatione* campane, flexis genibus, *ter aue Maria* dixerint, nec non qui ad *fabricam* ipsius ecclesie *luminaria*, *libros*, *calices*, *uestimenta* seu queuis alia *ornamenta* necessaria manus porrexerint adiutrices aut qui eidem ecclesie *aurum*, *argentum* uel aliquid suarum facultatum in suis *testamentis uel extra donauerint*, *legauerint*, seu *donari* uel *legari* procurauerint, & qui pro salubri statu *domini* EPISCOPI *confirmatoris* presentium, & impetratricis eorundem, dum uixerint & animabus eorundem cum ab hac luce *migrauerint*, & pro *animabus* omnium *fidelium* & *sanctorum orationem dominicam* cum salutatione *angelica*, *septem psalmos* penitentiales aut aliquas alias deuotas *orationes*, pia mente, dixerint. Quotiescunque & quandocunque & ubicunque premissa uel aliquid premissorum *deuote fecerint*: de *omnipotentis dei misericordia* beatorum apostolorum *Petri* & *Pauli* eorum *auctoritate* confisi, singuli nostrum *quadraginta*

in *octauis*.

Sabbatis *circularibus*.

Deuotionis meritoriae genera *plura*,

fabricae genera plura.

pia *legata*

pro salute *episcopi*, *confirmatoris*.

nta dies indulgentiarum defunctis eis pe-
tentiis misericorditer in domino relaxa-
us dum modo Dyocesani uoluntas ad id ac-
esserit & consensus. In cuius rei testimo-
um presentibus litteris sigilla (*) sunt ap-
ensa. Datum AVINIONE die XXIV. Martii,
nno domini millesimo CCCLIX. & pontifi-
tus domini INNOCENTII pape sexti anno
ptimo.

accedat dioecesani uoluntas.

Datum Aueniонae 1359.

NVM. XVIII.

RAEPOSITI & CAPITVLI collegiatae ecclesiae S. MAVRITII, Halae, promissio indemnitatis, an. MCCCXCIX.

WIr IOHANNES MALDERICZ, uon der gnade Gottis, probist des gottishuses zu sanct Mauritius in Halle; igiffridus uon Deiz, prior und unse capittel-meine bekennen und bewysen mit disseme fenen briefe, uor allen uromen lüten, dy on en addir horen lesen: das wir, mit guten illen und mit wolbedachten mute, gelobet aben und geloben uor dy uyer marck silbers, tzu unser mustrancien horen und auch uor nder dingn, welcherley gedye sint, dy dar u geboren und geloben: al sulcher wys wen s ymant dy erbarn hern philippus por tzu m mildem wercke Hans Kol, Laurentz enigen, Hans Goltstück an ted ngete

IOHANNES praepositus S. MAVRITII. 1399.

cum capitulo

promittit, indemnes, fore qui argentum dederint ad hierothecam & sacra uasa.

(*) Viginti SIGILLA adpensa fuerant membranis, quod inde pendentia fila conspiciantur etiamnunc. Sed ipsa sigilla, duobus exceptis, desiderantur.

uon

uon des silbers *wegen. So sullen wir und willen sy* schadelos *halden und benemen an allerläge* argelist. *Des tzu eynen waren* bekontheniſſe, *das wir diſſer uorbeſwebynne* gelobete, *stete und gantz halden willen habe wir* Iohannes *uorgenanter* probist *unser* ingesigel *uon unser wegen und auch unses* capittels ingesiegel *mit unser wiſſenheit an diſſen offenen* brieff *laſſen hengen, der gegeben ist nach der gebort* tritzenhundert iar *an dem* neun *und* nüntzigiften *iare an montbage aller nest nach den* sunthage, *als man singet in der helygen kerchen* misericordias domini.

De causa fisci, de argento dando nonnisi monetariis.

anno 1399.

NVM. XIX.

Litterae *senatus* HALLENSIS super transactione testamentaria MCCCC.

Stylus curiae *rathmann und meister der innungen.*

WIr ratmanne *und* meister der innungen *tzu* Halle *bekennen mit desem offenen brife und thun kund allen dy yn sehn oder hören lesen. Datz uor uns komen sin, umbesant, uon gutem willen,* Hans *und* Niclaus *gebrüder genant* Panthenowen *uon* Nymptz, Claws Krumendorfes *seligen etzwenn unſes* mitbürgers erbnemen *und* ſwester söne *und baben, in unſ kegenwärtikeit, mit* Peter Panthenowen *ihren elichin* uater *eyntrechticlich bekant und usgesprochin: datz sie mit ern* Philippo priore *tzu dem* Nuwewercke *uor unſ stat* Hanse Kole, Wentzen Wenygen *und* Hanse *uon* Isleiben *dem goldſmede unſn mitbürgern des erge:*

rgenanten ires fründes gekornen testamen- rien und selewarten nach anwisunge und ate bedir bar löte, in der früntschafft ume alle uten und uarnde habe dy Claws Krumendorf liger gelaßn hatte und uf sie geerbet, gutli- hen entsatzt berichtet und uereynet weren nd dy ergenante unße mitbürgern hetben egm yn getan und sich bewiset alse frome ite und yn alle guten geantwortet und gerei- het, datz sy yn gutlichen dankten und yn lletzyt frůndlichen dancken wölden. Des zu eynm getzügn und offenbaren bekent- isse haben wir den uorbenanten unßn mit- ürgern desen offenen briff durch den erge- anten gebrüder Hanss und Niclaus bethn illen tzu orkunde und sicherheit gegeben, nd mit unß stat anhangendem ingesigil lassen sigiln. Nach Gotis gebort endausent und irhundert war an der mitwochin nach sente auli tage atzer bekart wart.

Testamentarien, solewärter,

biederleute,

fromme leute.

des raths mitbürger.

Datum HALLAE 1400.

NVM. XX.

VNTHERI *Magdeburgensis* archi- piscopi INDVLGENTIAE, ecclesiae . *Mariae* uirginis, in HALLENSI rbe datae; necnon confirmatio FRATERNITATIS CALENDA- RVM. Anno MCCCCVIII.

IN nomine domini amen. GVNTHERVS, *dei & apostolice sedis gracia*, sancte *Mag- deburgensis* ecclesie *archiepiscopus*, uni- uersis

GVNTHERVS AEp. *Magdeb.* an. 1408.

Introitus a *sanctorum* meritis.

uersis & singulis sancte matris ecclesie *fidelibus*, ad quos presentes litere peruenerint salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili claritate illuminat, pia uota fidelium de clementissima maiestate eius sperantium, tunc precipue benigno fauore prosequitur cum deuota ipsorum *humilitas sanctorum meritis* & *precibus* adiuuatur. Nos igitur ad obsequenda predicta gaudia causam fidelibus dare cupientes; ut ecclesia forensis in honorem omnipotentis dei & sancte dei genitricis eius MARIE *uirginis* fundata & consecrata in opido nostro HALENSI, nostre *Magdeburgensis diocesis*, congruis *honoribus* frequentetur & a Christi fidelibus iugiter *ueneretur*: omnibus uere penitentibus, confessis & contritis qui dictam ecclesiam in diebus festiuitatibus & temporibus subscriptis: uidelicet *assumptionis beate Marie uirginis*, *natiuitatis*, *conceptionis*, *purificationis*, *annunciationis*, *in die dedicationis* ecclesie, in die *natiuitatis*, *resurrectionis*, & *ascensionis* domini nostri IESV CHRISTI, *pentecostes*, in die *beatorum apostolorum Petri & Pauli*, *sancti Alexandri martiris*, *beate Anne* matris *uirginis Marie*, *sancte Katherine*, *sancte Barbare*, *sancte Dorothee*, *sancte Elisabeth* & in *quatuor temporibus anni* uidelicet *feria secunda* post diem *conuersionis sancti Pauli*, *feria secunda* post *dominicam quasimodogeniti*, *feria secunda* post diem *Felicis & Adaucti gloriosorum martirum* & *secunda feria* post diem *beatorum Symonis & Iude* apostolorum nec non cum *fratres kalendarum* congregentur diuinorum sole-

Qui certis diebus festis *ad parochialem* ecclesiam *accesserint*, *uenerentur*.

lemnia peracturi in ecclesia *beate uirginis*, predicta causa *deuotionis*, *orationis* uel *peregrinationis*, *elemosinarum*, *distributionum* t quouis alio beneficio ad cultum diuinum cesserint, uel qui *uigiliis*, *missis* aut aliis uinis officiis interfuerint seu *calices*, *libros*, *namenta*, *luminaria* aut queuis alia eiusdem clesie necessaria dederint seu dare uel lere procurauerint seu qui dictis *fratribus* ALENDARVM quibuscunque rebus aliis ma us porrexerint adiutrices: de omnipotentis ei misericordia & beatorum *Petri* & *Pauli* postolorum nec non sanctorum *Mauritii* t sociorum eius auctoritate confisi, *quadraginta dies indulgentiarum* singulis uestrum, de iunctis sibi penitentiis, in domino, misericorditer; relaxamus. Insuper predicti FRATRES KALENDARVM ecclesie beate uirginis, nobis in Christo deuoti, pro dicte fraternitatis ue approbatione & ratificatione nobis humiliter supplicauerunt quatenus FRATERNITATES seu KALENDAS per ipsos habitas confirmare & approbare dignaremur. Nos igitur, deliberatione prehabita, ob intuitum remunerationis eterne nec non ut nostre curaum * in *uigiliis*, *missis* & *orationibus* suis perennes ac sedulas memorias habeant animarum: *dictas* FRATERNITATES, auctoritate ordinaria, prout ad nos pertinet, *approbamus*, *ratificamus* & in DEI nomine presentes *confirmamus*. In cuius rei euidentiam sigillum nostrum presenti litere iussimus appendi. Datum in castro nostro GEBICHENSTEIN anno domini *millesimo quadringentesimo octauo* feria quarta ipsa luce sancte Prisce.

aut *uigiliis*, *missis* &c. in ea interfuerint. uel alia *necessaria* ei *subministrauerint*.

XL dierum *indulgentias* habeant,

FRATERNITAS KALENDARVM confirmatur.

Datum *Giebichenstein*, anno 1408.

NVM. XXI.

NICOLAI cardinalis *Sti. Petri ad uincula indulgentiae S. Gertrudis* ecclesiae, *Halis*, *datae.* Anno MCCCCLI.

NICOLAVS *cardinalis.* 1451. Prooemium.

NICOLAVS, miseratione diuina, *tituli sancti Petri ad uincula* sacrosancte Romane ecclesie *presbyter cardinalis apostolice sedis, per Alamaniam, legatus,* uniuersis & singulis Christi fidelibus salutem in domino. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate pia uota fidelium, de ipsius clementissima maiestate & misericordia sperantium, tunc precipue benigno fauore prosequitur; cum deuota ipsorum humilitas sanctorum precibus & meritis adiuuatur.

Sanctae GERTRVDIS ecclesiam uisitantibus

Cupientes igitur ut ecclesia parochialis *sancte Gertrudis,* oppidi *Hallensis, Magdeburgensis diocesis* congruis honoribus frequentetur fidelesque ipsi eo libentius, deuotionis causa, confluant ad eandem: quo inibi dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos; de omnipotentis dei misericordia ac beatorum *Petri & Pauli,* apostolorum eius, meritis & auctoritate confisi, omnibus uere penitentibus & confessis qui in *natiuitatis, circumcisionis, epiphanie, resurrectionis, ascensionis & corporis domini nostri* IESV CHRISTI ac *pentecostes* nec non *natiuitatis, purificationis, annunciationis, assumtionis beate Marie uirginis & natiuitatis beati Iohannis baptiste dictorumque Petri & Pauli* apostolorum ac ipsius ecclesie dedicatoris

in enumeratis *festis* diebus

is & *patrone festiuitatibus*, celebritate quo- e *omnium sanctorum* eandem ecclesiam iote uisitauerint & diuinis interfuerint dem atque de bonis sibi a deo collatis eiusdem ecclesie *structura* ac ipsius *amentorum augmentis & reparatione* mas porrexerint adiutrices: *centum dies* de unctis eis penitentiis misericorditer in mino relaxamus presentibus, perpetuo raturis. Datum MAGDEBVRGE sub nostro illo die lune uicesima prima mensis Iunii no a natiuitate domini millesimo quadrintesimo quinquagesimo primo. Pontificus sanctissimi in Christo patris & domini stri domini NICOLAI diuina prouidentia pe *quinti* anno quinto.

aut bonis suis eam adiuuantibus

C. dies *indulgentiarum* promissae. Datum *Magdeb.* anno 1451.

NVM. XXII.

RIDERICI *archiepiscopi Magdeurgensis* fundationis duorum ltarium *confirmatio*, in ecclesia parochiali S. *Mariae, Halae*, exstructorum. Anno MCCCCLVII.

FRIDERICVS, dei gratia *sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, primas Germanie*, uniuersis & singulis Christi delibus, tam presentibus quam futuris, ad uos presentes nostre litere peruenerint, lutem & gratiam in domino salutarem. uper specula positi pastorali cum in gregem obis creditum considerationis nostre figinus intuitum, id inter prima nostra pulsat

FRIDERICVS AEp. *Magdeburgensis* prooemium. An. 1457.

Cura eius *pastoralis*

pectora, ut erga ea, que decorem domus dei & diuinum cultum, quem nostris temporibus augeri, non minui, cupimus, augmentum respiciunt, summis & primis uigiliis intendamus, ac ea, que fidelium nostrorum deuotio ad id clementi largitate donauerit; ut inconuulsa *eue* permaneant nostre confirmationis & approbationis munimine perpetue roboremus. Sane tum deuoti fideles nostri dilecti *Hermannus* STOPEL, oppidanus opidi nostri *Hallis* ac *Barbara* eius uxor legitima cupientes, uti accepimus, bona sibi a deo collata una cum uidua mittere in gazophilacium domini & res transitorias in eternos transferre thesauros, ut proinde uitam & gaudia consequi mereantur eterna, gloriosum in sanctis dominum cum electis suis taliter statuerunt uenerari in terris ut ipsum in die furoris & iusti judicii sentiant pium & benignum ac sanctos ipsos apud eum patronos & intercessores habeant promtiores ipsique proinde centuplum accipiant & uitam eternam possideant de nostro necnon uenerabilis domini, *Iohannis*, tunc prepositi *monasterii noui operis* extra muros dicti opidi; *archidiaconi* loci & domini, *Petri Vulradi*, ea uice *rectoris* ecclesie *beate Marie uirginis* intra muros, eiusdem consensu & uoluntate, *duo altaria*, unum in honore *sancte & indiuidue trinitatis* ac gloriose *uirginis Marie* sanctorumque *Andree & Thome* apostolorum, alterum uero in honore sanctorum *Nicolai & Anthonii* confessorum nec non *Wentzeslai*, *Oswaldi*, *decem milium militum martirum & Odilie* uirginis per nos consecrata

eue,

Hermannus Stopel ciuis *Hall.* & uxor eius

In ecclesia B *Mariae duo altaria* exstruunt & dotant.

Sancti, quibus illa dicata, nominantur.

ata in duo perpetua ecclesiastica beneficia de post cum consensu & uoluntate nostra ec non uenerabilis domini *Henrici*, nunc epositi dicti monasterii *noui operis*, *archi-aconi* & domini *Hermanni de Rene* nunc *ctoris* memorate ecclesie ad predicta duo aria *duo* alia ecclesiastica *beneficia*, *sine ra* erexerunt & fundarunt; ut illa quatuor neficia bonis, censibus & redditibus infra riptis uidelicet cum *decem & septem sexa-nis grossorum antiquorum* (*) *annui census* a-ud consulatum & communem prefati nostri pidi pro ducentis sexagenis grossorum eo-ndem ac pro quatuordecim marcis argenti uri sub reemtione ac cum triginta duabus xagenis grossorum antiquorum annuorum ensuum apud memoratum consulatum & ommunem prefati nostri oppidi pro qua-ringentis florenis Renensibus sibi sub re-mptione nec non cum *uiginti florenis Re-ensibus annuorum censuum* sibi apud sepe ctum consulatum & commune memorati ostri oppidi pro quadringentis florenis enensibus sibi sub reemtione emtis, ac et-am cum *uiginti sexagenis grossorum antiquo-um annuorum censuum* apud nobiles fide-es nostros dilectos comites de Mansfelt pro recentis sexagenis grossorum eorundem imiliter sub reemtione Et cum *decem & lo florenis Renensibus* annuorum censuum pud consulatum & commune oppidi ac

alia insuper duo beneficia fundant; *sine cura* tamen dos hisce beneficiis constituta.

Comites *Mansfeldenses* VASALLI archiepisc. Magdeb.

(*) Sub GROSSIS ANTIQVIS *Pragenses praecipue intelliguntur qui ante* PODIEBRADII *regimen cusi.*

prouifores ecclefie parochialis in *Quernf*[...] pro trecentis florenis Renenfibus fibi f[...] reemtione, nec non cum *duodecim flore*[...] *Renenfibus* annuorum cenfuum apud mo[...] fterium fanctimonialium in *Wedderftede* p[...] ducentis & decem florenis Renenfibus f[...] fub reemtione, nec non cum *tribus flore*[...] *Renenfibus* annuorum cenfuum pro fexag[...] florenis Renenfibus, ab illuftri princ[...] domino *Georrio de Anbalt* & heredibus f[...] in uilla *Salwitz* prope *Koethen*, noftre dioc[...] fis fibi fub reemtione comparatis, iuxta co[...] tinentiam & tenorem nonnullarum lite[...] rum defuper confectarum & apud *prouifor*[...] feu *magiftros fabrice* memorate ecclefie *bea*[...] *Marie uirginis*, pro ufu & utilitate predicto[...] rum beneficiorum ac beneficiatorum eoru[...] dem, per prelibatos *Hermannum* STOPEL & *Barbaram* eius uxorem, fundatores & do[...] tores depofitarum; fub modis, formis & qualitatibus infra fcriptis *fundarunt*, *dota*[...] *runt*, & *inftaurarunt*. Imprimis uidelice[t] & ante omnia quod prefati quatuor bene[...] ficiati & altarifte huiusmodi duorum alta[...] rium teneantur, in dictis eorum beneficiis *perfonaliter refidere*; nec aliquis eorum poff[it] aut debeat aliud ecclefiafticum beneficium commendam uel officiationem alicuius alte[...] rius beneficii, in dicto opido, aut etiam cura[...] tum extra illud quoquo modo obtinere; nec fe a loco & refidentia huiusmodi fui beneficii, *fine* fpeciali collatorum feu patronorum petita & obtenta *licentia*, abfentare pof-fit. Et fi, fine licentia expreffa eorum fuorum collatorum & patronorum, aliquis pre-mif-

Magiftri *fabricae*.

Hi altariftae ad *perfonalem refidentiam* tenentur

nec aliud beneficium *fufcipere* illis liberum eft.

ifforum quatuor beneficiorum seu altari-
arum se a loco residentie dictorum bene-
ciorum, *ultra mensem*, absentauerit aut aliud
eneficium ecclesiasticum, commendam
u officiationem alicuius alterius beneficii
uel prope dicto opido aut curatum extra
ud habere presumpserit uel in huiusmodi
io beneficio personaliter, ut premittitur,
on resederit; quod tunc beneficium illius
o ipso *uacare censeatur*, & ad illud aliquis
lius ydoneus, infra tempus debitum, possit
debeat presentari. *Presentationem* quoque
eu ius patronatus & presentandi prefato-
um beneficiorum memorati *Hermannus* &
Barbara fundatores & dotatores ad se ipsos
& eorum quemlibet, quoad uixerint, uolue-
unt pertinere, & ipsis decedentibus seu non
extantibus, ad memoratos *magistros fabrice*
eu prouisores perpetue uoluerunt deriuare
ad memorata quatuor beneficia seu illorum
aliquod quotiens illa uel aliquod ex eis, quo-
cunque casu, uacare contigerit: uoluerunt
memorati fundatores & dotatores aliquam
personam secularem ydoneam in *sacerdotio*
actu constitutam, uel que infra annum sine
impedimento debeat & possit, sub pena
amissionis beneficium huiusmodi in pres-
byterum, quacunque dispensatione non ob-
stante, promoueri, infra unius mensis spa-
tium preposito monesterii *noui operis*, archi-
diacono loci, legitime presentari. Si autem
magistri fabrice seu prouisores prefati cum
ad eos presentatio seu ius presentandi, ut
prefertur, dictorum beneficiorum peruenerit
infra mensem non concorditer, sed duos aut

Sub *prioris iactura*.

Fundatoribus quamdiu uixerint, *praesentandi* facultas competit. Post obitum uero illorum *fabricae magistris*.

Secularis presbyter tantum horum beneficiorum capax.

Instituendi ius ad *praepositum* monasterii NOVI OPERIS pertinet.

plures difcorditer prefentauerint; ex his eligendi & inftituendi, quem uoluerit predictus *archidiaconus*, habeat facultatem. Si uero neglientes neminem prefentauerint: eo tunc difpofitio dicti beneficii uacantis, pro illa uice, ad *nos aut fucceſſorem noſtrum* cenfeantur *deuoluta.* Rectores autem dictorum duorum altarium & quatuor beneficiorum prefatorum teneantur per unum ex eis, fingulis diebus, in uere aut autumnio mane communiter circa horam quintam; in hieme tamen, cum noctes funt longiores, circa horam fextam; in eftate uero, cum dies funt tunc longiores, circa horam quartam uel quafi in prefata ecclefia, in altari fancte trinitatis, primam *miſſam* pro *peregrinis & laboratoribus*, quae per eos alternatis diebus ebdomadis aut menfibus, prout de hoc hi quatuor inter fe concordauerint, celebrare. Et fi quis eorum in hoc negliens fuerit plebano memorate ecclefie *tres antiquos graſſos*, pro penu, irremiffibiliter foluet, qua concomputata, quilibet eorum fingulis ebdomadis ad celebrandum quinque miffas in altero dictorum duorum altarium fit aftrictus. Voluerunt etiam fepe dicti fundatores & dotatores, quod redditus, cenfus & prouentus quibus dicta quatuor beneficia, ut prefertur, dotata exiftunt aut fi illos *meliorari* contingat: communiter omnes aut per aliquem es eis, quem ad hoc duxerint eligendum moneant & fubleuent ac, *aequis portionibus*, inter fe fraterne diuidant & partiantur. Et fi cenfus & redditus huiusmodi *deteriorari*, quod abfit, contingeret, damnum huius-

In cafu *negligentiae* deuoluitur collatio ad archiep. Magdeb.

Officia quotidiana horum altariftarum.

Eorum *neglectus poena.*

Quum *reditus* fuerint *aucti* uel *diminuti*

omnes *aequaliter* lucrum & damnum fentiant.

uiusmodi etiam, *equali modo*, omnes simul
ıſtineant & patiantur. Adiecerunt quoque
ıemorati fundatores & dotatores, quod
nniuerſarius eorum ac parentum & amico- *Anniuer-*
um ſuorum quater in annis infra ſcriptis, *ſariae* fun-
idelicet feria ſecunda ante diem ſancti datorum
'incentii martiris; feria ſecunda ante feſtum *memoriae.*
eatorum Philippi & Iacobi apoſtolorum; feria
ecunda ante feſtum *beati Iacobi* apoſtoli &
eria ſecunda ante feſtum *omnium ſanctorum*
le ſero, cum uigiliis nouem lectionum, & in
equentibus tertiis feriis, cum decantatione
niſſe animarum, in choro ſupradicte eccleſie
eate Marie, per dictos quatuor altariſtas &
eneficiatos adiunctis infra ſcriptis ſingulis
nnis, perpetue peragatur. In prenarratis
utem *uigiliis & miſſis* cuſtodes prefate ec- *Ritus* in il-
leſie pulſabunt ſolempniter ac tumbam lis obſer-
ınam miniſtrabunt panno coopertam fune- uandi qui
ali, circa quam prememorati quatuor alta- nam?
iſte ordinabunt ac ponent quatuor candelas
ırdentes: prout in diebus funerum ſeu exe-
quiarum fieri eſt conſuetum. Predictarum
utem uigiliarum & miſſarum decantationi
perſonaliter intererunt memorati quatuor
ltariſte, ſeu beneficiati quilibet eorum, ſub *Poena* ne-
pena *trium groſſorum* antiquorum, ſociis gligen-
ſuis totiens quotiens neglexerit, irremiſſibi- tium.
liter, ſoluendorum & plebanus dicte eccleſie
una cum predicatore pro tempore & duo-
bus ſuis capellanis ac omnes & ſinguli eiuſ-
dem eccleſie altariſte & duo eccleſie cuſto-
des, quibus per prefatos quatuor altariſtas *Anniuer-*
de premiſſis eorum communibus cenſibus *ſariae* diſt-
& redditibus, omni ſemota excuſatione in ributiones.

ſingulis anniuerſariis dabuntur *preſentie* *diſtributiones* infra ſcripte *plebano & pre*-*catori* cuilibet eorum *quatuor groſſi antiq*. duobus capellanis prefattis ac omnibus & ſingulis prefate eccleſie *altariſtis cuilibet* *groſſi antiqui*, cuſtodi eccleſie octo & ſub-cuſtodi nec non ſcolari ipſius plebani cui-bet *duo groſſi antiqui*. Sin autem in premo-minatis huiusmodi uigiliis & miſſis *perſona*-*liter* non interfuerit; diſtributione careb. Et ſicut prefati quatuor altariſte & benefi-ciati prefattas dabunt & ſoluent preſentias, ſic & de communibus ſuis cenſibus & red-ditibus teneantur ſibi emere & compara *ceram pro luminibus* ordonandis ad prefatas exequias ac etiam ad miſſas in ſuis prefatis altaribus, prout premittitur, celebrandas non obſtante ſi cenſus & redditus eorum in al-qua ſui parte, quod abſit, retardarentur aut minuerentur. Demum ultra premiſſa omnes iidem fundatores & dotatores uoluerunt, quod huiusmodi eorum, fundatio & do-tatio beneficiorum non debeat plebanum in tenendis capellanis aut diuinis celebran-dis, ſic quod minores ob id habeat capellanos, releuare nec aliquem ex dictis beneficiatis ſimul cum huiusmodi beneficio poſſe aut debere eſſe continuum *capellanum*, *plebani* ſupra dicti. Nobisque tam humiliter quam deuote quatinus huiusmodi fundationem, dotationem & erectionem predictorum qua-tuor beneficiorum ratam habere & gratam ac eam, auctoritate noſtra ordinaria, confir-mare & approbare nec non redditus & cen-ſus huiusmodi dictis beneficiis ad equales por-

Non niſi *praeſenti*-*bus*, dan-dae.
Onera quaedam altariſtis *ferenda*.

Plebanus.

Capellanus.

portiones apparare & unire, necnon omnia & singula premissa perpetue firmitatis robore, stabilire & confirmare de paterna benignitate misericorditer dignaremur, supplicarunt. Nos uero FRIDERICVS *archiepiscopus & primas* antedictus, qui iustis supplicum uotis hiis potissimum, que dei honorem; diuini cultus augmentum & salutem respiciunt animarum libenter semper annuimus ac illis pium & paternum prebemus affectum huiusmodi eorum supplicationibus fauorabiliter inclinati, dictas fundationem, dotationem & erectionem una cum modis & qualitatibus prefattis *gratas habentes & ratas:* dicta duo altaria de cetero debere esse quatuor distincta perpetua ecclesiastica beneficia sine cura ac presbyteris seu clericis secularibus ydoneis, infra unius mensis spacium, in titulum quatuor ecclesiasticorum beneficiorum ad presentationem dictorum fundatorum & dotatorum, ac post eos prouisorum seu magistrorum fabrice, ut prefatum est, conferenda & assignanda; dictosque quatuor altaristas seu beneficiatos sub nostra & archidiaconi nostri iurisdictione existere ac ceteris altaristis prefate ecclesie, in omnibus & singulis honoribus & oneribus communibus, equales fore debere decernimus ac declaramus ac memoratos census & redditus, salua tamen reemtione, illis perpetue unimus & appropriamus ipsosque in ius & libertatem ecclesiasticam recipimus; hoc adiecto: quod si aut quando dictos census in toto aut in parte reemi contingat; ex tunc sine mora per prefatos *prouisores* seu *magistros fabrice* una cum dictis

Archiepiscopi *confirmatio.*

Hi altaristae immediate sub *archiepiscopo* & eius *archidiacono.*

Magistro fabricae & altaristis *redituum cura* committitur.

dictis *altaristis*, super *quo conscientias eorum oneramus*, res & bona alia immobilia aut alii census, redditus seu prouentus perpetui pro huiusmodi sic soluta pecunia ad usum predictorum beneficiorum comparentur & emantur. Ac omnia & singula premissa sub modis, forma & qualitatibus prefattis in nomine patris & filii & spiritus sancti confirmamus & approbamus. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostrarum ratihabitionis, decreti, declarationis, unionis, appropriationis, receptionis, confirmationis & approbationis infringere uel ei, ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei & beatorum *Petri & Pauli* apostolorum, *sancti Mauritii sociorumque eius*, patronorum nostrorum, se nouerit incursurum. *Datum* in castro nostro GEBICHENSTEIN die Iouis uicesima sexta mensis *Decembris* sub anno a natiuitate domini *millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo*, pontificatus uero nostri anno *decimo tercio*.

Datum in arce *Gibichenstein.* Anno 1457.

NVM. XXIII.

SEPTEM CARDINALIVM *indulgentiae* pro capella *sanctae* CRVCIS HALAE. MCCCCLXIV.

Nomina VII. *cardinalium.* An. 1464.

GVILLERMVS episcopus *Ostiensis*, PETRVS tituli *sancti Marci*, RICHARDVS tituli *sancti Eusebii*, BERARDVS tituli *sancte Sabine*, IACOBVS tituli *sancti Grisogoni*, LVDOVICVS

icvs tituli *ſanctorum Petri & Marcellini* resbyteri & RODERICVS tituli *ſancti Nicolai,* *i carcere Tulliano* diaconus, *ſancte Romane* *cclesie cardinales.* Vniuerſis *Chriſti fidelibus* reſentes litteras inſpecturis pariter & audituris ſalutem in domino ſempiternam. Redemptoris omni ſanati *liuore* in eius *ſancte* *rucis* gloria & glorificatione ſedula tanto ebemus plenius, labia replere laudibus, & ngua in hymnis & canticis exaltare, quanto er ipſius *crucis* miſterium illi affixus, reſurens a mortuis clementius, deuicta morte, obis ad uitam aditum reparauit. Cupienes igitur ut *capella* in honorem eiusdem *acratiſſime* CRVCIS fundata, ſub *pretorio* HALENSI, *Magdeburgenſis diocesis,* ſituata, & in ua nonnulle uenerabiles *reliquie* eiusdem *iuifice crucis,* & ſanctorum exiſtunt, congruis frequentetur honoribus, & a *Chriſti* *idelibus* feruentius *ueneretur* in ea quoque ultus augmentetur diuinus, ut *Chriſti fide-* *es* ipſi eo libentius, deuotionis cauſſa, *con-* *luant, ad eandem,* & ad *manutentionem* & lia premiſſa, *manus* promptius *porrigant* *diutrices,* quo ex hoc ibidem dono celeſtis *gratie* uberius conſpexerint ſe refectos le *omnipotentis* DEI miſericordia & beatorum *Petri & Pauli,* apoſtolorum eius, auctoritate onfiſi, omnibus & ſingulis *utriusque ſexus* Chriſti fidelibus uere *penitentibus & confeſſis,* qui in eiusdem *ſacratiſſime* CRVCIS INVENTIONE *& etiam* EXALTATIONE *ac ſancti* VALENTINI *martiris & ſancte* DOROTHEE *uirginis* feſtiuitatibus, nec non *dedicationis* eiusdem capelle *ſancte* CRVCIS predicte, a primis ueſperis usque

Ad capellam HALAE, cum reliquiis S. CRVCIS. uenientibus *deuote*

aut eidem aliquid *donantibus*

usque ad secundas uesperas, inclusiue, capellam ipsam deuote *uisitauerint*, & *pias oblationes* ac *elemosinas* erogauerint. Nos CARDINALES prefati & quilibet nostrorum *centum dies*, de iniunctis eis penitentiis, misericorditer in domino relaxamus, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum presentes literas fieri nostrorumque *sigillorum* iussimus & fecimus appensionibus communiri. *Datum* & *actum* ANCONE in domibus nostrarum solitarum *residentiarum*. Anno a natiuitate domini *millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto*, INDICTIONE *duodecima*, die uero uicesima quarta mensis *Iulii*, *pontificatus* sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini PII diuina prouidentia pape *secundi* anno *sexto*.

centum a singulis dies indulgentiarum promittuntur.

Datum *Anconae* anno 1464.

NVM. XXIV.

IOHANNIS *Magdeburgensis archiepiscopi* confirmatio *fraternitatis* KALENDARVM, quae HALAE fuit: ut & *indulgentiarum* concessio. MCCCCLXVII.

IOHANNES archiep. *Magdeb.* 1467.

IOHANNES, dei gratia, *sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus*, PRIMAS *Germanie*, *comes* PALATINVS *Reni & dux* BAVARIE uniuersis & singulis, ad quos presentes nostre litere peruenerint, salutem & caritatem in domino sempiternam. Cordi nobis est, ut id, quod PREDECESSORVM *nostrorum*

a sacra deuotio, *pro honore summi* DEI & *terna* proximorum *caritate*, nec non *sa-* *animarum rite edidit*; NOS, qui eorum es agimus in terris, in quos fines seculo-n, quibus caritas multorum refriguit, ienerunt *nostrarum confirmationum* & *robationum munimine roboremus*. Sane, n dudum quedam *fraternitas nonnullorum* RICORVM *&* LAICORVM in opido nostro LLIS, *iure diocesis*, a longis retro tempo-us laudabiliter ut accepimus, sit intro-cta quam felicis memorie, ALBERTVS, GVN-ERVS & FREDERICVS *archiepiscopi, predeces-es nostri*, ratam habentes & gratam certis odo & forma, uti accepimus, approbarunt confirmarunt: prout in literis ipsorum, super confectis, plenius continetur. NO-fuit pro parte *dictorum fratrum* ac *fra-nitatis* ipsorum, ut dictam FRATERNITATEM ac paterne *admittere* eamque *confirmare* *approbare* dignaremur, humiliter supplica-n. NOS uero IOHANNES *archiepiscopus &* PRI-s antedictus, qui *fraternitatem* iuxta *apo-lum* merito amamus & illius *caritatem*, opti-o zelo, amplectimur humillimorum suppli-ionibus paterne inclinati; dictam FRATER-TATEM KALENDARVM, infra scriptis modo & ma, duximus moderandam; indulgentes lelicet: quod dicti *clerici & laici licitam*, *ctam, honestam ac deo gratam* inter se pos-t habere FRATERNITATEM, qua se mutua *itate* ac *orationum, elemosinarum & bene-orum* suffragiis sedule, fraterne prosequan-, & ad illam non nisi *honestas personas*, *ere tamen & sine omni illicito pacto*, recipiant &

FRATERNITATEM KALENDARVM *caland bruder.*

Ab antecessoribus suis iam *approbatam*

confirmat denuo;

modo non, *illicitis modis*, fratres recipiant.

& admittant, ac eam per KALENDAS & sin
lariter per *quatuor tempora* anni, saluis
men festis, uidelicet *feria secunda post*
uersionis sancti Pauli cum *uigiliis & f*
tertia sequente cum *missarum solem*
deinde *feria secunda* post dominicam
simodogeniti similiter tunc *uigiliis* & pr
die sequente cum *missarum solempni*
post *feria secunda* post festum FELICIS
ADAVCTI iterum cum *uigiliis* ac *feria ter*
proxima cum *missarum officiis*; at demu
feria secunda post festum *sancte Elisabe*
etiam cum *uigiliis* ac proxima die sequen
cum *missarum officiis* in ecclesia *beate* MAR
uirginis memorati opidi nostri HALLIS solem
pniter & deuote cum elemosinarum dist
butione, *sine* tamen *preiudicio* aut *damp*
RECTORIS *eiusdem*, rite agant & obseruen
Si quam uero post factum officium inter
aliquam habituri sint REFECTIONEM; qu
illam cum *honestate & moderamine cibi & p*
tus ac cum *lectione sacra ad mensam & gr*
uitate congrua ac *sobrietate* faciant &, po
factam refectionem, inde discedant ne
INGVRGITATIONI uacent. Nec in ea aliqu
NOVI *sine nostra* aut *successorum nostror*
scitu & consensu statuant seu ordinent: u
lentes etiam, quod quecunque persona dic
FRATERNITATIS, que notorie *diffamata* a
criminosa fuerit aut *ultra annum* in *excom*
municatione perstiterit, sit ipso facto dic
FRATERNITATE priuata. NOS etiam de *omni*
potentis DEI misericordia, *beatorum* PETRI &
PAVLI *apostolorum* auctoritate, *sancti* MAVRI
TII & *sociorum eius*, PATRONORVM *nostrorum*
me

Illis *dierum quorundam celebrationem* praescribit,

Salua auctoritate RECTORIS parochialis ecclesiae.

Temperantiam eis commendat

sub *exclusionis* poena.

neritis confisi omnibus & singulis confes-
is & contritis, qui predictis *uigiliis* aut *mis-
sis* interfuerint & pro salutari statu *sancte
matris ecclesie* ac pro *omnibus fidelibus defun-
ctis orauerint*, *quadraginta dies indulgentia-
rum*, de iniunctis eis penitentiis, misericor-
diter in domino relaxamus ac predictam
fraternitatem KALENDARVM, sub premissis
modis & qualitatibus, in dei nomine, *admit-
timus*, *approbamus* & *confirmamus*. In quo-
rum fidem & testimonium premissorum
presentes nostras literas fieri, nostrique
sigilli iussimus ac fecimus appensione com-
muniri. *Datum* in castro nostro GEBICHEN-
STEIN die prima mensis Augusti sub anno
domini *millesimo quadringentesimo sexagesi-
mo septimo* pontificatus nostri anno *tertio*.

XL. *indulgentiarum* dies eis donat.

Datum in arce *Gibichenstein* 1467.

NVM. XXV.

RAIMVNDI cardinalis & *legati a latere* apostolici *indulgentiae* ecclesiae S. MICHAELIS, in urbe HALA, donatae. MDII.

RAIMVNDVS, miseratione diuina, *sacro-
sancte Romane ecclesie*, tituli *sancte
Marie noue presbyter*, *cardinalis
Gurcensis* ad uniuersam *Germaniam*, *Daciam*,
Sueciam, *Norwegiam*, *Frisiam*, *Prussiam*
omnesque & singulas illarum prouincias,
ciuitates, terras & loca etiam sacro Romano
imperio in ipsa *Germania* subiecta ac eis ad-
iacentia, *apostolice sedis de latere legatus*.
Uniuersis & singulis *Christi fidelibus* presentes
literas

RAIMVNDVS *Cardinalis* GVRCENSIS 1502.

Legatus a *latere* apostolicus per

septentrionalia regna.

literas inſpecturis ſalutem in domino ſempiternam. Quanquam propheta dicente dominum *in ſanctis eius* laudari deceat; in illo tamen precipue, uidelicet *beato* MICHAELE *Archangelo*, deum collaudari & benedici, fundatasque in honorem ipſius eccleſias *Chriſti fidelibus* deuotius uenerari conueniat, qui de hoſte maligno triumphans, militie celeſtis exercitus, & ſuper omnes animas ſuſcipiendum, pre ceteris angelis, principatum, diuina prouidentia, noſcitur obtinere.

Eccleſiam S. MICHAELIS, *Halae uenerantibus* aut ei *conferentibus* aliquid, *indulgentias* promittit;

Cupientes igitur ut capella *ſancti* MICHAELIS in opido HALLIS ſita, *Magdeburgenſis dioceſis*, ad quam, ſicut accepimus, *reuerendiſſimus in Chriſto pater, dominus* ERNESTVS, *eccleſie Magdeburgenſis archiepiſcopus*, *Germanie* PRIMAS, ſingularem gerit deuotionis affectum, congruis frequentetur honoribus & a *Chriſti fidelibus* iugitur ueneretur ac in ſuis *structuris & edificiis* debite *reparetur, conſeruetur & manuteneatur*; in ea quoque cultus augmentetur diuinus & ut *Chriſti fideles* ipſi eo libentius, deuocionis cauſa, confluant ad eandem & ad illius *reparationem, conſeruationem, augmentationem, manutentionem* nec non in *libris, calicibus, luminaribus* & aliis *ornamentis eccleſiaſticis* fulcimentum & munitionem manus promtius porrigant adiutrices; quo ex hoc, ibidem dono celeſtis gracie uberius conſpexerint ſe refectos:

Rogatus ob hoc ab ipſo Magd. archiep.

ipſius *reuerendiſſimi archiepiſcopi Magdeburgenſis* prefati deuotis ſuper hec *ſupplicationibus inclinati*, de omnipotentis dei miſericordia ac *ſanctorum* PETRI & PAVLI, *apoſtolorum* eius auctoritate, confiſi, omnibus &

ſin-

ngulis, utriusque sexus, Christi fidelibus ue-
e penitentibus & confessis qui prefatam ca-
ellam *sancti* MICHAELIS in singulis uidelicet
atiuitatis domini, corporis Christi, conceptio- *Festorum* index, quibus.
is, natiuitatis, presentationis, annunciationis,
isitationis, purificationis, & assumtionis glo-
osissime *uirginis* MARIE *sancti* IOHANNIS *ba-*
tiste beatorum IACOBI *maioris &* BARTHOLO-
IEI *apostolorum, sancti* LAVRENTII *martiris,*
incti MICHAELIS *archangeli* patroni, ipsius-
ue capelle *dedicationis* nec non *exaltationis*
incte CRVCIS; *sanctarum* KATHERINE, BARBARE,
VCIE *uirginum & martirum* festiuitatibus &
iebus *primis uesperis* usque ad *secundas ue-*
speras inclusiue, deuote, uisitauerint annua-
m, & ad *conseruationem, manutentionem* alia-
ue premissa, ut prefertur, *manus porrigant*
diutrices pro singulis diebus predictis, qui-
us id fecerint, *centum dies*, de iniunctis eis c. dierum *remissiones* possunt obtineri.
enitentiis, misericorditer in domino *relaxa-*
us, presentibus perpetuis futuris tempo-
bus duraturis. In quorum fidem presen-
s literas fieri, nostrique sigilli iussimus
ppensione communiri. *Datum* MAGDE- Datum *Magdeb.* 1502.
VRG anno incarnationis dominice, *millesimo*
uingentesimo secundo. Idus Februarii, ponti-
catus sanctissimi in Christo patris & domini
ostri, domini ALEXANDRI, diuina prouiden-
a, *pape sexti* anno *undecimo.*

NVM. XXVI.

RNESTI *Saxoniae* ducis & *archi-*
piscopi Magdeburgensis confir-
natio *indulgentiarum* ecclesiae

S. *Gertrudis*, ab extraneis *card*-*nalibus* & *episcopis* datarum idque autoritate *dioece*-*sana* MCCCCXCVII.

ERNESTVS anno 1497. *apostolicae* S. gratia.

ERNESTVS *dei & APOSTOLICE sedis gra*-*sancte Magdeburgensis archiepisco*-*primas Germanie & Halberstade*-*ecclesiarum administrator, dux* SAXONIE, *lan*-*grauius Thuringie, ac marchio* MISNIE publi-profitentes recognoscimus, nos omnes singulas indulgentias a reuerendissimis ac re-uerendis in Christo patribus, dominis sacr-

Confirmat S. GERTRVDIS *indulgentias dioecesano iure.*

sancte Romane ecclesie *cardinalibus, archi*-*episcopis & episcopis* ad ecclesiam parochiale-*sancte* GERTRVDIS, in opido nostro HAL-*Magdeburgensis* nostre *diocesis* in hanc usq-diem generose datas & concessas, *auctori*-*nostra ordinaria approbasse & confirm*-Quasque presentibus, DEI nomine, aucto-tate predicta, ratificamus, approbamus

Aliasque XL. dierum *adiicit.*

confirmamus nostros *quadraginta indulg*-*tiarum dies* modo, forma atque tempori-in literis indulgentiarum omnibus expr-sis, adiicientes. In quorum fidem & te-monium has nostras roborationis lite-*sigilli nostri* iussimus & fecimus appensio-

Datum *Gibichensteinii* 1497.

communiri. *Datum* ex arce nostra GI-CHENSTEIN anno domini *millesimo quadri*-*gentesimo nonagesimo septimo* die Martis qu-ta decima mensis Nouembris.

NV

NVM. XXVII.

TTO *imperator III. donat Sigi-* *rto* COMITI BVRGVARDIVM *quen-* *m*, BITRIZI *nomine, in pago* ME- ZANI, *in ipsius comitis* COMI- ATV *iacentem, cum omnibus* VTENSILIBVS, de anno DCCCCXCV.

N nomine ſancte & indiuidue Trinita- tis. OTTO *diuina fauente clementia* REX. Nouerit omnium *fidelium* noſtrorum, n futurorum, quam preſentium, *induſtria,* aliter nos, ob interuentum & petitionem *elium* noſtrorum, WILLIGISI uidelicet, MO- NTINE ſedis uenerabilis archiepiſcopi, cnon & BISALHARY honorandi archipre- lis, ac *Bernhardi* DVCIS cuidam *fideli* noſtro, *giberto* COMITI, de noſtra *proprietate* de- mus quendam BVRGVVARDIVM BITRIZI no- ine, in pago quoque MERAZANI uocato ac ipſius *comitatu* iacentem, atque eundem *urguuardium* cum ſuis omnibus *utenſili-* *s*, hoc eſt, *arcis*, *edificiis*, *mancipiis* utri- sque *ſexus*, terris, cultis & incultis, agris, ratis, campis, paſcuis, ſiluis, *uenationibus*, quis, aquarumue decurſibus, piſcationibus, olendinis, uiis & inuiis, exitibus & redi- bus, queſitis & inquirendis cunctisque liis appendiciis, que adhuc dici, *inueniri* aut ominari poſſunt ei IN PROPRIVM tradidimus, xceptis his que pro noſtre remedio ani- ne, ſcilicet *uillis* ad monaſterium MIMILEVE uoca-

OTTO III. an. 995. rex rogatione *Moguntini archiprae- ſulis*, Bernhardi, DVCIS, comiti, de ſua *pro- prietate* *Bitriz*, in pago MERAZANI, in ipſius co- *mitatum* *Burguuar- dium* donat cum VTEN- SILIBVS, quæ recen- ſentur, *mancipiis* utriusque ſexus. *inueniendis* in PROPRI- VM

exceptis illis, quae *Mimeleue* iam donata, cum potestate *alienandi*

uocatum commodauimus & una uilla, quam fideli nostro *Diezoni* donauimus & tribus mansis Luttago *marascalco* nostro a nobis antea *donatis*, ea uidelicet ratione, ut predictus *comes Sigibertus* de prefato *Burguuardio* sibi a nobis tradito, liberam de illo, quod uelit potestatem habeat, siue eum *tradere* uel *commutare*, aut *uendere* seu magis sibi retinere uoluerit, & ut nostra hec regalis traditio presentia nostro tempore firma & inconuulsa permaneat, hoc preceptum inde conscriptum.

cum SIGILLO *manu propria monogrammate.*

Sigillo nostro signare iussimus, *manuque propria*, ut infra uidelicet, corroborabimus. Signum domini OTTONIS gloriosissimi & inuictissimi *regis*. *Hildibaldus* episcopus & cancellarius, uice *Willigisi* archiepiscopi, recognoui.

Dat. 995. III. *imperii*. ACTVM *Isenaci*.

Data VII. kal. *Nouembr*. anno domini. Incarnationis DCCCCXCV. *Indictione* VIII. anno autem *tertii* Ottonis regnantis. XII. *Actum* Iceniggo feliciter *Amen*.

NVM. XXVIII.

Literae emtionis & *retrouenditionis* super castro LIBENOW cum iuribus & omnibus pertinentiis inter *Henricum*, episcopum MERSEBVRGENSEM & *Ottonem*, archiepiscopum MAGDEBVRGENSEM de anno MCCCLVI.

Contractus RETROVENDITIONIS 1356.

IN nomine domini amen. Cum hominum memoria sit labilis, ipsosque fallat obli-

bliuio & in probationibus antiquorum pre-
aleant instrumenta; necesse est ut ea, que
guntur, instrumentorum testimonio, per-
ennentur. Nos igitur, dei gratia, HENRICVS, Inter *Henricum* MERSEBVRGENSEM
piscopus ecclesie MERSBVRGENSIS tenore pre
entium, notum facimus uniuersis. Quod
ractatibus & deliberationibus maturis una
um uenerabili in Christo patre ac domino
nostro, domino OTTONE, *sancte* MAGDEBVR- & MAGDEBVRGENSEM
GENSIS ecclesie archiepiscopo, prehabitis, de
ONSENSV & uoluntate unanimi *totius ecclesie*
ue Magdeburgensis CAPITVLI, ecclesiarum
nostrarum iam dictarum commodum & uti-
itatem in hoc pensantes, *castrum* LEVENOWE,
um omnibus VASALLIS, *inquilinis*, agris, pa-
cuis, nemoribus, molis, molendinis, aquis,
quarum decursibus, piscationibus, bonis
IBERIS & INFEODATIS, cum omnibus singulis,
uribus & pertinentiis, quesitis & inquiren-
lis, que eidem castro pro nunc insunt aut
n futuro inesse poterunt, & specialiter cum
nouem marcarum redditibus, ex *theoloneo* KO-
ENBOY singulis annis percipiendis, a famosis
iris, Hermanno de WEDERDEN *milite*, Hen-
one suo *germano* emimus rationabili *em-*
tionis & uenditionis contractu hinc inde in-
eruemiente, pro *mille* & *septingentis* & *quin-* 1750. *sexagenas* grossorum, *usualium* ZALGROSSEN. XI. *Halleri* pro *grosso*.
uaginta sexaginta grossorum usualium, qui
Zalgrossen uulgari nomine nuncupantur, un-
decim Hallenses pro grosso computando,
liceat nichilominus nobis atque possumus
pro eiusdem castro, *edificiis*, reformationis
meliorandis seu reedificandis, ubi opus fue-
rit, *ducentas* exponere *sexaginta grossorum*
predictorum, quarum estimatio, uel quod

summa huiusmodi in toto uel in parte exposita fuerit, ſtabitur plene ad arbitrium & taxationem duorum canonicorum eccleſie Magdeburg. & duorum canonicorum eccleſie Merſeburg. prefate aſſumendorum. Quantum uero in his, ut premittitur, *edificiis* iidem *canonici rationabiliter* expoſuiſſe eſtimauerint: id ad *principalem pecunie* ſummam computetur; & cum idem *caſtrum* fratres predicti *Hermannus* & *Henzo* de WEDERDEN a *domino* MAGDEBVRGENSI predicto & eccleſie ſue *gratia* HEREDITARIE poſſediſſent, ipſumque pro ſe & ſuis poſteris heredibus ad manus ſuas libere & uoluntarie *reſignarunt* omni iuri, actioni uel inpetitioni ſibi in dicto caſtro LEVENOWE aut ſuis pertinentiis competentibus aut in futuro competituris plane & ſimpliciter *renunciantes*: prefatum quoque caſtrum LEVENOWE, cum ſuis *pertinentiis* preexpreſſis, nos ſucceſſoresque noſtri & eccleſia noſtra MERSEBVRGENSIS habere debemus & pro uſu & utilitate noſtra, quiete & pacifice, poſſidere. Tamen prefato domino *archiepiſcopo* & ſuis *ſucceſſoribus* necnon eccleſie ſue MAGDEBVRGENSIS *ſpecialem gratiam* in hoc facientes, quod ſepedictum caſtrum ipſe ſuique *ſucceſſores* REEMERE *poſſunt* pro *pecunia* prenominata & hanc *reemptionem* nos aut ſucceſſorem noſtrum ſi *medio tempore*, quod abſit, morte preuenti fuerimus uel *capitulum* noſtrum, ſi illo tempore eccleſia *Merſeburg.* paſtore caruerit, ad unum *annum preſcire* facient & ſi tempore REEMTIONIS *groſſi* aut *Hallenſ.periiſſent* & eorum *uſus*, in *Mersburg.* *non eſſet*; tunc in *reemtione* nobis taliter

Taxatio duorum canonicorum.

Liebenau de *Werder* poſſident *gratia Magdeb.* archiep.

Pactum de *retrouendendo*.

noti:

ptificata, dabunt singulariter semper pro una
XAGINTA GROSSORVM & uiginti grossis unam
arcam *argenti* BRANDENBVRGENSEM ponde-
s HALLENSIS, quo facto & sic nobis pecunia
ostra totaliter persoluta prefatum castrum
pe dicto *domino* MAGDEBVRGENSI & ecclesie
ie, nulla *obstante contradictione* RESTITVEMVS.
nsuper prenominatus archiepiscopus MAG-
EBVRGENSIS pro se & suis *successoribus* & ec-
lesia sua *Magdeburgensi* promisit, quod
ullam litem seu molestiam nec nunc nec
n futuro, occasione dicti castri, aut aliqua
d ipsum pertinentium parte, inferre debet
iel inferenti seu inferentibus aliquis con-
entire; sed potius *nos* de quarumlibet *inua-
sionibus* seu *inpugnationibus*, ut tenetur, *fide-
liter defensare*, in premissorum testimonium
nostrum *sigillum* presentibus est appensum.
Et nos, *dei gratia*, HENRICVS prepositus; *Botho*
decanus totumque capitulum ecclesie Mer-
seburgensis in signum nostri CONSENSVS, pre-
missis omnibus, fauorabiliter affuisse SIGILLVM
CAPITVLI nostri *Merseburgensis* huic scripto
duximus apponendum. *Datum* MERSEBVRG
anno domini MCCCLVI. in die beati Dyo-
nisii & sociorum eius.

Pretium, definitum.

Praepositus *dei gratia.*

Datum *Merseb.* 1356.

NVM. XXIX.

Donatio unius *mansi* una cum *colono* & *liberis*, qui *mansum* hunc possidet, in uilla *Gusau*, ab OTTONE IMPERATORE; abbatissae *Mechtildae sorori* facta.

DCCCCLI.

OTTO *imperator* 951.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis Otto, diuina fauente clementia, *imperator* Augustus: constet omnibus *fidelibus nostris* assistentibus & aduenturis quod nos nostre dilectissime *sorori* MATHILDE, uenerabili ABBATISSE, ob debitum & meritissimum illius amorem deoque gratum quoddam *nostri iuris predium* illi concedimus firmiterque donamus. Vnum nempe mansum nostre *proprietatis* in uilla, que nuncupatur *Gusau* & in *comitatu* SICCONIS *comitis* in pago HAFFAGA situm *colonum* eiusdem *mansi* nuncupatum *Macil.* & *uxorem* eius cum *liberis*, qui eundem *mansum* possident, & ab eo legitime constituta, *quotannis* persoluunt *debita* & cum cunctis ad eum pertinentibus *appendiciis*, hoc est *edificiis, terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumque decursibus, exitibus & reditibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, quesitis & inquirendis.* Concessa igitur potestate predii, *clementiam nostri* mox appeciit precatu *supplici, mansum* cum uniuersis ei coherentibus pro sue parentumque suorum remedio *animarum*, licere *Merseburch* ad sancti LAVRENTII incliti martyris *seruitutem* tradere. Nos uero peticioni sue annuentes ad prefatum sancti *martyris* Christi *monasterium* res prescriptas tradidimus. Hec confirmanda hoc preceptum scribi anuloque nostro signari iussimus & subscripsimus MANV PROPRIA firmauimus, *signum* domini OTTONIS.

Sorori MATHILDAE abbatissae confert *sui iuris* praedium

Gusau. In *pago Haffaga*, cum *colono*, *uxore, liberis.*

Adpendiciae praedii recensentur,

cum *licentia* in *seruitutem* dandi S. *Laurentio* in *Merseb.*

manu *propria signo.*

Imperatoris Augusti. *Folgmarus* cancellarius uice *Wilegisi* archicapellani *notaui.*

Data

Data V. Idus Auguft. anno dominice incarnationis DCCCCLI. *Indictione* IX. anno uero *regni* domini OTTONIS XV. imperii VIII. *Actum* BALGESTETE.

Datum 951.

ACTVM *Balstete.*

NVM. XXX.

CONFIRMATIO omnium *priuilegiorum* & redituum monafterii in *gratia dei* per CONRADVM II. *regem Romanorum* facta, de anno MCLII.

IN nomine fancte & indiuidue Trinitatis. Ego CONRADVS, diuina fauente clementia, *Romanorum* rex *fecundus*, ad hoc credimus nos in regno *patrum* noftrorum adeo fublimatos, ut ecclefias DEI pio *maieftatis* noftre patrocinio confoueamus &, ut quietam & tranquillam uitam, in hoc feculo, agentes, DEO iugiter feruiant, follicite prouideamus. Qua propter nouerint omnes CHRISTI necnon & REGNI noftri fideles, quod nos ecclefiam fancti *Victoris*, que uocatur GRATIA DEI & fita eft fupra fluuium *falam* in archiepifcopatu *Magdeburgenfi*, in qua religiofi uiri *canonicam* & communem uitam profeffi *deo militant*, cum omnibus fuis pertinenciis, tam *mobilibus* quam *immobilibus* fub noftra *imperiali tuitione* fufcipimus & ab omnium hominum infeftatione, priuilegii noftri auctoritate, communimus, *nichil* ab eis *expectantes*, nifi quod pro *falute noftra* & pro *ftatu imperii* noftri affidue DEVM orent &, pro remedio *anime noftre* crebris apud ipfum

CVNRADVS II. feu potius III. in *regno* patrum maieftatis *patrocinio*

ecclefiam, *gratia dei* fitam ad *falam*, canonicos deo *militantes*, fub *imperiali tuitione* fufcipit, nil expectans, quam *preces* pro *fe* & *regno*

Bona recensita

ipsum *orationibus* interueniant. Hec autem sunt bona eiusdem ecclesie, que sub nostra TVITIONE suscipimus & prefate confirmamus ecclesie, uidelicet ipsum supradictum *locum* qui dicitur *gratia dei* cum suo *territorio*, *Curtem Cruthurp* cum suis appendiciis, *Curtem Reueninge* cum suis appendiciis, *Curtem Rinbeke* cum suis appendiciis, *Curtem Eckenstide* cum suis appendiciis *Curtem Geluerstide*, *Curtem Grotheze*, *Curtem Currowe*. Octo quoque *mansos* & dimidium in *Panleue* nec non & *molendinum* in CALVA, cum libero exitu & reditu & ipsius *fluminis sale* cum omnimoda & sibi necessaria utilitate, & quomodo idem *molendinum* retineri non potest nisi *aqua* in *unum* collecta, transitum per CANALE, qui ob hoc ibidem *nauigantibus* satis commode preparatus est, eis concedimus & confirmamus. Hec omnia cum omnibus suis *appendiciis* & cetera que possident in futuro iuste ac legitime largitione *imperatorum* seu *regum*, concessione *pontificum*, *donatione principum*, *oblatione* fidelium, deo propicio, poterunt adipisci, prefate *ecclesie* confirmamus; ut nulla *parua* uel *magna* regni nostri *persona* eos perturbare aut in aliquo molestare audeat: sed ipsi libere & quiete DEO, sub *tuitione* nostra seruiant, & tam in *mancipiis*, quam *in terris*, *cultis & incultis*, agris, *uineis*, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumue decursibus, piscationibus, molendinis, uiis, & inuiis exitibus & reditibus mobilibus & inmobilius, uel siquid aliud dici potest, *liberam* habeant facultatem in PROPRIOS *usus*, quoquomodo conuertendi, uel etiam

per Curtes,

Molendinum in *Calua*

cum *canale* nauigantium

cum iure *acquirendi* noua quaeque.

non impediente persona *parua* uel *magna*

in terris & *mancipiis*

cum iure *proprii usus*

etiam si uoluerint *commutandi*. Siquis autem hoc *imperialis* constituti preceptum in aliquo infringere presumpserit: decernimus, ut in penam tante presumtionis XX. *libras auri* camere nostre persoluat, & predicte *ecclesie* damnum quod intulit in DECVPLVM restituat. Horum *consilio & petitione* hec acta sunt. LEGATVS sancte *Rom.* ecclesie OCTAVIANVS cardenalis presbyter, ODELRICVS episcopus *Haluerstadensis*, ANSTELMVS episcopus *Habelbergensis*, WIGMANNVS episcopus *Nuenburgensis*, HEINRICVS episcopus *Mindensis*, BERNHARDVS episcopus *Patherburnensis*, DANIEL episcopus de *Praga*, HEINRICVS abbas *Heresueldensis*, GERVNGVS abbas de *Bozowe*, EVERWINVS abbas de *Burgele*, GERARDVS prepositus *Magdeburgensis*, BERTHOLDVS prepositus *Nuenburgensis*, dux POLONIE VLADISLAVS, & filius eius BOLISLAVS, ALBERTVS *Marchio* & filii eius, OTTO, HERMANNVS, CONRADVS *Marchio* & filii eius, OTTO, THEODERICVS, HENRICVS, Palatinus comes OTTO, LVDOWICVS comes prouincialis *Turingie*, HERMANNVS comes, SIZO comes, ERNESTVS & LAMBERTVS comites, BVRCHARDVS comes, WOLFRAMVS, comes de WERCHEIM, CONO de *Wippera*, MARQVARDVS de *Ethelcheresberg*. Signum domini CONRADI *Romanorum* regis secundi.

commutandi

sub poena xx. librar. auri. restitutionis *decuplae*.

Conciliatores, cardinalis, episcopi.

abbates,

praepositi.

Cum ducibus *Poloniae*, *marchionibus*,

palatinis,

prouincialibus,

comitibus,

Signum regis Rom.

Ego HEINRICVS *Notarius*, uice HEINRICI *archicancellarii* recognoui. *Actum* in castro ALDENBVRCH in Christi nomine feliciter, amen. *Data* anno Incarnationis domini, MCLII. Idus *Nouembris*, Indictione XIV.

ACTVM *Altenburg*,

Datum 1152.

NVM. XXXI.

CONRADI II. regis Romanorum *diploma* de ADVOCATIA coenobii in *gratia dei* absque dato.

CVNRADVS II.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. CVNRADVS, diuina fauente clementia, Romanorum rex secundus. Si antecessorum nostrorum regum seu imperatorum pie *deuotionis* limitem prosequentes, ad cultum diuine religionis *deo famulantibus* in posterum prouidere & de statu & profectu illorum, pro debito *regie auctoritatis*, oportune ordinare studebimus, id nobis tam ad *presentis uite* tranquillitatem, quam ad futuram *beatitudinem* promerendam profuturum non ambigimus. Ea propter omnibus tam presentibus quam futuris *Christi regnique fidelibus* notum esse uolumus quod *nobilis* quidam OTTO de *Reuenigne*, domino inspirante abdicatis que mundi sunt, omne *patrimonium* suum deo beatoque MAVRITIO in Magdeburch obtulit, factoque inde cenobio quod *dei gratia* appellatur & adunatis ibi *fratribus* secundem institutionem *apostolice* conuersationis uiuentibus aduocatum eis, *filium* matertere sue, *Ludouicum* de WIPERA elegit, & fieri impetrauit ea uidelicet conditione, ut tam *ipse*, quam *heredes* sui & quisquis ipsam *aduocatiam* post eum umquam tenuerit, nullo modo nisi a fratribus *inuitatus possessiones*, ipsius *cenobii* ad aliqua disponenda ingrediatur, inuitatus, permittatur

Antecessorum *deuotione*

DEO famulantibus

auctoritate regia

fidelibus *Christi* & *regni.*

Nobilis de *Remlingen*.

Patrimonium *S. Mauritio* obtulit

Aduocatum Ludouicum de *Wipera* elegit.

Ne tamen, nisi *uocatus*, *coenobium* ingrediatur.

fratri-

tribus quecumque *iudiciario* ibi ordine i componuntur, ipse autem per singulos nos a fratribus *tria talenta* accipiat, pro nctis, que *aduocato* iuste debentur. Tres ro causas prescripte legi exceptas esse uomus, *sanguinis effusionem*, *furtum*, & illam *uiolentiam* pro quibus libere non inuitus a fratribus tam infra quam extra terinos *aduocatie placitare* & eorum, que de s sibi componuntur, *tertiam partem*, *duas datis fratribus*, debeat habere. Ipsi uero DOWICO modo *aduocato* uel inposterum us cuilibet *successori* nullo modo liceat cem suam in eadem *aduocatia* cuilibet *committere*, nisi prepositi eiusdem loci & fraum consilio & petitione, eundem uero, ui pro tempore *commiserit*, si contra hanc stitutionem agere uoluerit, postquam a atribus *commonitus* fuerit remouere non ubitabit. Nullum etiam in *curiis*, uel in *ossessionibus* uel in *hominibus* ecclesie pertinentibus *exactionem* uel *petitionem* facere ebebit.

pro aduocatia *tria talenta* annuatim. Causae exceptae *sanguinis*, *furti*, stupri *uiolenti*.

Tertia parte fratribus retenta.

Negata *subaduocatum* substituendi facultate.

Reseruato iure *remouendi*.

Exclusis *oneribus* aliis.

NVM. XXXII.

MARTINI *episcopi Misnensis confirmatio* donationis *decimarum* super *Alsteram sitarum monasterio* in GRATIA DEI facta, absque dato.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. MARTINVS, *Misnensis* episcopus, tam presentibus quam futuris in perpetuum, notum

MARTINVS *Misnens.* ep. 1190.

Praepositus monasterii *gratia dei* emit *mansos* aliquot ad mensuram *Flandricam* a FRIDERICO comite. WICHMANNVS archiep. *Magdeburg.*

notum facio omnibus *Christi fidelibus* quod GVNTERVS uenerabilis prepositus, in GRATIA DEI & fratres sui, datis XC marcis LX. *mansos* ad *mensuram Flandricam*, in episcopatu nostro, super *Alsteram* sitos, a comite FRIDERICO, in possessionem propriam, emerit, quos idem comes presente domino nostro uenerabili *Magdeburgensi* archiepiscopo WICHMANNO, in *monte sancti Petri*, post celebratas exequias comitis CONRADI, fratribus suis, coram *politis* & uoluntarium assensum prebentibus prefato preposito GVNTERO & fratribus suis libere dimisit, & in possessionem perpetuam legitimo iure contradidit, cum omnimoda utilitate quam predicti fratres in eisdem *mansis* elaborare poterit*, in

accessoria fundi.

agris, cultis & incultis, pascuis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarumue decursibus, & lignorum deductionibus; insuper & litus ad compositionem lignorum addidit, ubi fratribus commodum uisum fuerit. Hanc itaque legitimam *donationem comitis* FRIDERICI, *marchio* TEODERICVS, auctoritate iudiciaria, legitime *firmauit*, & stabiliuit. Nos quoque primum quidem, *ob anime nostre salutem* tum & propter *comitis* FRIDERICI peticionem, simulque dilectionem prepositi GVNTERI omnem *decimam*, que nostri iuris erat in eisdem mansis, preposito GVNTERO & ecclesie in GRATIA DEI, in possessionem sempiternam, libere contulimus, & *sub anathematis comminatione*, firmauimus. Quod ne cuiquam postmodum dubium existere possit, presenti pagine sigilli nostri inpressionem affigi precepimus, adhibitis idoneis quo-

THEODORICVS *Misniae marchio*, Firmat hunc contractum. *Misnensis* ep decimas in his mansis sibi debitas eidem monasterio donat.

ııorum nomina sunt hec testibus, Herbor- prepositus de Worzin, Volcmarus Magburgensis canonicus, Sifridus Misnensis canonicus; Laici, Suidegerus, Henricus de lisna, Iohannis, Odelricus, Peregrinus & ii quam plures.

NVM. XXXIII.

ulla INNOCENTII II. papae de bonis ecclesiae in GRATIA DEI & electione praepositi ibidem. An. MCXXXVIII.

INNOCENTIVS episcopus, *seruus seruorum dei* dilecto filio, HENRICO, preposito ecclesie, que *gratia dei* dicitur eiusque fra- INNOCENTIVS II. pontifex an. 1138. ibus, tam presentibus quam futuris, in peretuam memoriam. Piis uotis assensum rebere & religiosos uiros in suis postulaonibus exaudire nos conuenit, qui quanto ragiliores sumus, tantomagis eorum oraonibus *. Nec dubium, quod si eorum etitionibus clementer annuimus; nostris pportunitatibus omnipotentem dominum ropitium, repperimus. Quamobrem dilecti in domino filii, uestris desideriis anuentes, ecclesiam que *gratia dei* dicitur, in qua diuino uacatis officio, apostolice sedis priuilegio, communimus. Statuentes ut rdo canonicus, qui secundum *beati* AVGVTINI *regulam* & formam traditam a fratre ostro, bone memorie NORBERTO, *Magdeburensi archiepiscopo*, ibi est institutus, in eadem cclesia, futuris temporibus, inuiolabiliter con-

Fratres monasterii *gratia dei* S. *Augustini* regulam profitentur a S. NORBERTO illis praescriptam.

conferuetur. Sancimus etiam: ut nulli fratrum post factam, in uestra ecclesia, professionem, absque prelati & fratrum licentia, ad alium locum liceat *transmigrare*; discedentem quoque nullus audeat retinere. Qui etiam a prelato suo secundo tertioue commonitus, si redire noluerit: canonicam in eum sententiam proferendi prepositus, qui pro tempore fuerit, habeat facultatem. Quia uero fratres, *communi uita uiuentes*, debent aliorum elemosinis & beneficentiis sustentari; simili modo decernimus ut de *laboribus* quos *propriis manibus* uel sumptibus *colitis*, uel etiam de *nutrimentis uestris*, nullus a uobis *decimas* exigere audeat, nec ad eas persoluendas uos quandoque compellat. Adicimus etiam ut uniuersa bona que uobis a prefato fratre nostro, NORBERTO *archiepiscopo*, uobis concessa sunt & a uenerabili uiro, CONRADO, successore eius, scripto firmata; quecumque etiam inpresentiarum iuste & canonice possidetis, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis deo propitio poteritis adipisci; firma uobis in perpetuum, & illibata permaneant. Obeunte uero te nunc eiusdem loci preposito uel tuorum quolibet successorum nullus eidem loco qualibet subreptionis astutia uel uiolentia preponatur, nisi quem fratres, *communi assensu*, aut fratrum pars *consilii sanioris*, secundum dei timorem, & *beati Augustini regulam* sibi ELEGERINT, qui etiam alterius professionis clericum in patrem uel prelatum suscipere non coguntur, sed potius

Nemini fratrum liberum illud *relinquere*

decimas, de suis laboribus, dare non sunt obstricti.

Omnes ipsis donationes factae confirmantur.

Praepositum eligendi facultas, *fratribus* uindicatur.

us quem in ipſa canonica uita probatum, *oribus & ſcientia*, idoneum iudicauerint: bere & concorditer eligant ſibique per ſe repoſitum faciant. Idem autem prepoſitus uiuſcemodi libertatis priuilegio collato ſibi uenerabili fratre noſtro, CONRADO, *archipiſcopo* gaudeat; ut uidelicet nullius expeitionis uel alterius ſeruitii optentu a paſtore *Magdeburgenſis eccleſie*, incommoda exactioe, grauetur. Si uero concilia ſanctorum atrum aguntur, uocatus adueniat, & debium honorem & reuerentiam archiepiſcopo xhibeat. Nulli ergo omnino hominum as ſit eandem eccleſiam temere perturbare ut eius poſſeſſiones auferre, uel abbatas etinere, minuere, uel aliquibus uexatioibus fatigare, ſed omnia integra conſerentur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omninodo profutura. Siquis autem inpoſterum huic noſtre conſtitutioni contraire temptauerit; ſecundo tertioue commonitus, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit: omnipotentis dei & beatorum *Petri* ac *Pauli, apoſtolorum* eius, indignationem incurrat, & excommunicationi ſubiaceat; conſeruantibus autem eidem loco que ſua ſunt: ſit *pax* domini noſtri IESV CHRISTI quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Nullis *ſeruitiis* aut *exactionibus* ne quidem ab ipſo Magdeb. archiep. moleſtandus eſt. Ad *ſynodos* uocatus eat.

Comminationes immorigeris & *praemia* obſequia probantibus.

Ego INNOCENTIVS catholice
eccleſie epiſcopus;

Data *Laterani* per manum Luce presbyteri cardinalis, agentis uicem domini Almerici,

sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis
Datum in Laterano 1138.
cancellarii VI. Idus Decembr. Indictione
Incarnationis dominice anno MCXXXVII
Pontificatus uero domini INNOCENTII
pape anno IX.

NVM. XXXIV.

FRIDERICI archiepiscopi diploma super *aduocatia* coenobii *Gottes gnade*, de anno MCXLVII.

FRIDERICVS archiep. Magdeb. 1147.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. FRIDERICVS *Magdeburgensis* ecclesie archiepiscopus. Ex officii nostri qualitate admonitionem commissis nobis adeo non solum spiritalia ministrare, uerum etiam ita temporalia eorum pro posse & nosse disponere, ut, habita tranquillitate in exterioribus, robustius ad deum consurgat eorum animus. Vnde scire uolumus tam presentes quam futuri temporis Christi fideles: quod *nobilis* OTTO de *Reuenigne*, domino inspirante, abdicatis que mundi sunt, omne patrimonium suum deo beatoque MAVRITIO in *Magdeburch* obtulit, factoque inde cenobio quod DEI GRATIA appelatur, & adunatis ibi fratribus, secundum institutionem apostolice conuersationis uiuentibus, aduocatum eis filium matertere sue, LODOWICVM de WIPERA, elegit & fieri impetrauit, ea uidelicet ratione; ut tam ipse quam heredes sui & quisquis ipsam aduocatiam post eum umquam tenuerit, nullo modo, nisi a fra-

OTTO de *Reuenigen.*

Fundat cœnobium *dei gratia.*

Aduocatos idem dominos de WIPERA nominat. Limites horum potestatis.

atribus inuitatus, possessiones ipsius ce-
bii, ad aliqua disponenda, ingrediatur, in-
itus permittat fratribus quecumque iudi-
rio ibi ordine sibi componuntur, ipse
em per singulos annos a fratribus *tria*
enta accipiat, pro cunctis que aduocato
te debentur. Tres uero causas prescri-
legi exceptas esse uolumus, *sanguinis*
fusionem, *furtum*, *&* *illatam* *mulieribus*
lentiam; pro quibus libere non inuitatus
atribus, tam infra quam extra terminos
iocatie, *placitare*, & eorum, que de his
i componuntur, *tertiam partem*, duabus
is fratribus, debeat habere. Ipse uero
DOWICO modo aduocato uel in posterum
is cuilibet successori nullomodo liceat
cem suam in eadem *aduocatia* cuilibet
mmittere, nisi prepositi eiusdem loci, &
trum consilio & peticione. Eundem
ro cui pro tempore commiserit, si contra
nc institutionem agere uoluerit, post-
am a fratribus commonitus fuerit, remo
re non dubitabit. Nullam etiam in *cu*-
s, uel in possessionibus uel in hominibus
clesie pertinentibus exactionem uel peti-
onem facere debebit, nisi ex consensu
epositi & fratrum eiusdem loci. Et ut
c nostri scripti pagina, firma & incon-
lsa permaneat; *sigilli* nostri impressione
m roborare curauimus. Siquis autem hu-
s confirmationis & priuilegii transgressor
titerit, postquam a preposito commoni-
s fuerit: *sanctorum apostolorum* PETRI &
AVLI & *uenerabilis pape* EVGENII & nostra
uctoritate *anathematizatum* se nouerit; qui

In causis *sanguinis*, *furti* aut *uiolenti* *stupri* ex officio inquirere debet.

placitare.

Nemini *suas uices* potest committere absque *praepositi* & *fratrum* adsensu.

Facultatem bonis & hominibus, ecclesiae utendi non habet.

Sigillum archiep.

Anathema obuersantibus

 uero

Benedictio cum peccatorum remissione obedientibus.
Testes
1) Episcopi.
2) Praelati.
3) Principes eorumque filii.
4) Comites.
5) Nobiles.
6) Ministeriales.
Datum Magdeb. 1147.

uero obseruauerit pio intuitu, *benedictione*
& *peccatorum remissionem* a domino cons
quatur. Huius autem nostre sanctionis
sunt idonei testes. Nostre ecclesie suffr
ganeus uidelicet REINARDVS *Merseburgen*
episcopus; GERARDVS maioris ecclesie nost
prepositus, HAZECHO decanus, OTTO *Bi*
racensis prepositus; WIDOLDVS prepositus d
Hunoldesburch; ARNOLDVS abbas de *Mon*
FRIDERICVS *Hallensis* prepositus; *March*
CONRADVS & filius eius OTTO; ALBERTVS *Ma*
chio & filius eius OTTO: HEREMANNVS come
LODOWICVS prouincie comes, BVRCHARD
prefectus, LODEWICVS de *Wipera*, & fili
eius CVNO, ESECHO de *Burnenstedo*, BVRCHA
DVS de *Valchensten*, WALTERVS de *Arnenste*
de, HOIGERVS de *Mansuelt*; *ministerial*
MEINRICH, ALEXANDER, MEINFRIT, SIVER
TIDERICH, WIGMAN, CVNRAT & quam plur
alii fideles. Data publice *Magdeburgi* in
nodo a *uenerabili archiepiscopo* FRIDERIC
Anno dominice incarnationis MCXLV
XVI. kalend. Mai. Indictione *nona* concu
rente secunda presidente *sancte uniuersa*
ecclesie EVGENIO *pape*; regnante, CVNRADO R
manorum rege *secundo*.

NVM. XXXV.

FRIDERICI, *Romanorum* regis, d
ploma quo sub imperiali tuitio
ne suscipit & ab omnium homi
num malitia priuilegii authori
tate communiuit monasterium
in GRATIA DEI. MCLIII.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Ego FRIDERICVS diuina fauente clementia *Romanorum* rex; primus antecessorum nostrorum, Romanorum imperatorum regum, deuotionem sequentes & precipue atrui nostri, CONRADI, gloriosi ac deuoti *Romanorum regis Augusti*, ecclesias dei pio maiestatis nostre patrocinio debemus conouere &, ut quietam & tranquillam uitam in hoc seculo agentes deo iugiter seruiant, sollicite prouidere. Quapropter nouerint omnes *Christi necnon & regni nostri fideles*, quod nos ecclesiam *sancti* VICTORIS, que uocatur *gratia dei*, & sita est super fluuium *Salam* in archiepiscopatu *Magdeburgensi*, in qua religiosi uiri, canonicam & communem uitam professi, deo militant, cum omnibus suis pertinentiis, tam mobilibus quam immobilibus, sub nostra imperiali tuitione suscipimus & ab omnium hominum infestatione, priuilegii nostri auctoritate, communimus, nichil expectantes nisi quod pro salute nostra & pro statu imperii nostri assidue deum orent, & pro remedio anime nostre crebris apud ipsum orationibus interueniant. Hec autem sunt bona eiusdem ecclesie que sub nostra tuitione suscipimus & prefate confirmamus ecclesie; uidelicet ipsum supradictum locum qui dicitur *gratia dei* cum suo territorio, curtem *Cruthorp* cum suis appendiciis, curtem *Reueninge* cum suis appendiciis, curtem *Rinbeke* cum suis appendiciis, curtem *Ekkenstide* cum suis appendiciis, curtem *Geluerstide*, curtem *Drosehze*, curtem *Grotheze*, curtem *Currowe*,

FRIDERICVS I. *Barbarossa*. 1153.

Introitus.

S. VICTORI dedicatam ecclesiam

cum omnibus bonis suis

in suam *protectionem* suscipit.

Bonorum ecclesiae huius *indiculus*

octo quoque mansos & dimidium in *Pan-leue*, necnon & molendinum in *Calua* cum libero exitu & reditu & ipsius fluminis Sale cum omnimoda & sibi necessaria utilitate. Et quomodo idem *Molendinum* retineri non potest, nisi aqua in unum collecta, transitum per canale, qui ob hoc ibidem nauigantibus satis commode preparatus est; sicut predictus uidelicet *patruus noster*, CONRADVS rex, benigne eis concessit, concedimus & perpetua concessione, sicut ipse confirmauit eis, confirmamus hec omnia cum omnibus suis appendiciis & certa que nec possident uel in futuro iuste ac legitime, *largitione imperatorum* seu regum, concessione *pontificum*, donatione principum, oblatione fidelium deo propicio poterunt adipisci: prefate ecclesie confirmamus; ut nulla parua uel magna *regni nostri persona* eos perturbare aut in aliquo molestare audeat seu ipsi libere & quiete deo, sub tuitione nostra, seruiant, & tam in mancipiis, quam in terris, cultis & incultis, agris, uineis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarumue decursibus, piscationibus, molendinis, uiis & inuiis, exitibus & reditibus, mobilibus & inmobilibus, uel siquid aliud dici potest, liberam habeant facultatem in proprios usus quoquomodo conuertendi uel etiam si uoluerint commutandi. Siquis autem hoc imperialis constituti preceptum in aliquo infringere presumpserit; decernimus ut in penam tante presumptionis XX. *libras auri camere* nostre persoluat, & predicte ecclesie dampnum, quod intulit, in decuplum restituat. Actum publice *Ratispone*

Omnes *concessiones* aut *donationes* huius ecclesiae *firmat*.

Poena transgressoribus huius sanctionis statuta.

pone in Christi nomine, CONSENTIENTIBVS *petentibus* his quorum nomina subscripta nt. *Magdeburgensis* archiepiscopus WIGANNVS; *Salzburgensis* archiepiscopus EVERARDVS; *Hauelbergensis* episcopus ANSELMVS; *abenbergensis* episcopus EVERHARDVS; *Raponensis* episcopus HEINRICVS; *Pattauiensis* piscopus CONRADVS; *Tridentinus* episcopus ERHARDVS; *Constantiensis* episcopus HERANNVS; *Frisingensis* episcopus OTTO; EINRICVS dux *Bowarie*; WELFO dux *Spoletinus* & marchio *Tuscie* & *princeps Sardinie*; THELRICVS dux *Karinthie*; CONRADVS dux *Meranus*; CONRADVS marchio *Missinensis*; DELBERTVS marchio *Brandenburgensis*; ENELBERTVS marchio *Histrie*; ODACKER marhio; THEBALDVS marchio; OTTO palatinus omes; GEVEHARDVS comes; HEINRICVS preectus *Ratisponensis*; BERTHOLDVS comes; go HEINRICVS *notarius uice archicancellarii*, EINRICI, *Magontini archiepiscopi* recognoui. ignum domini FRIDERICI *regis*. *Data* anno Incarnationis domini MCLIII. indictioe XV.

Dioecesani aliorumque episcoporum *rogatu* haec acta a rege. *Testes* enumerantur.

SECVLARES *duces.*

Marchiones.

Palatini.

Comites.

Datum 1153.

NVM. XXXVI.

WICHMANNVS, *Magdeburgensis* archiepiscopus, donat de v. mansis decimam in *Wardenberge* & decimam uineae iuxta uillam *Grobene* prope Salam &c. monasterio in GRATIA DEI, anno MCLXVIII.

WICHMANNVS archiep. *Magd.* 1168.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. WICHMANNVS, dei gratia, *sancte Magdeburgensis* ecclesie archiepiscopus. Ne ulla uetustate superueniente in obliuionem affectus, que ecclesie & fratribus in *gratia dei* nostra karitas amministrauit, licet exiguus sit in opere id * modi cum quod iam dicte ecclesie ad *consolationem* fratrum & ad *elemosinam pauperum* contulimus. Scripto & priuilegio nostro, propter eos qui contra ueritatem ingenium suum acuunt, uoluimus confirmari, ut id quod fecimus, secundum donationem nostram firmum permaneat. Notum igitur esse uolumus omnibus, tam presentibus quam futuris; quod prepositus de *gratia dei* GVNTHERVS uidelicet, V. mansos in *Wardenberche*, in proprietatem ecclesie sue, comparauit cum omni iure quod uenditor in eis habuit. Et quia *decima* & alia iusticia nostra, quod in his mansis habuimus, secundum ius nostrum in hac emtione non potuit intercludi: pro anime nostre remedio, *decimam* & omnem iustitiam quam in eisdem mansis habuimus, ecclesie in *gratia dei* integeneraliter * dedimus, ad augmentum quoque huius gratie *montem unum* iuxta Salam & iuxta uillam *Grobene* adiacentem, ad *uineam* plantandam, cum *decima* uinee, in perpetuos usus ipsi ecclesie tradidimus & preterea per legitimam & benignam donationem hanc gratiam ei fecimus: ut perpetualiter *liberum aque transitum* de naui, quam *Cane* in uulgari appellant, utroque littore *Sale*, sine omni inpedimento habeant. Hac itaque ratione omnia hec ad usus illius ecclesie con-

Ecclesiae *gratia dei* tam ad *monachorum* quam *pauperum* sustentationem

de V. mansis.

decimas sibi debitas remittit. Montem quoque *idem* ad *uineam plantandam*, huic ecclesiae donat, liberumque SALAE *transitum* illis fratribus concedit.

ontulimus ac de omnibus his, quolibet an-
no, in *anniuersario* noſtro. XX. *ſolidi* am-
niniſtrentur, ſub hac certa diſpoſitione, ut
XII. ſolidi ad *conſolationem* & refectionem
ratrum ipſa die anniuerſarii proueniant, &
VII. ſolidi ad *elemoſinam pauperum* tribuan-
ur, & de XII. nummis, qui ſuperſunt, *can-*
dela prouideatur, que ad honorem dei &
anctorum ſuorum, coram altari, ad *uigilias*,
uperpoſita *ardeat* usque in ſequentem
diem ad illam horam, quam fuit incenſa.
Et ne quis hanc noſtram donationem & di-
poſitionem irrationabiliter mutet uel infrin-
gat: auctoritate *ſanctorum apoſtolorum* PETRI
& PAVLI & noſtra, ſub *anathemate*, prohi-
bemus & factum noſtrum ſub *imagine ſigilli*
noſtri confirmamus, adhibitis idoneis teſti-
bus, quorum nomina ſunt hec. GVERHAR-
DVS abbas *Nuemburgenſis*; SIFRIDVS abbas de
Monte; OTTO *Magdeburgenſis* maior prepo-
ſitus; LODEWIGVS *Merſeburgenſis* prepoſitus;
FRIDERICVS prepoſitus de *Sulza*; WIDOLDVS
prepoſitus de *Hunoldesburch*; ROKKERVS uice
decanus; BALDERAMMVS ſancte *Maris* * pre-
poſitus; ALBERTVS capellanus; FRIDERICVS
Magdeburgenſis curie notarius; OLRICVS dux
Boemie; ALBERTVS comes filius marchionis
Alberti; CONRADVS comes, frater Magdebur-
genſis archiepiſcopi; ARNOLDVS de *Grobene*;
ADELBERTVS de *Biſenrothe*. HEIDENRICVS ca-
merarius de *Seburg* & frater ſuus ERENFRIDVS
de *Sutterhuſen*; HVGOLDVS ſcultheтus de
Calue; ALRADVS de *Calue* & alii quam plures
clerici & *laici*. Actum anno Incarnationis
domini MCLXVIII. Indictione I. Epact. IX.
Con-

Pro quibus omnibus xx. quotannis *ſolidos* dictae eccleſiae imperat, in *refectionem* fratrum, *eleemoſinas* pauperum & *candelam* impendendos.

Anathemate & *ſigillo*, adpoſitis. TESTES epiſcopi.

* *Matris* forte uel *Mariae*.

Duces.

Comites.

Nobiles.

Scultetus.

Datum *Magdeb.* 1168.

Concurrent. I. Datum *Magdeburch* VII. Idus Iunii.

NVM. XXXVII.

Confirmatio omnium *priuilegiorum* & *donationum* bonorum monaſterio *gratia dei* ab archiepiſcopo WICHMANNO facta; quibus omnibus addit aream quandam in Magdeburg ſuper ripam fluminis Albis ad orientam ſitam; absque dato.

WICHMANNVS archiep. *Magd.*

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego WICHMANNVS, dei gratia, *ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus*, tam preſentibus quam ſuccedentibus in perpetuum. Ex nomine & officio *ſuperintendentis* omnes admonemur huius noſtri ordinis, quatinus prouidere ſtudeamus paſtorali cura quecumque ſiue utilitati, ſiue tranquillitati, ſue eccleſie quisque ſperat profutura. Huius rei intuitu ac diuine gratie inſtinctu, locum a magno & incomparabili uiro, predeceſſore noſtro, archiepiſcopo NORBERTO fundatum, & pro ſanctitate inibi inſtitute regule & ordinis *gratia dei* nuncupatum & multis temporalibus bonis cuiusdam OTTONIS nobilis uiri de *Reueninge*, ampla uidelicet poſſeſſione, & larga hereditate ſua

eccleſiae *gratia dei* tempore NORBERTI archiep. ab OTTONE de *Reueningen* fundatae.

a non minimum ditauit * in quo etiam
lem OTTO habitu, & professione *regularis*
nonicus, pauper cum CHRISTI pauperibus
abitauit. Itaque tam ipsum locum quam
usdem loci inhabitatores pro omnipoten-
s dei ac reuerende memorie, NORBERTI, di-
ctione, fratrum quoque sancta deuotione,
pecialiter diligere amplecti placuit, ac foue-
e, & nonsolum eiusdem loci bona & pos-
ssiones iam adquisitas retinere, sed pro
iribus nostris adhuc possidendis, libenter
c diligenter placuit adaugere. Huius rei
uecumque dona eiusdem loci fratribus seu
prefato pie memorie NORBERTO, seu a ue-
erabili eius successore, & nostro anteces-
ore, CONRADO archiepiscopo, siue in tem-
oralium commoditatum, siue in spiritua-
um rerum qualibet libertate sunt collata,
c *priuilegiis* confirmata, nostri etiam scripti
c *sigilli* auctoritate rursum *confirmamus*, que
ingula idcirco singulariter notamus, ac no-
ninamus, ut presumptuosis & iniuriosis,
ecclesiasticis secularibusue personis, eundem
ocum *inpugnandi* & *inquietandi* omnem
occasionem prorsus tollamus. Sunt autem
ona illius loci hec: curia uidelicet *Cruddorp*
um omnibus ad eam pertinentibus, curia
Reueninge cum omnibus ad eam pertinenti-
us excepto castro, & duobus talentis ad
dem pertinentibus, quod archiepiscopus
CONRADVS retinuit, in *concambium* contra
ocum *gratia dei* superius nominatum ea
uidelicet interpositione: ut nullus archi-
episcopus idem castrum prestet in *beneficium*
nisi ex prepositi & fratrum eiusdem loci
con-

omnes *donationes*,

ac *priuilegia* obtenta, confirmat, ne postea a quoquam *impugnentur*.

Pagorum & uillarum ad monasterium pertinentium *index*. 1) Cruddorp, 2. Reueningen,

consensu & consilio, & predicti loci qualibe[t] utilitate & commodo. Item curia *Rimbik[e]* cum omnibus ad eam pertinentibus, uill[a] que uocatur *Ekkenstide* & uilla que uocatu[r] *Elwerdestorp* cum omnibus ad easdem per[-]tinentibus. Hec omnia erant de possessio[ne] domini OTTONIS, que autem subsequuntu[r], uel a meis antecessoribus uel ab aliis fide[li]bus ad eundem tradita esse noscuntur, uill[a] quedam *Droswize* nomine quam legitimo[-]rum heredum concessione pro quodam be[-]neficio, quod erat cuiusdam RODVLFI quem dicunt de *Vona* quidam nobilis homo LODO[-]WICVS beato MAVRICIO tradidit, & quam do[-]minus NORBERTVS archiepiscopus tam in agris, quam in siluis, siue in *Sala* siue extra *Salam* sitis pascuis, pratis, cultis & incultis fratribus in eodem loco omnimodo dedi[t] possidendam, quam precipimus inposterum a nullo requirendam. Preterea *decem man[-]sos* sitos in uilla, que uocatur *Geluerstid[e]* & ecclesiam cum suis prediis in eadem uilla sitam a domino NORBERTO, ante[-]cessore nostro, eisdem fratribus in *gratia d[ei]* contradita, similiter a nullo deinceps pre[-]cipimus & statuimus auferenda. Addimu[s] his etiam *sex mansos* a quodam illustri uir[o] LVIDERO de *Grobene* predictis donatos fratri[-]bus, & ecclesiam cum *septem mansis* quam ARNOLDVS, eiusdem LVIDERI filius, in memo[-]riam sui, pariterque patris sui defuncti, pre[-]fate ecclesie contradidit. Item uillam qu[e] uocatur *Grosze* quam uenerabili FRIDERICO predecessore nostro & *ecclesia Magdeburgen[si]* presentibus, *marchio* ALBERTVS manumisit, & eis

3) Rinbecke. 4) Ekkenstede, 5) Elwerdestorp, 6) Droswize, 7) x. mansi, 8) VI. mansi. 9) VII. mansi, 10) Villa *Grosze*. *Ecclesia Magdeb.* i. e. capitulum cathedralis ecclesiae.

isdem fratribus, in memoriam sui suorumque possidendam dimisit. *Octo* quoque *mansos* & *dimidium* in uilla & circa uillam que uocatur *Panloue*, quos omnes usque ad unum, quem iidem fratres precio comparauerant, quidam liber homo, *Bezelinus* nomine, secum & cum *Imma*, uxore sua, deo & beato VICTORI in eodem loco optulit, quod factum legitimorum heredum suorum concessione firmare non distulit. Silua quos cum fundo eidem claustro contigua, & molendinum, in uilla nostra *Calue* situm cum eius area, cuius aliqua pars spectabat ad forensium nostrorum iura, sed a FRIDERICO antecessore nostro, eisdem petentibus fratribus sunt contradita, tam molendinum quam eius area fratrum usui semper cedant seruitia & cunctis siue intrantibus siue exeuntibus molendi causa libera eis semper pateat uia. Possessio denique contigua in qua situs locus idem est qui dicitur *dei gratia* a flumine Sala porrecta, preter siluam, aquam, prata, pascua, in decem & octo mansos est extensa. His omnibus de nostra donatione adicimus aream in *metropoli* nostra *Magdeburgensi* super ripam *Albis* fluminis, ad orientem nostri cenaculi sitam, & fratribus prefati loci perpetuo tradimus possidendam, Predicte uero canonice *prepositum* hoc donamus libertatis priuilegio, ut *nullius expeditionis* aut alterius *seruitii* incommoda exactione grauetur. Si uero concilia sanctorum patrum aguntur, *uocatus adueniat*, & debitum honorem & reuerentiam episcopo exhibeat. Statuimus igitur & auctoritate *apostolorum*

11) VIII. & dimidius mansi,

12) sylua & fundus,

13) terra hoc monasterium circumiacens.

14) *area* in *Magdeb.* opido.

Praepositus nulla *expeditione* uel *exactione* molestandus. Nisi ad *concilia* uocetur.

PETRI

PETRI & PAVLI & uenerabilium predecesso-rum nostrorum NORBERTI, CONRADI, FRIDE-RICI, & *nostra* sancimus, ut nulla ecclesiasti-ca, secularisue persona, locum aut fratres uel omnia eis pertinentia inquietare uel molestare audeat, sed ipsi libere & quiete deo seruiant, & tam in *mancipiis* quam in *terris cultis* & *incultis*, *agris*, *uineis*, *pratis*, *pascuis*, *siluis*, *aquis*, *aquarumue discursi-bus*, *piscationibus*, *molendinis*, *mobilibus* & *immobilibus*, uel siquid aliud dici potest, libe-ram habeant facultatem, in proprios usus conuertendi, uel etiam, si uoluerint commu-tandi. Et ut hec nostri scripti pagina firma

Sigillum.

& inconuulsa permaneat, *sigilli* nostri in-pressione eam roborare curauimus. Siquis huius confirmationis & priuilegii transgres-sor extiterit, & eosdem fratres inquietare

Imprecationis formula.

seu bona eorum alienare temptauerit: *cor-poris & sanguinis domini nostri* IESV CHRISTI *se reum esse & anathematisatum* nouerit, qui uero obseruauerit, pio intuitu, *benedictio-nem & peccatorum remissionem* a domino con-sequatur, super hec ob recordationem ani-me mee eidem memorate ecclesie de area

Calue.

noui fori, in uilla *Calue* talentum contuli, unde in anniuersario depositionis mee di-in *refectione* fratrum XII. *solidos* in *elemosi-nam pauperum* VII. *solidos* in luminari conci-nando *solidum unum* perpetim expendi de-creuimus. Huius autem sanctionis hi sunt

TESTES clerici.

idonei testes. GERVNGVS *Misnensis* episco-pus; OTTO summus prepositus de *Magde-burgensi*; ROKKERVS uicedomnus; LODOVI-CVS, ALBERTVS, HARTMODVS, WIDOLD-

pre-

repositus, canonici eiusdem ecclesie; CONRADVS *Hallensis* prepositus; EKKEHARDVS prepositus de *monte sancti* PETRI. Laici. ALBERTVS marchio, filii eius HERMANNVS comes; ALBERTVS comes; BVRCHARDVS castellanus de *Magdeburg*; BERNARDVS de *Wippera*; CONRADVS comes, frater archiepiscopi; BVRCHARDVS de *Valkenstein*; ALBERTVS de *Bisenbach*; *Ministeriales* de *Magdeburg*, GEROTHVS, MEINRICVS, ALEXANDER, RICHARDVS HARDWIGVS. Laici. Circa annum 1168.

NVM. XXXVIII.

Contractus litterae *archiepiscopi Magdeburgensis*, WICHMANNI, inter HENRICVM de *Brebene* & GVNTHERVM *praepositum* in GRATIA DEI super IX. mansis ad hanc ecclesiam pertinentibus; XXXVI. choros & medietatem tritici, & reliquam hordei soluentibus in uilla *Crozene*. De anno MCLXXXV.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. WIGMANNVS, dei gratia, *sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus*. Ad ecclesiarum nostrarum promotionem & utilitatem fauorabili benignitate assurgere, spe incitamur futurorum: quatinus post decursum temporalium, recipi mereamur in tabernacula beatorum. Vniuersis igitur tam WIGMANNVS archiep. *Magd.* 1185.

Henrici de *Brebene* uenditionem mansuum in nexu *feudali* existentium confirmat.

futuris quam presentibus, notum esse uo
mus, quod *Heinricus* de BREBENE noue
mansos, triginta VI. choros, medietate
tritici, & reliquam ordei soluentes, in ul
que dicitur *Crozne*, a nobis in *feudo* ten
quos dilectus fidelis noster, GVNTHERVS, p
positus de GRATIA DEI, datis centum q
draginta marcis iam dicto HEINRICO, eccle
sue contraxit. Nos quod ipsorum contr
tionem gratanter prosequentes, tum ob re
medium anime nostre, tum etiam consid
ratione multimode deuotionis prepos
erga nos, & dilecte nobis ecclesie sue ea
dem bona super altare beate dei genitric
& sancti *Victoris* martyris, legitima tradition
optulimus. Accessit quoque huic conuen
tioni, quod prepositus in curia domus ho
spitum, capellam se constructurum prom
sit, in qua *Henricus* & sui progenitores, *locu*
dormitionis in Christo accipiant, & ipsa bon
in dotis supputationem illi ecclesie attitide
tur, fratribus tantum omnem fructum exind
obuenientem, libere & integraliter perc
pientibus. Diligenti preterea consideration
notandum, quod iam dicto *Heinrico adu*
catiam super ipsa bona concessimus, sub h
distinctione; ut secundum formam aliaru
aduocatiarum eidem ecclesie attinentiu
aduocatus in bonis hiis, nisi a preposito inu
tatus, nichil disponere habeat, & de adqui
sitis ibi, in *iniuriarum diiudicatione* prepo
situs duas partes, *aduocatus unam* accipia
Hanc ergo nostram actionem & constitutio
nem, ratam omnimodis esse uolentes scripto
adnotatam, bulle nostre impressione, insigni
uimus.

Qui Henricus sibi una *sepulturam* in capella stipulatur.

Aduocati quoque munere in his bonis fungitur, tertia ei attributa.

ius, & auctoritate beatorum apostolo-
ı Petri & Pauli & nostra, sub anathema-
ıntermination e, adhibitis idoneis testibus, Testium nomina.
ɔrum nomina sunt hec, ALBERTVS camera-
; SIFRIDVS de Amuorde; HEINRICVS sancti
stiani prepositus; HEINRICVS longus;
RADVS de Hondhorp; RODHOLPHVS de
cho; CONRADVS de Mossiz; HEINRICVS de
sleue; GERO de Luburc; HVGOLDVS de
lue; VOLCMARVS dapifer; HIDEBRANDVS de
ekenften; Actum anno incarnationis do- Actum anno 1185.
ıice, MCLXXXV. Indictione VIII.

NVM. XXXIX.

ɔNATIO molendini prope Calbe onasterio, gratia dei, siue Gottes|gnade ab archiepiscopo WICHMANNO facta, an. MCLXXXVII.

N nomine sancte & indiuidue Trinitatis. WICHMANNVS archiep. Magd. 1187.
WIGMANNVS, dei gratia, sancte Magde-
burgensis ecclesie archiepiscopus, ad ex-
ɔenda misericordie opera, ratione frater-
caritatis, inducimur sperantes: quod ex
s fructus nobis in futuro, accrescat, & ipsi
ericordiam consequamur. Ea propter
tum facimus uniuersis Christi fidelibus,
n futuris quam presentibus, quod nos spe
ercedis eterne, simul & multimoda fide-
nostri, GVNTHERI prepositi, inducti dile-
one molendinum nostrum juxta Calue Molam suam prope CALBE
od largis sumptibus & multi laboris im-
ensa construeramus, religiosis fratribus in ecclesiae gratia dei
atia dei conferentes, super altare deo &

 beate

beate dei genitrice, MARIE, necnon & fancti
donat.
VICTORI, legitima *donatione*, *obtulimus*; in
libere, quod utramque partem litoris cum
omni eo quod intra eſt, huic noſtre obla-
Huius monaſterii monachi ſe obſtringunt, ad alendum pauperem.
tioni adiunximus. Placuit autem preſcriptis
fratribus de *gratia dei*, huic gratuite noſtre
largitioni uiciſſitudine pie deuotionis re-
ſpondere; qui & ultronea promiſſione ſe
nobis obligauerunt: quod *pauperi uni in*
uictu & ueſtitu, futuris temporibus, in per-
petuum, *prouideant*, & cottidie miſſam uo-
tiuam quoad uiuimus, & miſſam defuncto-
rum nobis, poſt mortem, fideliter exſoluant.
Hanc itaque piam ipſorum deuotionem, fa-
uorabili aſſenſu & beneplacito, proſequen-
tes & acceptantes, collationis noſtre feriem,
Sigillum.
ſcripto commendatam, *ſigilli* noſtri impreſ-
ſione, roborauimus & ne quis eam infringat
Formula *imprecationis* adiecta.
uel retractet, auctoritate dei & beatorum
PETRI & PAVLI & noſtra, *ſub anathemate*, pro-
hibemus; adhibitis idoneis teſtibus quorum
Teſtes clerici.
nomina ſunt hec: EVERHARDVS *Merſebur-*
genſis epiſcopus; BALDERAMMVS *Brandebur-*
genſis epiſcopus; HVBERTVS *Hauelbergenſis*
epiſcopus; SIFRIDVS abbas *Herſueldenſis*;
HEIDENRICVS abbas *ſancti Iohannis in monte*;
ROKERVS maior prepoſitus; THEODERICVS
Nuemburgenſis maior prepoſitus; HEINRICVS
ſancti Sebaſtiani prepoſitus; ALBERTVS archi-
diaconus; GERO uicediaconus; LVDOLPHVS
ſancti Wiberti in Nienburg prepoſitus; HEIN-
RICVS *Longus*, OLRICVS prepoſitus *ſancte*
Marie; FRIDERICVS *Seburgenſis* prepoſitus;
BODO decanus *ſancti Nicolai*; EVERMODVS
prepoſitus de *Liezeka*; REINARDVS prepoſitus
ſancti

ncti Mauricii in Nuenburg; HEINRICVS epositus de Hademersleue. Laici uero, RNHARDVS dux Saxonie; BVRCHARDVS rgrauius Magdeburgensis; RODOLFVS de ricbo; GERBERTVS aduocatus Magdeburnsis; HVGOLDVS scultetus de Calue, & alii iam plures clerici & laici. Actum, anno carnationis domini MCLXXXVII. Inctione VI.

Laici.

Actum anno 1187.

NVM. XL.

HEODORICI *marchionis Orientas* confirmatio LX mansorum ntionis super ripam *Alstere* sitom per GVNTHERVM, praeposim in GRATIA DEI, ad hoc monasterium a THEODORICI fratre, FRIDERICO, emptorum, absque dato.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. Ego TEODERICVS, *marchio Orientalis*, notifico omnibus tam futuris, quam presentis & fidelibus: quod GVNTHERVS uenerabilis epositus in *gratia dei* & fratres sui, datis XC. rcis LX. *mansos*, ad *mensuram Flandrim*, super ripam *Alstere* sitos a fratre meo, *nite* FRIDERICO, *in possessionem propriam* nuniuit; quos idem frater meus, presente mino nostro, uenerabili *Magdeburgensi* chiepiscopo, WICHMANNO, in monte *sancti tri* post celebratas exequias comitis CONDI, me coram posito, & ceteris fratribus

THEODERICVS marchio *Misniae orientalis*.

Quorundam *mansorum emtionen* GVNTHERI praep a FRIDERICO comite factam

 nostris

nostris astantibus & uoluntarium assensu
prebentibus prefato preposito GVNTHERO
fratribus suis libere dimisit, & resignauit
in possessionem perpetuam legitimo iu
contradidit, cum omni *decima* & omnimo
utilitate, quam predicti fratres postmodu
in eisdem *mansis* elaborare poterint in agri
cultis & incultis, pascuis, pratis, molendin
piscationibus, aquis, aquarumue decursib
& lignorum deductionibus. Insuper lic
ad compositionem & colligationem lign
rum addidit uero *fratribus commodum
sum fuerit. Hanc itaque legitimam *don
tionem* fratris nostri FRIDERICI, ego ip
fratribus meis annuentibus, *auctoritate i
diciaria*, firmaui legitime & stabiliui. H
quoque nichilominus certissime sciend
est, quod dominus noster uenerabilis *Mag
burgensis archiepiscopus*, WICHMANNVS, *om
decimam* quam sui iuris erat, in eisdem ma
sis, itemque MARTINVS *Misnensis episco
omnem decimam que sui iuris erat, in e
dem mansis, primum quidem deo inspira
te tum & fratre modo FRIDERICO postulan
prefato preposito, GVNTERO, & ecclesie
GRATIA DEI, in possessionem sempitern
libere contulerit, & sub *anathematis co
minatione* firmauerunt. Huius rei test
sumus ideoque presenti pagine sigilli nost
impressionem affigi precepimus. Gesta su
hec adhibitis idoneis testibus, quorum n
mina sunt hec, udo *Ciensis episcopus*; EV
HARDVS *Merseburgensis*; SIFRIDVS *Brandeb
gensis* episcopus; SIFRIDVS *Nuwenburge*
abbas.

cúm omnibus *decimis*

iudiciali auctoritate *firmat.*

Archiep. & *Magdeb.* episcopus *Misnensis* *decimas* sibi debitas ex his agris eidem monasterio *donant.*

Testes.

Circa annum 1184.

NV

NVM. XLI.

LBERTI archiepiſcopi *Magdeurgenſis* litterae *donationem* nius manſi & *uenditionem* altes una cum aduocatia confirmantes, monaſterio *gratia dei* factam. Anno MCCXVII.

ALBERTVS, dei gratia, *ſancte Magdeburgenſis ecclesie archiepiſcopus*. Notum fieri cupimus omnibus preſentibus & futuris, quod acceſſit ad nos uir *illuſtris* BVRCHARDVS *caſtellanus Magdeburgenſis* & etiuit a nobis: ut *duos manſos* in uilla *Sieresdhorp*, quos a nobis tenuit, *pheodali ure*, ad reſignationem ipſius recipere dignaemur, & eccleſie in *gratia dei* conferre, quorum unum gratuito dimittere intenderet eccleſie pro reſtauro quorundam dampnorum, que intulerat; alterum, data pecunia, uidelicet. XXV. Marcis eccleſia compararet. Ad preces igitur caſtellani, & pro ſpeciali intuitu ſalutis noſtre, ad reſignationem ipſius recepimus manſos, & eos dedimus cum *aduocatia* & *omni iure*, omnique ſeruitio, precipue quod *Burcwardum* dicitur, eccleſie memorate. Decreuit & idem *burchrauius* ut de manſo illo gratuito, cum ipſum & uxorem ſuam SOPHYAM migrare contigerit; *anniuerſarii* ipſorum in ipſa eccleſia celebrarentur, & inde in refectorio conuentui ſeruiatur, factum igitur tam ipſius *burchrauii*, quam noſtrum in collatione duorum manſorum

ALBERTVS archiep. *Magdeb.* 1217.

BVRCHARDI, uaſalli *duorum manſium reſignationem* in *fauorem* eccleſiae *gratia dei* factam admittit.

BVRCWARDVM.

Eosdemque dictae eccleſiae, *iure proprietario* concedit; *anniuerſarium* quoque,

sorum istorum, presentis scripti patrocinio, *communimus*, & sub interminatione *anathematis* omnibus futuris ratum & firmum mandamus haberi, adhibitis testibus quorum nomina sunt hec. GERNOTVS abbas in *Nienburg*; MEINHARDVS *Halberstadensis* maior prepositus; LVDOLFVS ecclesie nostre canonicus; OTTO notarius; laici uero LVDHVICVS comes de *Cegenhagen*; ARNOLDVS de *Meindorp*; HEIDHENRICVS de *Dudendhorp*; TIDERICVS de *Grellenberch*; ARNOLDVS de *Handhorp*; & alii plures, sciendum est quod breui tempore antecedente, ad resignati predicti castellani in uilla S. predicta, dedimus nichilominus *mansum* unum ecclesie memorate, ad opus & prouisionem cappelle, in introitu monasterii constitute, in honorem *beati* IOHANNIS *ewangeliste* simulque pro dilectione BERNARDI, prioris loci eiusdem, cuius labore & studio eadem capella constructa est, & a nobis sollempniter dedicata, unde & die ipsius dedicationis, de ipso manso, congregationi in refectorio seruientur, & conuentus ibi ipsa diuinorum officia celebrabit. Resignauit * esse nobis idem prior BERNARDO preposito eiusdem loci presente & consentiente, talis * unum quod habuerat cappella eadem ex donatione nostra in moneta *Magdeburgensi* & loco mansi illius illud concessimus *burchrauio*, cui & prior XIV. marcas adiecit, mansum hunc sicut predictos sub *excommunicatione* ipsius ecclesie confirmamus. Huius rei testes sunt preter predictos, WERNERVS prepositus in *Hunoldesburg*; HERMANNVS *sancti Sebastiani* & IOHANNES *sancti*

confirmat.

Testes huius actus.

Archiepiscopus ipse capellae S. IOHANNIS *mansum* unum *donat*.

Locus corruptus.

Testes.

ncti *Nicolai* canonici; HEINRICVS de *Ga-rsleue*; TIDERICVS de *Grellenberch*; GER-OTVS; OTTO; RODHOLFVS de *Rosburg*, facta t prima donatio apud *gratiam dei*, sedam* *alue*. Anno incarnationis dominice Datum ICCXVII. Pontificatus nostri anno XI. *Calbe* 1217.

NVM. XLII.

RANSACTIO inter coenobium, RATIA DEI atque EBERHARDVM *nilitem* & *socios* super fossione *ouarum* SALINARVM in uilla EL-MENE; ne ultimae *exsiccarent priores salinas*. Quo euentu *nouae salinae*, *censu* conuento *fodiendae*, MCCXXX.

IN nomine *patris* & *filii* & *spiritus sancti*. Cum *prepositus* & *capitulum* ecclesie *sancti* VICTORIS in *gratia dei* de *fonte salinarum* in uilla ELMENE fodiendo, sollicite cogitarent; EVERHARDVS *miles* & NORBERTVS de *Vrose* & *socii* ipsorum TIDERICVS de *Sol-dorp*; HEINRICVS & WICBERTVS fratres GISE-LERVS; CHRISTIANVS; HEINRICVS; BERTOLDVS; TIDERICVS de *Sconebeke*; HEIDENRICVS; GEVE-HARDVS; CONRADVS; HERMANNVS; TIDERICVS *Iudeus*; qui *fontem saline* habent ibidem, loco uicinum, in quo dictus prepositus & capitulum, *fodere* uoluerunt, quam *salinas fontis* ipsorum, ex fossione prepositi & ca-pituli *minui* uel etiam omnino *deperire* me-tuunt *prepositum* & *capitulum*, a suo propo-

Capitulum in *gratia dei* fontibus *salinarum* fodiendis in uilla *Elmene* dant operam; cui *se nobiles* quidam opponunt, cum *sociis salinatoribus*.
Metu ne ipsorum *salinae* ideo perirent.

 sito

Pars utraque controuersiam *arbitris* committit, qui nominantur

in *Vrosa*

TIDERICVS de *Sconebeke* renunciat iuri suo in *aream* quandam, *Helmenau.* *reseruata* pro se parte lucri ex *salinis* aliis,

& in hanc rem *sponsores* dat *militem.*

Tres *solidos*, singulis sabbatis, ille accipit;

sito *auertere* studuerant. Propter quod, cum plures *conuenirent*, & *non proficerent*; tandem ordinationem compositionis *arbitrio* commiserunt *prepositus & capitulum magistrum* ARNOLDVM, *sancti Sebastiani Magdeburgi* & dominum HEIDENRICVM ecclesie in *gratia dei canonicum* eligendo, pars aduersa uero dominum EVERHARDVM *militem*, & NORTBERTVM *prefectum* de *Vrose* elegit, & in *Vrose*, statuerint *arbitris* locum conueniendi, qui ibidem in ecclesia confidentes uarios modos *concordie* hinc inde proposuerunt, *arbitris* uero prepositi, & *capituli* uisum fuit, quod cum arbitris aduerse partis non possent *concordare*; nisi, TIDERICVS *Iudeus* de *Sconebeke*, iuri, quod se in areis ecclesie de *gratia dei* in *Helmene* sitis, habere dicebat, *renunciaret*. Quod arbitri aduerse partis non admiserunt, quam idem TIDERICVS in *partem salinarum* fontis ipsorum, de communi *sociorum* consensu, fuerat admissus; admiserunt tamen quod omni iuri, quod habebat, in *areis* antedicti, *renunciaret*; preterquam, quod in eam *partem* iuris *arearum* dictarum, ad quam ipsi admitterentur, ipse *simul* amitteretur, & quod dictus TIDERICVS ita faceret, & obseruaret, ut dictum est, se dominus EVERHARDVS *miles*, & NORTBERTVS prefectus, arbitris prepositi, & capituli obligauerunt. Vnde factum est iidem arbitri ibidem - - - in eo omnes *concordauerunt*; quod *prepositus* & ecclesia in *gratia dei*, tres *solidos denariorum Magdeburgensis* monete singulis *septimanis*, semper in *sabbato*, de *salinis* dicti fontis absque omni

omni - - - perciperet, iure perpetuo, & de illis *prepositus* & *ecclesia* ad predictos *duos*, EVERHARDVM uidelicet & NORTBERTVM haberet respectum, ita, quod *nuncius prepositi* & ecclesie ad *domos* ipsorum in *Vrose* - - alias requireret illo reciperet: *nisi*, tali ineuitabili necessitate, ipsi de *fonte* forte *nichil perciperent*, quod & domino preposito merito ad aliquot septimanas nichil soluere tenerentur. Si uero ex hiis duobus *unus decederet* alius de predictis *sociis*, quem prepositus eligeret, ad quem ipse & ecclesia haberet respectum, superstiti *sociaretur*, ita tamen quod non alias, quam in uilla *Vrose*, sicuti ab antecessore suo, dicti *solidi* persoluantur, quatuor septimanis in anno exceptis, uidelicet *natiuitatis* domini, *pascha* & *pentecosten*, que septimane *remissionis* appellantur. Preterea *duo chori* salis, singulis annis, in festo *sancti Martini* preposito & ecclesie semper persoluentur, qui nuncio prepositi & ecclesie in uilla *Elmene*, & non alias presentabuntur: pro quibus predicti duo, EVERHARDVS uidelicet & NORBERTVS, supradicto modo, sicuti de solidis dictum est, erunt obligati, si uero *fons*, cuius occasione supradicti solidi, & chori salis soluuntur usque ad sedecim *sartagines exsiccatus* fuerit, nullus *census* preposito persoluetur, nisi dicti *socii* illum, sic soluere elegerint, quia ex tunc, in amplius dicti *fideiussores* preposito non erunt obligati. Si uero dictis *sociis*, in propriis areis, *fodere placuerit*, statim cum *saline*, ad XVI. *sartagines perierint*, incipient *fodere*, ita, qui inter tres menses consumet, & si tam

nisi *ecclesia* plane nihil percipiat ex *fonte*.

In *Vrose* solutio facienda

IV. quotannis septimanae *remittuntur* ecclesiae & duo praeposito *chori salis* offeruntur, censu nomine.

Si *fons* exsiccatus ad XVI. *sartagines* nullus etiam *census*.

Noui fontis salinarum fossio. tam in FONTE NOVO, quia in ueteri numerus XVI. *sartagenarum* exercuerit, statim prepositi *censum* suum fideiussoribus nouis datis, sicuti supra dictum est, usque dum AMBO FONTES ad XVI. *sartagenes* deperierint, persoluent - si autem in *propriis areis* fodere noluerint statim in areis ecclesie incipient *fodere*, ita, quod omnes *impensas* ad *fodiendum* faciant, preterquam *uecturas*, quas prepositus omnis ministrabit, & tunc prepositus de qualibet *sartagine fontis* in areis ecclesie fossi unum *solidum*, singulis septimanis semper in *sabbato* accipiet a fideiussoribus, quos ipse de *sociis* ad soluendum elegerit. Si uero intra menses *tres*, post *exsiccationem fontis* uel fontium in propriis areis uel ecclesie uero *foderint*; *prepositus* in areis *ecclesie* liberam *fodiendi* habebit facultatem, postquam uero in areis ecclesie *fons fossus* fuerit, itaque quilibet *sociorum*, quot *sartagenes* ipsum contingat scit discernere tunc - - sartagines - - liberam habeat facultatem; *ante fossionem* uero quicquid de *areis* ecclesie utilitatis poterit prouenire, ecclesie cedet *medietas* & socii habebunt medietatem; nec *ecclesia* & *socii* supradicto modo suum ius *neglexerint* uel *renunciauerint*, aliquo modo areas illas alienandi habebit libertatem, nec aliquis sociorum *ante fossionem* ius, quod in areis ecclesie uidetur habere, *uendendi* uel *alienandi*, sed tamen *renunciandi sociis* habebit facultatem, nec aliquis *heredum* ipsorum ante fossionem sibi aliquid iuris in predictis *areis* poterit uendicare; post *fossionem* uero quicquid alicui eorum competit: hoc suo

Ambo fontes salinarum.

Si intra trimestre non *foderint*, fodiant alii salinas.

Diuisio redituum ex *salinis*.

Pactum de non *alienando*, sed *refutando*.

ſuo competere debet heredi. Si uero *fons exſiccatus* fuerit & factus inutilis, nec ipſi de cetero *fodere* in *areis* eccleſie uoluerint, tunc aree cum omni iure ad eccleſiam redibunt, preterquam ſi in *edificiis* aliquas expenſas fecerunt, quod illa *auellant* uel ipſorum ad *arbitrium* bonorum uirorum eccleſia ipſis faciat reſtaurationem. Pena uero *reſilientis* ab *arbitrio* eſt *quinquaginta marcarum*, que ſoluentur parti arbitrium obſeruanti. Preterea TIDERICVS *Iudeus* omni iuri, quod in areis habebat & omni *iniurie*, ſibi a *prepoſito* illate, renunciauit, & hec ſeruaturum, ſub pena *quinquaginta marcarum* promiſit; promiſit quoque, ſub eadem pena: quod arbitrium, quod quandoque *decanus Magdeburgenſis* & ſui *coarbitri*, inter *prepoſitum* & eundem THIDERICVM, ſuper *ſalinis* & *areis* fuerant arbitrati, in manus magiſtri ARNOLDI & ſuorum *coarbitrorum* condendum preſentaret, & prepoſitus, in argumentum perpetue concordie, unum *chorum ſiliginis* ante feſtum *beati Iohannis* baptiſte ſibi perſoluit, & unum *chorum tritici* in feſto *ſancti Dioniſii* ſibi perſoluere debebit, & quum arbitri *ſigilla* non habent, conſenſerunt partes *publico ſigillo* eccleſie *ſancti Victoris*, in *gratia dei* arbitrium *ſigillari*. *Tractatum* VROSE, *conſumatum* uero & *publicatum* MAGDEBVRG, in *curia* prepoſiti de *gratia dei* XV. kl. *Iulii* anno domini MCCXXX.

Area *ſterilis* redeat ad eccleſiam.

Poena uiolatae *transactionis*.

L. marcarum

ſententia arbitrorum, *coarbitrorum*.

SIGILLVM eccleſiae, quod eo *caream* arbitri.

Conſumatum VROSAE *publicatum* MAGDEBVRGI, 1230.

NVM.

NVM. XLIII.

BVRCHARDVS *Magdeburgensis burggrauius*, fratribus in *gratia dei* immunitatem concedit a *thelonio* suo in *Ochem*.

Anno MCCXLVII.

BVRCHARDVS burggrauius *Magd.* 1247 *dei gratia.*

BVRCHARDVS, *dei gratia, castellanus Magdeburgensis*, omnibus presentem litteram inspecturis, in IESV saluatore salutem. Cum a creatore nostro corpus, animam accepimus & quicquid temporaliter possidemus: indignum merito uideretur, & ingratitudinis argui deberemus, si ei *negaremus* quedam, qui *omnia dedit* nobis; unde & ea, que debent robur perpetuum optinere & sua stabilitate gaudere, *litterarum indiciis* ad futura tempora placuit deriuari. Notum ergo uolumus esse tam presentibus, quam futuris uniuersis quod nos, ad petitionem domini BVRCHARDI, prepositi in *gratia dei*, a nobis humiliter postulanti, habita eorum specialiter contemplatione, qui ibi domino *famulantur*, sedulum officium exhibentes, in *theloneo* nostro *Ochem*, quod ad nos fuerat ex nostris progenitoribus deriuatum, ecclesie contulimus memorate hanc gratuitam *donationem*, ut omnia, que ipsi ecclesie ad usus proprios poterunt prouenire, *hinc & inde*, transeundi *liberam* habeant *facultatem*, nec aliquibus indebitis *exactionibus* a nostris *procuratoribus* necessaria ecclesie prelibate uolumus perturbari; petitionem predicti prepositi in hoc facto *rationabilem* ad-

Ingratitudo deo aliquid *negare*, omnium largitori.

Fratribus in *gratia dei*

a *thelonio* in *Ochem*

immunitas datur ab eius domino.

lmittentes, quatinus nostri memoria, apud
sam ecclesiam tanto *tenatius & affectuosius*
abeatur; quod ut futuris temporibus fir-
um habeatur & ratum presenti *pagine* as-
ribi & *sigillo* nostro fecimus *consignari*, ne
uis hoc inposterum presumat aut ualeat
tractare. *Acta* sunt hec in *gratia dei* anno
ratie MCCXLVII. Epacta XII. Indictione
. Concurrente I. XV. kalend. Iulii. Huius
ei *testes* sunt dominus BVRCHARDVS, frater
sius *castellani*; HERMANNVS de *Weelheredhe*;
ERNERVS de *Steden*; CONRADVS de *Randowo*;
AMNIO de *Hondhorp*; CONRADVS notarius &
ii quam plures.

Sigillum burggrauii. *Actum in gratia dei, 1247.* *Testes.*

NVM. XLIV.

LBERTVS dux *Saxoniae* donat limidium mansum in uilla *Zept* monasterio in *gratia dei.* Anno MCCLX.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. ALBERTVS, dei gratia, *dux Saxonie, Angarie & Westphalie* in perpetuum. Quecumque ad commodum & profectum ecclesiarum dei, de munire fuerint nostre liberalitatis inpensa, studium nobis est, ut contra uarios prauorum incursus ualido semper nostre firmitatis robore sint munita, ea cupimus esse notum tam presentis temporis quam futuri christianis fidelibus uniuersis, quod proprietatem *dimidii mansi* siti in uilla quod dicitur *Zept*, ab ALBERTO *milite* de *Klote** rationabiliter resignati, ecclesie beati

ALBERTVS dux Saxoniae 1260.

* Forte PLOTE.

beati *Victoris* in *gratia dei*, liberaliter & legitima donatione *donauimus*, cum omni iure, quod ei inesse uidetur proprietatis titulo in perpetuum possidendam. Huius rei testes sunt HEINRICVS de *Kogstede*, BORCHARDVS *Stripanus*, & CVNO de *Catersleuen milites nostri*, dominus HERMANNVS *plebanus* de *Aqua* & alii quam plures. Vt autem hec nostra donacio rata & stabilis in perpetuum perseueret, presentem litteram conscribi iussimus & sigilli nostri munimine roborari. *Datum* & *actum* CLOWORP per manum PAVLI, notarii nostri, anno domini MCCLX. *sexto* kalend. Iulii. Amen.

monasterio gratia dei agrum donat. Testium nomina.

Datum Cloworp. 1260.

NVM. XLV.

Contractus permutationis inter CONRADVM *Magdeburgensem archiepiscopum* & ecclesiam *gratia dei* de pago *Cruendorff* initus. Anno MCCLXVIII.

CONRADVS archiep. Magdeb. 1268.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis, CONRADVS, dei gratia, *sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus*; omnibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Cum natura semper deproperet edere nouas formas, eo quod noua omnia quadam sint pulchritudine decorata & ex hoc ueritas gestorum sepissime uitetur, ne facta nostra, maxime circa ecclesias religiosas ecclesie nostre subiectas, *nouis adinuentionibus* uel *figmentis immutari* contingat inposterum, ea scripture testimonio solidamus. Notum igitur

igitur facimus uniuersis, quod nos pro bonis uille in *Cruchdorp* & fundo castri, & aliis bonis attinentibus dicte uille, quorum *proprietatem* & *usufructum* nobis & ecclesie nostre dilectus in Christo ERNESTVS prepositus & conuentus ecclesie in *gratia dei* perpetualiter *donauerunt*, alia bona ipsis & ecclesie eorum, de consensu *nostri capituli*, *permutationis* nomine, remisimus & *donauimus* &, presentium tenore, *donamus*. Remisimus enim eis & remittimus de *procuratione*, pro qua nobis & predecessoribus nostris, *uiginti octo marcas* dare, annis singulis, consueuerunt, *uinginti quinque marcas* ex hoc & in perpetuum, *tribus* tantum [illegible] remanentibus, quibus nos & suc[illegible]es nostri contenti erimus, eas singulis [illegible] *procurationis*, uel *uisitationis*, uel [illegible]tionis nomine percipiendo semel in [illegible] nec illas uel nos uel successores nostros quocunque casu seu cuiuslibet [illegible]tionis nomine augere uel exaltare lice[illegible] quin immo si qua in sepe dicta ecclesia [illegible]gende fuerint uel uisitanda: hec erunt [illegible]s & successorum nostrorum *expensis* [illegible] facienda. Ad quod NOS & *nostrum* [illegible]*pitulum*, litteris presentibus, obligauit. [illegible]uimus etiam & nunc donamus eisdem [illegible]*cim marcas* in uilla *Drogehuz* ibidem de [illegible]is prouenientibus cum omni iure, uti[illegible] & fructu, & *aream* ad mansos perti[illegible]ntem, & *ius patronatus* ecclesie in *Hondorp*, pro iure patronatus ecclesie in *Cruchdorp* [illegible]ri proprietatem perpetuo possidenda. Verum quia in hac permutatione predictus

a monasterio *gratia dei* uillam *Cruchdorp*, *permutationis* lege, accipit.

Remissis XXV. marcis, procurationis quotannis. III. marcis retentis tantummodo.

Visitationes ab archiep. propriis impensis faciendae.

XIII. marcae censuum monachis conceduntur ius patronatus in *Hondorp*

prepositus & conuentus nostre gratie & a-
bitrio se potissimum subdiderunt, ut nostra
proinde munificentiam sibi sentiant fructuo
ut & eccle- sam *ecclesiam* in *Calue*, quo ad spiritualia
sia in *Calue* temporalia, pleno iure liberaliter donam
eisdem da- eisdem archidiaconi loci eiusdem in omni
tur bus saluo iure, & quia sacertote dicte eccle
sie adhuc uiuente nullum ex ea consequ
in temporalibus possunt fructum: *mansi*
sos in *Brumby* ad nostrum allodium per
nentes, cum omni utilitate & fructu i
concedimus tam diu libere possidendo
donec predicte ecclesie predicti prepositi
& conuentus nacti fuerint possessionem
liberam & quietam, & sue ecclesie fructu
Capituli ca- sam; hiis omnibus nostri *capituli consens*
thedralis accessit, & ad horum euidentiam presen
consensus tem litteram tam *nostri* quam *capituli* sig
utriusque *lorum* munimine duximus roborand
sigillum. *Acta* sunt hec *Magdeburgi* presentibus A
Actum BERTO preposito maiore, THEODERICO deca
Magde- no, WERNERO uice domino, ALBERTO scola
burgi. stico, HINRICO de *Groneburg* cantore, WE
Testes NERO de *Godenburg* cellerario, BVRCHARDO d
clerici *Querenuorde* camerario, WALTERO de *Misn*
laici canonicis ecclesie nostre, *laicis* BVRCHARD
comite de *Mansfeldt*, BVRCHARDO de *Barb*
RICHARDO de *Zcerwist*, LVDEGERO de *Saltw*
anno 1268. *dele*, & aliis quam pluribus fide dignis
anno domini MCCLXVIII. XV. kalen
das Iulii, pontificatus nostri anno se
cundo.

NVM. XLVI.

OLCO dux *Silesiae* & ALBERTVS omes de *Anhalt* donant monaerio in *gratia dei* ius patronatus in ecclesia *Mosecow*, de anno MCCLXXXIII.

POLCO, dei gratia, *dux Slesie*, & ALBERTVS, eadem gratia *comes de Anhald* uniuersis christiani fidelibus presens litteras inspecturis salutem in omnium aluatore. Ea que aguntur, nisi testibus & cripturis firmissime roborentur sepissime olent iniquorum perturbationibus deprauari, & modo consimili ob fragilitatem huiane memorie obliuisci. Eapropter sciant resentes & posteri uniuersi, quod nos ob euerenciam dei & gloriose matris eius, repiciendo etiam quod ecclesia de *gratia dei* danonem quidem ex parte patris alterius ostrum scilicet comitis SIFRIDI, aliqua prorsus dampna receperit, in restaurum suis, *damus* suo *donamus* eidem ecclesie & eisdem canonicis *ius patronatus ecclesie* de *Mosecowe* perpetuo & pacifice possidendum. Ita ut canonici sepedicte ecclesie de eadem ecclesia in *Mosecowe* scilicet, liberam hactenus habeant facultatem disponendi, quod ipsorum utilitatibus uidebitur expedire, ne igitur ulli hominum super donatione nostra inposterum dubium oriatur presentem ipsis litteram conscribi fecimus sigillorum appensionibus roboratam, testes huius donationis nostri sunt, dominus Th. plebanus in *Iezen*, domi-

POLCO Silesiae dux & ALBERTVS comes Anhald. 1283.

Monasterio GRATIA DEI,

Ius patronatus ecclesiae *Mosecowe* sitae concedunt.

Testes huius concessionis.

plebani

dominus complebanus in *Reine*, plebanus de *Dessau* dominus HINRICVS, & alii quam plures fide digni. *Datum* in ROME anno domini MCCLXXX tertio, in die *Bonifacii* martiris gloriosi.

Datum ROMAE 1283.

NVM. XLVII.

ERICVS *Magdeburgensis* ecclesiae archiepiscopus *donat* monasterio in *gratia dei* duos mansos cum dimidio, sitos in uilla *Domelutze*. Anno MCCLXXXIX.

ERICVS archiepisc. *Magdeb.* 1289.

IN nomine domini amen. ERICVS, dei gratia, *sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus*, omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ne ea que geruntur in tempore, simul euanescant cum tempore, poni solent in *linguis testium* & *scripturarum testimonio* perhennari. Inde est, quod notum esse uolumus uniuersis CHRISTI fidelibus, tam presentis temporis quam futuri: quod nos, de *consensu capituli nostri* libero & expresse, honorabilibus uiris & in CHRISTO religiosis, preposito, & conuentui monasterii de *gratia dei* apud *Calue*, *duos mansos* cum *dimidio* sitos in *Slauicali* uilla dicta *Domelutze*, quos quidem mansos honestus *miles* GVNTHERVS de *Wederden* a nobis, & ecclesia nostra tenuerat, & ei faciem uendidit pro *uiginti marcis*, presentibus damus, tradimus & donamus, proprietatis titulo perpetuo possidendos.

Monasterio *gratia dei* duos *mansos* & dimidium a GVNTHERO de *Werder* emtos confirmat.

Re-

enunciantes nichilominus *aduocatie* nec-on omni iuri, que nobis & ecclesie nostre mansis prehabitis competebant. Vt au-hec donatio nostra grata, rata, & in-onuulsa perhenniter perseueret; presen-m paginam inde confectam, nostro no-ique *sigillis* fecimus, communiri. *Testes* ius rei sunt dominus ALBERTVS maior pre-ositus, BVRCHARDVS decanus, HINRICVS de *Vederden* cantor, magister RICHARDVS sco-fticus, BVRCHARDVS de *Blankenbl.* clerici, EYDEKO de *Nigribbe*, HILDEBRANDVS de *uesuelt*, CONRADVS de *Beticz*, CONRADVS *nuk*, *milites* & quam plures alii fide digni, *atum* & *actum Magdeburgi* anno domini MCCLXXXIX. III. Nonas Iunii pontifica-us nostri anno *sexto*.

Aduocatia.

Testes clerici

milites.

Datum & *actum Magdeburgi* 1289.

NVM. XLVIII.

IOHANNIS, ALBERTI & ERICI ducum *Saxoniae* CONFIRMATIO donationis aduocatiae in *Pozsecs* & *molendini*, monasterio *gratia dei* factae.

MCCXCV.

NOs IOHANNES, ALBERTVS & ERICVS, dei gratia *Saxonie*, *Angarie*, *Westfalieque duces* tenore presentium recognoscimus quod donationem factam per ...um nostrum, dilectum dominum du- ...Saxonie ecclesie in *gratia dei* de *aduo-* ...in *Pozsecs* & *Molendini* ante ciuitatem ...*is* ratam habebimus atque gratam. Ne igitur

SAXONIAE duces, monasterio *gratia dei*, donatam *aduocatiam* in *Pozsecs* & *molendinum* confirmant.

igitur alicui dubium oriatur de nostra uoluntate & consensu super preterea donatione patrui nostri dilecti presens scriptum nostro *sigillo* fecimus communiri. Datum *Molne* anno domini MCC. nonagesimo quinto in die beati Seromini presbiteri.

Datum *Molne* 1295.

NVM. XLIX.

ALBERTVS comes de *Anhalt* confirmat *donationem* unius talenti *Kotenensium* denariorum a Benoldo plebano in Kotene & canonico in *gratia dei* eidem ecclesiae in gratia dei factam, anno MCCC.

ALBERTVS comes *Anhaltinus* 1300.

IN nomine patris & filii & spiritus sancti ALBERTVS, dei gratia, *comes* de *Anhalt* omnibus in perpetuum. Quoniam omnium rerum habere memoriam, magis est diuinitatis quam humanitatis: ideo ea qua per nos aguntur conscribi facimus; ut si que oblita fuerint de rebus gestis per scripti memoriam ad reminiscentiam reuocentur. Notum igitur esse uolumus, tam presentibus quam posteris; quod dilectus noster BENOLDVS plebanus in *Kotene* monasterii *sancti* VICTORIS in *gratia dei* canonicus, ab ALBERTO & de suis coeredibus bone memorie quondam WLRADI filiis, *talentum Kotenensium* denariorum, cum proprietate eiusdem, *emptionis titulo*, sibi & suo monasterio ademit: de nostro beneplacito, *consensu* & licencia speciali, hoc adiecto quod predictum

Plebanus de *Köten*, Monasterio *gracia dei*, emtio unius *talenti denariorum Kötenensium* confirmatur.

ctum talentum, de duobus mansis cum dimidio, qui uille *Cerquiz* adiacent, in festo *beati Michaelis*, annis singulis, solui debet. Nos quoque, pro remedio animę nostrę, [illegible]imus & libere dedimus, eterno CHRISTI monasterio, ad usum canonicorum eiusdem monasterii qui ibidem die noctuque deo famulantur & *beatę uirgini*, eternaliter possidendum; spem bonam de eis habentes, quod apud deum, suis orationibus, memores nostri fiant. Vt igitur sepedicti *plebani emtio* ac nostre libertatis, super predicto, *donatio*, firma perpetuis temporibus & inconuulsa permaneat: nos super hoc scriptum nostrum, sepe dicto *plebano*, & suo *monasterio* sepetacto*, dedimus & munimine nostri *sigilli* fecimus communiri, nomina *testium*, qui contractui predictorum & nostre libertatis donationi interfuerunt sunt dominus THEODERICVS plebanus de *Indagine*, dominus C. de - - res pluresque alii intererant fide digni. *Datum & actum*, anno dominice incarnationis MCCC. sabbatho infra octauas pentecostes, per manus IACOBI nostri notarii.

In *preces* fratrum, *deo* famulantium.

Sigillum. *Testes.*

Datum actum 1300.

NVM. L.

BORCHARDI archiepiscopi *Magdeburgensis* de *ponte & nauigio* in CALVE diploma.

MCCCXI.

BORCHARDVS, *dei gratia, sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus*, uniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes

BORCHARDVS archiep. *Magdeburgensis*, 1311.

sentes litere, salutem & sinceram in domino charitatem. Notum facimus per presentes, quod cum *consules* & universitas oppidi in CALVE, a preposito & conuentu ecclesie de *gratia dei* peterent unum *chorum* siliginis ratione *theolonii* ipsis debitum, ut dicebant, propter *transitum pontis* utriusque inter ecclesiam & oppidum predictas positi, dandum *annis singulis* & soluendum: preposito & conuentu in contrarium asserentibus; se ad huiusmodi solutionem *theolonii* aliquatenus non teneri eo, quod *pons* uterque fundatus & constructus esset in loco ad proprietatem & dominum sue ecclesie pertinente. Tandem *placuit* partibus communiter hinc & inde, quod nostre *starent diffinitioni* & ordinationi super premissa controuersia & questione habita inter eos. Nos igitur, auditis hinc inde propositis & habentes pre oculis precipue equitatem, taliter duximus, de *prudentum uirorum* consilio, ordinandum: quod prepositus & conuentus predicti dare & soluere debeant *octo marcas argenti uniuersitati* & *consulibus* memoratis & quod ipse *prepositus* cum *personis*, *animalibus*, *curribus* & aliis omnibus rebus suis ad ipsam ecclesiam spectantibus per *utrumque pontem* & *uias* ipsas contingentes eosdem, liberum deinceps habebunt *transitum*, nulla ab eis prorsus exactione uel solutione theolonii requisita; hoc etiam adiecto, quod si in aliqua sui parte, *pons uterque* uel alter eorum seu uie, per quas est aditus ad eosdem, *refectione* indigeant quandocunque: *consules* & *uniuersitas*, talia suis *expensis* & laboribus facient

CALBENSES *telonium* a fratribus in *gratia dei* poscunt *chorum* siliginis.

in *ponte* fundi ecclesiae.

Arbitrium archiepisc.

ille *consilio prudentum* defert sententiam: monachi *octo argenti marcarum* oppidanis damnati pro *libero* per *pontem* transitu. Ab aliis exactionibus immunes. Etiam a *refectione* pontis.

cient reparari nullam a *preposito* & conuen- contributionem aut *subsidium* ad *refectio*-m & *reparationem* predictas ullatenus ex-endo, tum de pecunia *octo marcarum* iam sis soluta debeant stare omnino contenti, xta *ordinationem*, per nos factam & habi-m inter partes. Insuper si *pontem* unum t *utrumque* per impetum fluminis, aut io modo quocumque destrui contingue-t seu casu alio deperire; ita, quod solum er *nauigium* transitus superesset: tunc con-les & uniuersitas, prefati, personas, *ani-alia*, *currus* & res quascunque alias dicte cclesie, absque omni exactione & solutio-e pretii, facient *transportari*. Quam qui-em ordinationem nostram coram ipsis *par-ibus* publicatam partes ipse concorditer ap-robarunt. In quorum omnium testimo-ium, approbationem & consensum, nos ORCHARDVS, *dei gratia*, *archiepiscopus*, pre-ositus & conuentus, consules & uniuersitas nemorati, presentes litteras, *sigillis* nostris ppensis, fecimus fideliter communiri. *Te-stes* huius sunt honesti uiri GHEVEHARDVS ecclesie sancti *Sebastiani Magdeburgensis* pre-positus, *Richardus* DAPIFER, H. de ALESLEVE & IOHANNES filius eius, HERMANNVS dictus PIPER, *milites*; HEYNEKO, THEYGHELERE, HEN-RICVS RVCK, IOHANNES DOLEATOR & CON-RADVS filius *Marchionis*, ciues predicti op-pidi in *Calue*. *Actum* & *datum Caluis*, anno domini MCCC. undecimo. In dominica Letare.

Ponte quoque de-structo transferendi sunt *na-uigio*.

Sigilla transigentium

TESTES *clerici* *dapifer* milites *filius Mar-chionis*. *Ciues*. *Datum* & *actum*. CALVIS 1311.

NVM. LI.

HENRICVS episcopus *Merseburgensis* sanctae GERTRVDIS ecclesiae, HALAE, XL. dierum *indulgentias* donat. MCCXCV.

HENRICVS *Merseb.ep.* 1295.

HEINRICVS, dei gracia, *Merseburgensis* ecclesie episcopus, uniuersis presens scriptum uisuris, salutem in omnium saluatore. Cupientes CHRISTI fideles ad zelum deuocionis & opera caritatis, *indulgenciis* & *remissionibus*, inuitare, ut exinde reddantur diuine gracie apciores; omnibus uere contritis & confessis, qui ecclesiam *sancte* GERDRVDIS in HALL, *Magdeburgensis diocesis*, in subscriptis festis *natiuitatis domini*; *resurrectionis*; *ascensionis*; *penthecostes*, & in festis *gloriose uirginis* MARIE, *diebus apostolorum*, nec non in die *patroni* ac die *dedicacionis* eiusdem ecclesie, causa deuocionis accesserint oraturi, & qui ad *fabricam*, *luminaria* ac alia *ornamenta* iam dicte ecclesie manus porrexerint caritatis XL. dierum *indulgentias* de iniunctis sibi penitenciis, dummodo *consensus diocesani* ad id *accesserit*, misericorditer relaxamus presentibus perpetuo ualituris. *Datum Merseburg* anno domini MCC. nonagesimo quinto. In die Processi & Martiniani.

Ecclesiam S. GERTRVDIS HALAE certis diebus festis uisitantes, aut ad *fabricam* aliaque *necessaria* eidem quid donantes XL. dierum indulgentiis remuneratur praeuio tamen dioecesani *consensu*. Datum *Merseburgi* 1295.

NVM. LII.

IOHANNES *Hauelbergensis* episcopus ecclesiae S. GERTRVDIS, HALAE, XL. dierum *indulgencias* impertitur. MCCXCV.

IOHANNES, dei gratia, *Hauelbergensis* ecclesie episcopus, omnibus *christiane fidei professoribus* salutem in eo, qui nemi[ne]m uult perire. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal IESV CHRISTI, accepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum. Oportet nos diem extremum bonis operibus peruenire. Cum igitur ecclesie *beate* GERTRVDIS in ciuitate HALL tempore non suppetant ad *structuram* ecclesie facultates; Omnibus [illegible] confessis & contritis, qui [illegible] manus *porrexerint adiutrices* XL. dierum *indulgencias*, de iniuncta sibi penitencia, dummodo *consensus diocesani accesserit*, in domino misericorditer relaxamus; post consummationem uero operis *minime ualituras*. Datum *Hall* anno domini MCCXCV. secund. Idus Octobr.

IOHANNES ep. *Hauelbergensis* 1295.

Ecclesiae S. GERTRVDIS HALAE ut aedificetur dat XL. dierum indulgentias post *extructionem tamen desituras*. Datum *Halae* 1295.

NVM. LIII.

HENRICVS VI. *imperator*, quoniam [illegible] adiuuerit in *electione* ad imperium archiepiscopo MAGDEBVRGICA praedia plura donat, olim ab *Henrico leone* possessa, quae enumerantur. *Gelnhausae* MCXCIII.

IN *nomine sancte & indiuidue Trinitatis.* HEINRICVS SEXTVS *diuina fauente clementia Romanorum imperator & semper Augustus. Ad eterni regni meritum & temporalis*

HENRICVS VI. imperator an. 1193.

ralis imperii incrementum apud REGEM REGVM *nobis proficere non ambigimus, si ecclesias dei & earum personas imperiali clementia multis ditemus honoribus, eisque in terrarum & dignitatum collatione liberalem munificentie nostre manum porrigamus. Qua propter notum facimus uniuersis* IMPERII *nostri* FIDELIBVS *presentibus & futuris, quod nos attendentes preclara seruitia que dilectus ac fidelis noster princeps* WIGMANNVS, *Magdeburgensis archiepiscopus, felicis memorie serenissimo patri nostro,* FRIDERICO, *quondam Romanorum* IMPERATORI *Augusto & nobis ad* EXALTATIONEM *imperii magnifice, & fideliter exhibuit, ad petitionem ipsius ecclesie Magdeburgensis auctoritate damus castrum* HALDESLEVE, *curtem* LVTERE *&* ALBANAM *eiusdem loci cum* BVRGWARDIS MINISTERIALIBVS, *cunctisque mancipiis cuiuslibet conditionis & uniuersis pertinentiis suis. Preterea damus ipsi omnem proprietatem* HEINRICI *quondam* DVCIS *de* BRVNSWIG, *que sita est inter* LVTERE *& Magdeburg & syluam* TREMELINGEN, *&* PALVDEM MAGNAM, *quæ ab* HORNEBVRG *usque ad* BODAM, *& a* BODA *usque ad* SALAM *& inde ad* ALBIAM *descendit. Similiter ipsi Magdeburgensi ecclesie contulimus omnes* AREAS, *quas idem Heinricus in* GEHELEDE *habuit, & quantumcunque patrimonii habuit, quod uulgari nomine* MARCHE *in* GEHELEDE, *nuncupatur; Insuper quantumcunque idem Heinricus in castro* STOFEBVRG *nomine patrimonii se asseruit habuisse; hec igitur sicut prescripta sunt, predicte* MAGDEBVRGENSI *ecclesie cum omni iure, utilitatibus & dominio presenti* PAGINA DIVALI *in perpetuum confirmamus*

Cogitatione *meritorum*

in patrem FRIDERICVM imperatorem, suam electionem archiepiscopo Magdeburgico dat *Haldesleue, Lutere,* cum *Burgwardis ministerialibus.* Tremlingen Marcha Gehelede,

Stofenberg,

us, statuentes & imperiali auctoritate san-
entes, ut nulla omnino persona alta uel hu-
ilis, ecclesiastica uel secularis eandem Mag-
eburgensem ecclesiam in predictis omnibus ali-
uo modo molestare audeat, seu perturbare.
Quod qui facere presumpserit, CENTVM LIBRAS
VRI PVRISSIMI pro pena componat, quarum
edietatem CAMERE nostre, reliquam uero PAS-
IS INIVRIAM persolui uolumus. Ad cuius rei
ertam in perpetuum euidentiam, presentem
aginam inde conscribi iussimus, & maiestatis
ostre sigillo insigniri. Huius rei testes sunt, Testes clerici.
Heinricus PRAGENSIS episcopus, Theodoricus
MISNENSIS episcopus, Odocarus dux BOHEMO Laici dux Boemiae.
RVM, Albertus Marchio MISNENSIS, & frater
eius Theodoricus de WIZENVES, Sifridus comes
de ORLAMVNDE, Rupertus de DVME, Albertus
de DROIETZ, Cuno de MÜNTZENBVRG, Mar-
quardus Dapifer de - - Heinricus de WYDA
& alii quam plures. Signum domini HEIN-
RICI sexti Romanorum IMPERATORIS inuictissi-
mi. ACTA sunt hec anno dominice incarnatio- Actum
nis MCXCIII Ind. X. regnante domino Hein- 1193.
rico Romanorum imperatore gloriosissimo.
Anno regni eius XXIII imperii II. Datum Datum
apud GEILENHVSEN per manum - . Impe- Gelnhausen.
rialis aule protonotarii. Kl. Iunii uacante
cancellaria.

NVM. LIV.

HENRICVS VI. *imperator* ecclesiae MAGDEBVRGICAE confirmat priuilegia OTTONVM aliorumque impe-

pe-

peratorum, cum omni iurisdicti-
one, a *Burggrauio*, quem ipse ele-
gerit archiepiscopus, exercen-
da. *Witteberg* MCXCVI.

HENRICVS VI. imperator 1196.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis
HEINRICVS VI. *diuina fauente clementia*
Romanorum IMPERATOR *semper augustus*
& rex Sicilie antecessorum nostrorum IMPE-
RATORVM *seu* REGVM *sequentes vestigia, iis que*
per ipsos circa ecclesias dei pia largitione gesta
sunt, nostri, - - - robur tanto promiori ani-
mo, quanto diligentiori studio consueuimus ad
illarum statum bonum & processum honestum
constanter intendere. Qua sane consideratio-

Confirmat priuilegia OTTONVM,

ne inducti PRIVILEGIIS OTTONIS PRIMI, SECVNDI
& TERTII, & aliorum imperatorum ac regum
quam plurium super constructione MAGDEBVR-
GENSIS *ecclesie, ac confirmatione prediorum &*
bonorum illorum, que ab ipsis antecessoribus
nostris uel ab aliis quibuslibet Christi fidelibus
ei collata sunt - - - ad preces dilecti nostri

data ecclesiae Magdeburgensi.

LVDOLPHI, *Magdeburgensis archiepiscopi, ean-*
dem ecclesiam cum uniuersis pertinentiis suis,
tam iis, que usque ad hec tempora POSSEDIT,
quam iis, que inposterum annuente domino,

Cum imperiali protectione.

poterit ADIPISCI, *sub* IMPERIALEM PROTECTIO-
NEM *recipimus, ac presentis scripti confirma-*
mus patrocinio statuentes & imperiali preci-
pientes edicto; ut sicut in ipsis priuilegiis ante-

Augustorum regum.

cessorum nostrorum diuorum AVGVSTORVM *ac*
regum Romanorum continebatur, DVX, COMES
uel IVDEX, *uel alia quecunque persona humi-*
lis uel alta aliquam deinceps in bonis ipsius
ecclesie

...sse a quocunque collatis, seu imposterum ...ferendis, POTESTATEM habeat ipsum archi...scopum & suos successores quocunque modo ...ENDI, aut homines ecclesie petitionibus ...t aliis prorsus EXACTIONIBVS, infestare sed ...clesie ADVOCATVS AB ARCHIEPISCOPO LEGITI... INSTITVTVS, quod sui iuris est, sine diffi...ltate seu grauamine exequatur. Sancimus ...tur, ut nullus omnimodis posterum hanc no...e confirmationis paginam presumat uel au...at aliquatenus infringere. Quod si quis ...ntauerit, CENTVM LIBRAS auri pro poena ...mponat, dimidium camere nostre & reli...um passo iniuriam. Ad cuius certam in ...rperaum euidentiam, presentem paginam ...aiestatis nostre sigillo iussimus communiri. ...iius rei testes sunt Hertwicus BREMENSIS ...rchiepiscopus, Otto BAMBERGENSIS episcopus, ...udolphus VERDENSIS episcopus, Bertrammus ...ETTENSIS episcopus, Bertholdus LICENSIS epi...copus, Helembertus HAVELBERGENSIS episco...us, Heinricus abbas FVLDENSIS. Heinricus ...omes PALATINVS Rheni, Ludewicus DVX BA...ARIE, Bernardus DVX SAXONIE, Bertoldus ...e ZERINGEN, Hermannus Landgrauius THV...INGIE, Bertoldus DVX MERANIE, Otto marchio ...e BRANDENBVRG, Conradus marchio de LAN...ESBERG, Gebehardus burggrauius MAGDE...VRGENSIS, Rupertus de DVRIME, Gardolphus ...e HADMERISLEVE, & alii quam plures, Signum ...omini Heinrici Sexti Romanorum impera...oris inuictissimi, & regis Sicilie potentissimi, ...go Conradus imperialis aule CANCELLARIVS ...ildeshemiensis ecclesie electus, uice Con...adi MOGVNTINE sedis archiepiscopi & totius Ger-

Iudicia ponen aduocatum ab archiepiscopo institutum, non ab imperio.

TESTES 1) clerici

2) Laici duces,

marchiones,

comites,

SIGNVM imperatoris.

Actum 1196. *Germanice* ARCHICANCELLARII *recognoui. A[...] sunt hec anno dominice incarnat. MCXC[...] Ind, XIV. regnante domino* HEINRICO *se[...] Romanorum* IMPERATORE *gloriosissimo & re[...] Sicilie uictoriosissimo, anno regni eius XX[...]*

Datum. *imperii uero V. & regni Sicilie II. Dat. ap[...]* WIRTEBERG *V. id. Aprilis.*

NVM. LV.

HENRICVS VI. imperator confi[...]mat donationem *Magdeburg[...]cae* ecclesiae factam a *Branden[...]burgico* marchione & fratre eius, *comite* tantum. *Geln-hausen* MCXCVI.

HENRICVS VI. imperator 1196. IN *nomine sancte & indiuidue Trinitat[...]* HENRICVS *sextus diuina fauente cleme[...]tia Romanorum* IMPERATOR *semper A[...]gustus & rex Sicilie - - - que a nostra ma[...]*IESTATE *postulantur, eo fauorem nostrum libentius impertimus, quo per ea, & ma[...] utilitatibus ecclesiarum accedit commodita[...] & legitimis nihil deperit institutis. Inde e[...] quod presentium & futurorum uotitie tra[...]mittimus, quod cum essemus in ciuitate no[...]*

In ciuitate Gelnhausen, *solempni* GEILENHVSIN, *fideles nostri* NOBILE[...] *uiri.* OTTO *uidelicet* MARCHIO BRANDENBVR[...]

OTTO Brandeb. frater eius comes, GENSIS, *& frater eius* ALBERTVS *in nostre cel[...]situdinis presentia, ubi* COPIOSVS PRINCIPV[...] *atque* FIDELIVM *imperii aderat numerus, ma[...]nifeste sunt confessi; quod uterque illoru[...]*

heredium Mockern *altero petente & conpromittente, hereditate[...] suam* MOKERINE *cum omnibus suis pertinenti[...]*

& SCOLENE, *cum* TENVMENTIS *suis, nemoribus, pratis, pascuis, molendinis, cultis & incultis, aquis aquarumue decursibus, ecclesie Magdeburgensi contradidit, & ambo petierunt donationem suam* DVCALI *pagine nostre patrocinio corroborari. Statuimus ergo, & imperiali edicto, firmiter sancimus, ut nulla omnino persona, alta uel humilis; ecclesiastica seu secularis contra hanc nostre confirmationis* DVCALEM PAGINAM *uenire audeat, aut ei ausu temerario contraire. Quod si quis facere attemptauerit, in ultionem transgressionis* CENTVM LIBRAS *auri componat, medietatem camere nostre inferendam, partem residuam iniuriam passis persoluat. Vt autem hec nostra confirmatio rata permaneat & inconuulsa, presentem inde paginam conscribi, & sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Huius rei testes sunt, Conradus* MOGVNTINVS *archiepiscopus, Ludolphus* MAGDEBVRGENSIS *archiepiscopus, Rudolphus* VERDENSIS *episcopus, Bernardus dux* SAXONIE, *Henricus landgrauius* THVRINGIE, *Otto marchio* BRANDENBVRGENSIS, *Adolphus comes de* LEMBVRG, GERHARDVS *burggrauius* MAGDEBVRGENSIS, *Poppo comes de* WERTHEM, *Albertus comes de* SPANHEM, *Robertus de* DVRNA, *Hartmannus de* BOLINGEN, *Arnoldus de* HORNBECK, *Heinricus marschalkus* KALINDIN, *Heinricus pincerna de* LVTRA, *& alii quam plures. Signum domini* HEINRICI VI. *Romanorum* IMPERATORIS *inuictissimi, & regis Sicilie. Ego* CONRADVS *imperialis aule cancellarius uice domini* CONRADI *Moguntiensis archiepiscopi, totius* GERMANIE *archicancellarii recognoui.* ACTA *sunt hec anno domini* MC-

& Scholém Magdeburgensi donant, confirmat ducali pagina. TESTES clerici. Duces BERNH. Sax marchiones, comites. SIGNVM imperatoris. Acta 1196.

MCXCVI. regnante domino HEINRICO VI. *Ro-manorum imperatore gloriosissimo & rege Si-cilie. Anno regni eiusdem uicesimo sexto im-perii uero quinto. Datum Gailinhusen, quin-to kl. Nouembris.*

Datum Gelnhausen.

NVM. LVI.

OTTO II. marchio *Brandeburgi-cus S. Mauritio* in *feudum* offert pro peccatorum remissione, plu-ra in DVCATV suo *transalbino* seu *Brandeburgensi* marchia, ritu isti aeuo solenni an. MCXCVI.

OTTO II. marchio Brandenburgensis, an. 1196.

IN *nomine sancte & indiuidue Trinitatis* OTTO *diuina fauente clementia* SECVNDVS MARCHIO *de* BRANDENBVRCH, *licet ad e-rum omnium firmitatem, que in nostra pre-sentia rationabiliter statuuntur, quantum pos-sumus intendere teneamur, ad id tamen, ut facta propria firmamento stabili roboremus, potiori debito prouocamur. Ea propter tam uniuersitati presentium, quam & futuris in posterum declaramus & notum facimus, quod nos & ingenuus comes,* ALBERTVS, *frater noster, octauo kalendas Decembris in maiori ecclesia Magdeburch constituti, ad reconciliandam no-bis* NOSTRI *clementiam* REDEMPTORIS, *pro* ANI-MARVM *nostrarum & proprie salutis profectu, ut orationum, que ibidem iugiter fiunt, parti-cipes redderemur, predia nostra quecunque in* DVCATV TRANSALBINO *seu* MARCHIA NOSTRA *&*

cum fratris comitis consensu

in DVCATV transalbino

comitatibus Theodorici illustris de GROWIZK, nobilis uiri Ottonis de FALCKENSTEIN comi
m, nec non & in omnibus COMITATIBVS ad archiam nostram PERTINENTIBVS habuimus
a, tam INFEVDATA, quam LIBERA, glorioso artyri sancto MAVRITIO & ecclesie MAGDE-
RGENSI in ius & PROPRIETATEM cum omni enitudine iuris tradidimus prediorum ipsorum
iam plurima, uocabulis PROPRIIS, exprimen-
s. Hec autem traditio primum per nos, ex nsensu & compromisso ac uoluntate predicti
ATRIS nostri, & postmodum per ipsum de no-
o consensu & compromisso super maius AL-
ARE fuit legitime celebrata, & ibidem a uene-
bilibus Friderico tit. sancti Marcelli presby-
ro CARDINALI, apostolice sedis legato, & Lui-
lffo MAGDEBVRGENSI archiepiscopo ex utrius-
ie nostrum petitione & desiderio per distri-
ionem ANATHEMATIS confirmata. Premissi-
us nihilominus tam NOS, quam & FRATER
OSTER, data fide, quod & iuramento corpora-
ter prestito confirmauimus eandem traditio-
em ratam firmiter tenere & in iurisdi-
ione fori secularis secundum iuris ordinem
abilire, & de ipsis prediis Magdeburgensem
clesiam bona fide, sine fraudis ingenio, ad iusti-
am WARENTHARE. Presentes erant Rocke-
s maior PREPOSITVS, Heinricus DECANVS Al-
rtus CAMERARIVS. Sifridus de AMFORDE,
omarus ARCHIDIACONVS, Heinricus Angaren-
PREPOSITVS, Haremannus SCHOLASTICVS,
plures ex CANONICIS. Ex NOBILIBVS uero
altherus de ARNESTEIN, Fridericus de HAKE-
RNE, Ludolphus Halbirstadensis ADVOCATVS,
geloffus de SCRAPPELOW, Theodericus &

seu MARCHIA Brandenburgensi,

tam infeudata, quam libera S. Mauritio in proprietatem donat.

Singulari ritu

Super altare iurato.

TESTES
1) clerici,

2) laici nobiles.

 Wern-

Wernherus de AMFORDE, aliique tam NOB
3) ministeriales. quam LIBERI. Ex MINISTERIALIBVS uero
ecclesie MAGDEBVRGENSIS, quam nostris Io
nes de PLOTE, Richardus de ALSLEVE, Hei
ricus & Conradus de BVRCH, Theodoricu
PARCHEM, Aluericus de GRABOW, Wern
de GARDELEGE, Heinricus DAPIFER, ali
quam plurimi. Sane die postera uidelicet
kal. mensis prefati tam archiepiscopus, q
in ducatu transalbino, dux loci eorum constituit iudicem. nos & frater noster cum multis aliis in D
TV TRANSALBINO ad BANCOS fuimus const
ubi DVX loci, archiepiscopus uidelicet MA
BVRGENSIS, nobilem uirum Waltherum de
NESTEN, sua auctoritate & sententia, fecit
CIO presidere. In facie itaque IVDICII eius
ad firmamentum traditionis prioris Magde
Moekeren, Stienboie Burgwardum Cheerewist. go facte castrum MOKERINE, STEINBOIE & q
habuimus tam in BVRGO, quam in BV
WARDO CLEREWIST cum uniuersis predictor
omnium pertinentiis, nec non & omnia
dia, que in ipso DVCATV habuimus sita,
In DVCATV sita. VACANTIA, quam & INFEVDATA nos prim
& postmodum FRATER noster uterque de a
rius pleno & legitimo consensu ac compro
so sepe dicte MAGDEBVRGENSI ecclesie & ue
rabili eius archiepiscopo, LVDOLFFO, super
liquias inuictissimi martyris MAVRICII, c
omni iure tam in uillis, quam & in agris,
scuis, pratis, syluis & aquis ac decursibus
rundem tradidimus, prefatam de his eccles
WARENTHANTES. Huius autem traditionis
bonorum memorate ecclesie pax fuit ex utri
que nostram petitione & uoluntate firma
Nos uero & frater noster possessionem
dominium prescriptorum bonorum eccles
arch

chiepiscopo prenotatis corporaliter per nos per nuntios nostros sufficienter curauimus signare, in his omnibus secundum terre ritum & iuris ordinem predicante semper sententia incedentes. Huius rei testes sunt; Waltherus de ARNESTEN, Fridericus de HAKEBORNE, Ludolffus aduocatus de HALBIRSTAD, Iohannes & Albertus de SVANEBEKE, Richardus de ALESLEVE, Iohannes de PLOTE, Conradus & Heinricus de BVRCH, Theodoricus de PARHEM, Gerbertus aduocatus, Heinricus dapifer, Wasmodus de HEKELINGE, bedellus prouincie aliique quam plures. Ceterum ut predicti negotii consummatio impleretur marchiam nostram intrauimus, in qua tam archiepiscopo, quam nobis & fratre nostro cum multis marchie hominibus & aliis quarto kalendas sepedicti mensis iuxta GARDELEGE constitutis fideli nostro HENRICO comite de DANNENBERG, cuius idem comitatus erat, per sententiam, auctoritatem dedimus, uice nostra GARDELEGE & SALTWEDELE, tam castra, quam oppida cum omnibus pertinentiis utrorumque medietatem BVRGWARDI, CALVE cum suis attinentiis, & predia, que habuimus, in his ARNEBERG, OSTERBERG & TANGERMINDE BVRGWARDIS. Item prepositurам & ciuitatem STENDALE cum his oppidis SEHVSEN, BAMBISSEN, WERBENE, cum omnibus pertinentiis singulorum. Item nouam ciuitatem BRANDENBVRGENSEM & has terras, ZVCHE & SCHOLENE, cum uniuersis attinentiis earum. Item HVNVLDESBVRCH, locum castri HILDAGESBVRG, uillam ELVEBVRG, & quod habuimus CALLENVORDE cum ipsorum pertinentiis uniuersis.

TESTES laici.

Bedellus prouinciae.

C. de Dannenberg.

Gardelege, Saltwedel,

Burgwardia.

Hec inquam predia & uniuersa quecunq
in marchia nostra, *uel in comitatu nobilis u*
In comitatu de Falckenstein. OTTONIS *comitis de* FALCKENSTEIN, *nec non*
uniuersis comitatibus *ad* prefatam marchia
nostram pertinentibus, *sita, ad instar collati*
nis prescripte nos primum, & post modu
frater noster & mutui & legitimi consensu
compromissi plenitudine Magdeburgensi eccle
sie & memorato ipsius archiepiscopo, *sup*
sanctissimi martyris *reliquias, cum omni iur*
tam in castris, *quam &* ciuitatibus, oppidi
burgis, uillis & agris, pascuis, pratis, sylu
& aquis & *decursibus ipsarum, in ius & pro*
prietatem *tradidimus, ecclesiam Magdebur*
gensem de his legitime WARENTHANTES, *ibiq*
nostris precibus & consensu ipsi ecclesie PA
fuit firmata. Nos quoque bonorum ipsoru
possessionem & dominium *corporaliter & pe*
per internuncios. nuntios nostros *archiepiscopo sufficienter cu*
rauimus assignare. *Hec & quecunque pre*
diximus secundum ritum & ius Marchie *pr*
eunte semper sententia *legitime prosequentes*
TESTES laici. *Huius facti testes sunt, Heinricus comes de*
DANNEBERG, *Egelolffus de* SCRAPELO, *Fridericus*
de OSTERWALVE, *Fridericus aduocatus de* SALT
WEDELE, *Fridericus de* HVCKEBVRNE, *Ludolffus*
aduocatus de HVLBIRSTVT, *Theodoricus &*
Wernherus de AMFORDE, *Arnoldus de* MEIEN-
DORPT, *Ludolffus & Regnardus de* EILESLEVE,
Ludolfus de SCHANECEKE, *Sifridus de* PISE-
KENDORP, *Iohannes de* PLOTE, *Richardus,*
Heinricus & Gumpertus de ALESLEVE, *Theodo-*
ricus de PARCHEM, *Rudolphus de* IERICHOWE,
Wernherus de GARDELEGE, *Heinricus* DAPIFER,
Gerardus & Bodo de SALTWEDELE, *Otto de*
HEN-

ENNEBERG & *frater eius, aliique* nobiles, beri *ac* ministeriales, & homines Marchie uam *plurimi. Vt autem prefate traditiones* norum *que diximus per nos & fratrem no*rum *facte* rate *permaneant, nec in posterum* aligna *cuiusquam attemptatione ualeant* firmari, *presentem paginam super his con*ribi, & sigilli *nostri impressione fecimus* ommuniri. Acta *in supra scriptis locis, an*o *dominice incarnationis millesimo centesimo* onagesimo *sexto, indictione quarta decima,* residente *sedi apostolice* COELESTINO papa ertio, *regnante gloriosissimo Romanorum im*eratore *semper Augusto & Rege Sicilie* HEIN-ICO sexto, *in nomine domini amen.*

Sigillum *marchionis.*

Actum 1196.

Praesidente *papa.*

Regnante *imperatore.*

NVM. LVII.

FORMVLA IVRISIVRANDI, super *reliquiis St. Mauritii.*

EGo OTTO Brandenburgensis marchio, *data fide, promitto, & iuramento confirmo, quod donationem prediorum me*orum, *que ecclesie Magdeburgensi tradidi, ratam tenebo, & in omni iurisdictione & foro seculari, ubi necesse fuerit, eandem donationem secundum quod ius fuerit, stabiliam & legitime confirmabo, & de ipsis bonis ecclesiam Magdeburgensem contra omnes, qui eam super his impetiuerint, secundum iustitiam Warenthabo, bona fide, sine fraude, pro iure ecclesie staturus, sic me deus adiuuet & sancti eius.*

Formula *iurisiurandi* super reliquiis St. *Mauritii.*

Ego ALBERTVS *comes, data fide, promitto & iuramento confirmo, quod donationem predio*rum,

rum, & fratris mei, que ecclesie Magdeburgensi tradidimus, ratam tenebo &c.

NVM. LVIII.

HENRICVS VI. imperator confirmat *oblationem* feudi S. *Mauritio* factam in DVCATV TRANSALBINO seu *marchia Brandenburgensi*, an. MCXCVII.

HENRICVS VI. imperator an. 1197. Confirmat

I*N nomine sancte & indiuidue Trinitatis.* HEINRICVS *diuina fauente clementia Romanorum imperator semper Augustus & rex Sicilie. Votis que ad nostre* maiestatis *audientiam porrecta fuerint, eo libentius imperialis* magnificentie *impertimur honorem, quo in sanctarum ecclesiarum utilitatibus adicitur; nec tamen rationi seu iuris ordini aliquatenus obuiatur. Ea propter uniuersitati presentium & futurorum notitie declaramus, quod dilecti nostri* uiri nobiles, OTTO, Brandenburgensis, marchio & comes, ALBERTVS *frater eius, ad profectum salutis animarum suarum predia sua, quecunque in* ducatu TRANSALBINO seu marchia Brandenburgensi *& in omnibus* comitatibus *ad ipsam* marcham *pertinentibus, nec non & in* comitatibus *Theodorici illustris de* Somerschenburg *& nobilis uiri Ottonis de* Falckenstein, *comitum habuerunt; uterque de alterius compromisso & consensu mutuo sanctissimo martyri* MAVRITIO *& Magdeburgensi ecclesie, & uenerabili* LVDOLFO, *eius archiepiscopo, contulerunt, sicut litere ipsorum ad nostram presentiam dire-*

OTTONIS marchionis & fratris *comitis donationem* in DVCATV *Transalbino* seu *marchia Brandeburgica,*

factam St. *Mauritio.*

directe manifestius expresserunt. Iurauerunt etiam fratres predicti: bonorum eorundem traditionem per ipsos factam ratam tenere, & Magdeburgensem ecclesiam de his bona fide sine dolo ad iustitiam Warenthare. Petiuerunt quoque iidem fratres *a nostra celsitudine bona eadem Magdeburgensi ecclesie, maiestatis nostre priuilegio, confirmari. Nos igitur predictorum* marchionis & fratris *eius traditionem diualis pagine nostre munimine roborantes, bona eadem* Gardelege *scilicet &* Saltwedel *tam castra, quam oppida cum omnibus pertinentiis & iure utrorumque, ciuitatem* Stendaln & prepositturam *cum suis attinentiis, & hec oppida* Sehusen, Bambissem, Wirbem, *cum omnibus pertinentiis & iure singulorum. Item medietatem burchwardi,* Calue *cum suis attinentiis, & predia, quecunque in antiquo seu nouo prato iidem fratres habuerunt, seu in his* Arneburg, Osterburg & Tangermunde burchwardis: *item nouam ciuitatem* Brandenburg *& terram adiacentem, que* suche *uocatur cum omnibus eius territoriis. Item* Stichboie *& quandam partem* Therebist *cum pertinenciis utriusque. Item* Hunoldesburg, Hildagesburg, Cheburg *cum pertinentiis ipsorum. Hec expressa predia & alia quecunque iidem fratres* Magdeburgensi *ecclesie & Ludolpho uenerabili eius archiepiscopo suisque* successoribus, *auctoritate nostra & presentis priuilegii patrocinio, in perpetuum* confirmauimus, *saluo per omnia iure imperiali. Statuimus igitur & pragmatico sancimus edicto, ut nulla omnino uel humilis uel alta, secularis uel ecclesiastica persona contra hanc maiestatis*

Requisitus.

Loca enumerata.

Sigillatim in *marchia* seu ducatu *Brandenburgico.*

nostre concessionem & confirmationem uenire presumat, uel eam attentet aliquatenus perturbare. Quod si quis facere presumpserit, in ultionem temeritatis sue, centum libras auri puri pro pena componat, dimidium camere nostre, & reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certam imposterum euidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus, & maiestatis nostre sigillo aureo communiri. Huius rei testes sunt Stephanus PATHENSIS *episcopus, Theodoricus* TRAIECTENSIS *ecclesie prepositus, Gerhardus rector* SALIBITANE *ecclesie, Albertus protonotarius, Conradus maior in* MOGVNTIA *prepositus, Theodoricus prepositus de* KERPENE, *Fridericus dux* AVSTRIE, *Ludouicus dux* BAVARIE, *Conradus dux* SPOLETI, *Otto comes de* HENNEBERG, *Henricus illustris dominus* AVSTRIE, *Marquardus* SENESCALCVS *marchio Ancone, dux* RAVENNE, *Arnoldus de* HOREMBERG, *Henricus* PINCERNA *de* LVTRA *& alii quam plures. Signum domini* HENRICI VI. *Romanorum imperatoris inuictissimi & regis Sicilie. Ego Conradus* HILDESHEIMENSIS *episcopus imperialis aule cancellarius una cum domino Gualdo Troiano & regni* Sicilie cancellario *recognoui.* Acta *sunt hec anno dominice incarnationis MCXCVII. Indictione XV. regnante domino* HEINRICO VI. *Romanorum imperatore gloriosissimo, ac potentissimo rege Sicilie, anno regni eius XXVIII. imperii uero VII. & regni Sicilie III. Datum in* LINORIA *iuxta pactum in Sicilia VII. Idus Iulii.*

TESTES 1) *clerici.*

2) *laici* duces,

marchiones.

SIGNVM imperatoris.

Acta 1197.

Datum in Linoria.

NVM.

NVM. LIX.

ENRICVS VI. imperator *feudum* t. *Mauritio* oblatum, in DVCA- V BRANDENBVRGICO, reddi ondet ab eodem, lusorio ritu, *marchioni* & eius posteris utriusque sexus, anno MCXCVII.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis. HEINRICVS Sextus *diuina fauente clementia* Romanorum imperator *semper Augustus & rex Sicilie. Licet uniuersorum rationibus & iustis desideriis nostre maiestatis facilem impertiri & uelimus, & debeamus assensum, eorum tamen uota, magis amplectimur, & fauore prosequimur ampliori, que cum rationi non obuient, pium & commendabile noscuntur exordium habuisse. Ea propter uniuersitati presentium & futurorum notitie declaramus, quod cum nobiles uiri* OTTO Brandenburgensis marchio & comes ALBERTVS, frater *eius, diuine remunerationis intuitu, ut coelestis patrimonii participes redderentur, predia ipsorum quecunque in* ducatu transalbino seu marchia Brandenburgensi *uel in omnibus* comitatibus *ad ipsam pertinentibus, seu in comitatibus Theodorici illustris de* Somerschenburg, & *nobilis uiri Ottonis de* Falkenstein *comitum habuerint, Magdeburgensi ecclesie tradidissent, ab archiepiscopo & suis* canonicis & familia Magdeburgensi *promissionem huius modi acceperint, quod predictus*

HENRICVS VI. imperator an. 1197.

Quae *donata* ecclesiae *Magdeburgicae*, in BRANDEBVRGICO DVCATV, lusorio uere modo,

ctus archiepiscopus uel successor eius bona eadem quecunque iidem fratres eidem prefate ecclesie contulerunt, transacto anno *&* sex hebdomadis *a tempore collationis ipsis* concedet *in* feudo, *&* restituet eis uniuersa oppida, *quam &* castra, *predicti uero* marchio *& frater eius, tam illa bona, quam ea que prius de* Magdeburgensi ecclesia *tenuerunt, si prolem habuerunt, in* utriusque sexus personas, *tam* filios *quam &* filias *sane quotquot fuerint, transmittet, qui etsi etatis* minoris *fuerint, bona tamen omnia cum omni iure & eo quod - - - uocatur, habebunt, in successoribus uero* prime *prolis secundum districtionem* feudalis iustitie *procedetur. Hanc autem constitutionem* archiepiscopus, *data fide,* canonici maiores *&* quinquaginta ministerialium *cum horum filiis &* fide *&* iuramento *interpositis firmauerunt. Quod utriusque partis* litere *ad nos directe declarant. Et nos hanc eandem inter eos conuentionem &* imperiali *sancimus* edicto, *ut nulla omnino persona, alta uel humilis, ecclesiastica seu secularis, contra hanc nostre confirmationis paginam uenire presumat. Quod qui facere attentauerit, in ultionem temeritatis sue sexaginta libras auri puri pro pena componat, dimidium - - - - - - Ac cuius rei notitiam presentem paginam inde conscribi, & nostre* maiestatis *sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt Wilhelmus - - - - - archiepiscopus, Samarus - - - archiepiscopus, - - - - Cusentinus archiepiscopus, - - - -* Bataüiensis *episcopus, Rudolphus* Verdensis *episcopus, Ditericus* Traiectensis

Reddenda iterum ab *archiepis.* in feudum BRANDEBVRGICO *marchioni* uti *superstiti* tum.

Quod confirmat *imperator.*

Maiestatis sigillo.

TESTES 1) clerici,

is *prepositus, Ludowicus, dux* Bauarie, *Conradus marchio de* LANDISBVRG, *Conradus dux* Spoleti, *Albertus comes de* Wernigerod, *Albertus de* Droiz, *Marquardus* Senescalcus, *marchio Ancone, dux* Rauenne, *Heinricus* Pincerna *de Lutra, & alii quam plures.* *Signum domini* HENRICI VI. *Romanorum imperatoris inuictissimi & regis Sicilie. Ego Conradus Hildensemiensis episcopus, imperialis aule* cancellarius *una cum domino Gualdo Troiano episcopo & regni Sicilie cancellario recognoui. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCXC. septimo, indictione quinta decima regnante domino* HEINRICO Sexto, *Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXVIII. imperii uero VII. & regni Sicilie III. Datum* LINARIA *V. cal. Augusti.*

2) laici dux *Bauariae* marchiones post comites S.R.I. demum ITALIAE DVCES, SIGNVM *imperatoris.*

Actum 1197.

Datum.

NVM. LX.

CAROLVS IV. imperator *Budissensi* ciuitati *stapulam* SALIS indulget *Pragae* MCCCLV.

CAROLVS QVARTVS, *diuina fauente clementia, Romanorum imperator, semper augustus & Bohemiae rex.* Notum facimus uniuersis, quod nos, affectantes conditionem ciuitatis nunc BVDISSINENSIS *imperialibus praesidiis* fieri meliorem, *ciuibus & communitati ciuitatis* eiusdem, de nostrae celsitudinis *gratia* speciali, FORVM siue VENDITIONEM SALIS, in ciuitate BVDISSINENSI praedicta, cum omni *usufructu, lucro* seu utilitate inde prouenientibus, in *usus utiles* *ciui-*

CAROLVS IV. imperator.

BVDISSENSI ciuitati, largitur FORVM SALIS.

cum utilitate. *ciuitatis* eiusdem, iuxta *discretionem* eorum pro suo *beneplacito* committendos, ad habendum & tenendum, per *consules* & *successores* ipsorum, perpetuis in antea temporibus, damus, conferimus & *donamus* destricte mandantes omnibus & singulis *officialibus* & *fidelibus nostris*, qui nunc sunt aut fiunt pro tempore, quatenus ciues eosdem in praesenti donationis nostrae gratia non impediant; sed ipsis potius faueant *effectualiter* & intendant, sub harum, quas maiestatis nostrae sigillo communiri fecimus, testimonio literarum. *Datum* PRAGAE, anno domini *millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto.* Ind. VIII. die XXV. mensis Septembris, *regnorum* nostrorum anno decimo, *imperii* uero primo.

Datum PRAGAE 1355.

Ad relationem dn. Ioh. episcopi Linthoniensis.

Thodie.

NVM. LXI.

Versio Germanica priuilegii CAROLI IV. de *salis mercatu* in *Budissensi* urbe, anno MCCCLV.

CAROLVS IV. imperator, anno 1355.

WIr CARL der VIERDTE, uon Gottes-gnaden, Röm. kayser, zu allen zeiten mehrer des reichs und zu Böheimb könig, *thun kund uor iedermänniglich, daß wir besonders begierig, unsere stadt* Budissin, *uermittelst unser* kayserl. hülffe, *in besser aufnehmen zu bringen, derohalben wir, aus sonderbahren* kayserl. *und* königl

königl. gnaden, *ganzer gemeiner* ſtadt *und* bür- gerſchafft *einen* freyen offenen ſalzmarckt, *mit allen deſſen nuzungen und einkommen, ſolche nach* ihrer diſcretion *und gefallen, gemeiner ſtadt zum beſten, anzuwenden; hinfüro und zu ewigen zeiten, geſchencket und uerliehen, welchen* ſaltzmarckt *die iederzeit regierende burgemeiſter, iezige und künfftige, haben und halten ſollen.*

Indulget BAVZEN ciuitati, nundinas SALIS.

Befehlen darauff allen und ieden unſern officianten *und* lieben getreuen, *wer die iezund ſeindt oder künfftig ſeyn werden, daſs ſie gedächte gemeine ſtadt und bürgerſchafft an ſolchem unſern* kayſerl. priuilegio *nicht behindern, ſondern uiel mehr ihnen alle* gunſt *und* fauor *erweiſen und ſie des würcklich genieſſen laſſen.*

[illegible] urkundt *haben wir unſer* maieſt. in- ſiegel [illegible] *dieſen brief hangen laſſen, der geben iſt zu* Prag *im Iahr des Herrn MCCCLV. in* [illegible]*r achten Römer zinſszahl, den XXV. monats-* [illegible]*g Septembris, unſerer reiche am X. des kay-* [illegible]*rthums aber im erſten iahr.*

PRAGAE 1355.

Secretum imper. maieſtatis.

NVM. LXII.

[illegible]AROLVS IV. *imperator* GOERLI-[illegible]SI ciuitati indulget *ſtapulam* [illegible] nundinationem SALIS cum omni utilitate, an. MCCCXLVII.

CAROLVS, dei gratia, *Romanorum rex, ſemper auguſtus & Bohemiae rex,* notum

CAROLVS IV. imperator. 1347.

Indulget GOERLIZENSI ciuitati,

tum facimus uniuerſis, qui nos affectantes conditionem ciuitatis noſtrae, GOERLIZ, *regalibus praeſidiis*, fieri meliorem, ciuibus & communi ciuitatis eiusdem, de noſtra celſitudinis gratia ſpeciali, forum ſiue *uenditionem ſalis*, in ciuitate GOERLIZ praedicta,

nundinationem *ſalinariam* cum omni *uſufructu*.

cum *omni uſufructu*, lucro ſeu *utilitate*, inde prouenientibus, in uſus utiles ciuitatis eiusdem, iuxta diſcretionem ipſorum, pro ſuo beneplacito, conuertendos, ad habendum & tenendum per *conſules* & *ſucceſſores* ipſorum, perpetuis in antea temporibus, damus, conferimus & donamus, diſtricte mandantes omnibus & ſingulis *officialibus* & *fidelibus noſtris*, qui nunc ſunt, aut fuerint pro tempore, quatenus ciues eosdem, in praeſenti donationis noſtrae gratia non impediant, ſed potius ipſis faueant effectualiter & intendant, ſub harum, quas *maieſtatis noſtrae*

Sigillo *maieſtatis* *Pragae* 1347.

ſigillo communiri fecimus, teſtimonio literarum. Datum *Pragae* anno domini milleſimo *trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo*. Indict. XV. XVIII. kal. Octobris regnorum noſtrorum ſecundo.

Per dnum. regem
HENRICVS.

NVM. LXIII.

EX AVREA BVLLA CAROLI IV. *articulus decimus ſextus.*

CAROLVS IV. imperator.

IN *nomine ſanctae & indiuiduae Trinitatis amen.* CAROLVS QVARTVS, *diuina fauente clementia, Romanorum imperator ſemper auguſtus & Bohemiae rex*, ad perpetuam re-

rei memoriam. Etsi etiam ex *regalibus nostris literis* fecisse dignoscimur, ita de *nouo*, ex innata nobis clementia, *forum* siue VENDITIONEM SALIS in dicta ciuitate GOERLIZ, cum omni *usufructu, lucro* seu *utilitate* inde prouenientibus, in *usus utiles ciuitatis* eiusdem, iuxta discretionem ipsorum, pro suo

de *nouo* *Goerlizensibus*

eplacito, conuertendos, ad habendum enendum per *consules* dicte ciuitatis & *essorum* ipsorum, perpetuis in antea temibus, liberaliter *damus, conferimus, dona*, ei stricte mandantes omnibus & singulis *ialibus* & *fidelibus nostris*, qui pro teme fuerint, quod ipsos in presenti donais nostre gratia non impediant, sed po*fauorabiliter* debeant *promouere*. Nulli

indulget *nundinas salinarias*

hominum liceat, hanc nostre *approbais, innouationis, ratificationis & confirmanis paginam infringere* uel ex ausu *temerio* quolibet contraire, sub pena *quinquata marcarum, puri auri*, quas ab eo, contra predicta contrauenire prepserit, irremissibiliter exigi, uolumus & um medietatem *fisco camere nostre*, residm uero partem iniuriam *passorum* usibus licari. *Signum* serenissimi *principis & domini, domini* CAROLI *quarti*, Romanorum imperatoris inuictissimi & gloriosissimi Bohemie regis.

fauorabili significata.

Contra temeratores *poena*.

Signum imperatoris.

TESTES huius rei sunt, uenerabilis *Arnestus*, sancte ecclesie *Pragensis* archiepiscopus, Iohannes *Olsm* & Theodorus *Minden*, ecclesiarum episcopi & illustres Iohannes Marchio *Morauie*, Bilco *Schwin demcon**, Bulco *senior* & Bulco *iunior*, oxuleen* Conradus

TESTES 1) clerici

2) laici, *marchio* Morauiae.

Olſnicenſis, Ioh. *Opauien.* & Prezenuſe *Teſchnien. duces*, nec non ſpectabilis Burghardus, *burggrauius Magdeb. magiſter curie noſtre* & Albertus de ANHALT, comites ac nobiles Zeſto de *Warthumb*, dominus de *Weſel*, ſupremus camerarius, Andreas de *Tuba* ſupremus *Scutarius* & *Wanco* de *Wartheimb*, ſupremus *Pincerna* regni Bohemie & alii quam plures noſtri fideles preſentium, ſub BVLLA AVREA, *tipareo noſtre maieſtatis impreſſa* teſtimonio literarum. Datum *Prage* anno domini *milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto* indictione VIII. quinto idus May, *regnorum* noſtrorum anno decimo *imperii* uero ſecundo.

duces Sileſiae.
Curiae magiſter.
Anhaldinus comes.
Nobiles
cum AVREA BVLLA.
Datum Pragae 1356.

NVM. LXIV.

ABRAHAMI *comitis de* DONA
datum, pro conſeruatione
legiorum in *ſalis* merca
MDCI.

ABRAHAMVS burggrauius de DONAH. 1601.
Mandat *Luſatiae* incolis.

WIr ABRAHAM *burggraff zu freyherr auff Wartenberg Brallin, Röm. Kayſerl. M rath, des marggraffthums Oberlauſitz voigt und fürſtl. durchl. ertzhertzogs miliani zu Oeſterreich rath und* entbieten euch, denen wohlgebo ehrwürdigen, edlen, geſtreng veſten herrn *prelaten*, denen *ſchafft* und *landſchafft* bem *thumbs*, ſo wohl auch denen ehrſame weiſen burgemeiſtern und rathmann *ſtädte* daſelbſt, ſo mit dieſem unſerm

erſuch

ersuchet, unsere freundliche dienste, günstigen und geneigten willen. Und fügen demnach *ew. Lbdl.* und *euch* hiermit zu wissen, welchergestalt vor uns erschienen, die auch ehrsamen und weisen *burgemeister* und *rathmanne* der stadt *Budissin* und berichtet; was massen ihre vorfahren, von alters her und, auch nunmehro, sie selbsten nicht allein von allen *auflagen* des *saltzes* privilegiret und also den *saltz zoll* dieser stadt zu *ewigen zeiten* zugeeignet; sondern auch von *kayser Carl* dem *vierdten* mit einem *freyen saltzmarckt* begnadet, auch also, nachdem von ander dergleichen *märckte*, per indirectum, der stadt *Budissin* privilegio zuwider gehandelt werden wollen, anderweit, durch könig WENCESLAVM zu *Boheimb* an. MCCCCII klärlich privilegiret, nemlich männiglich sich aufrichtung *neuer märckte* so vor *alters* her nicht gewesen, zu äusern und sich zu enthalten, schuldig seyn solle, alles nach ferneren inhalt ihrer, von königen zu königen erlangten und continuirenden, privilegien. Immassen dann auch solches in *foro contradictorio*, als, fast vor *hundert* jahren, ihnen die stadt *Camentz* sich de facto eines *saltzmarcktes* und *niederlage* unterstanden, wider dieselbe zu *recht* ausgeführet und erkandten worden; dass doch solchem allem zuwider fast überall im gantzen lande die *saltzfuhrleute*, so nicht allein die *rechte strasse* auff die stadt *Budissin* zu nicht innehalten; sondern seithalben *ausschlagen*, hinwieder auff den *dörffern* und *flecken* öffentlich *saltz ausmessen*, auch hierunter die *herrschafft* deren orth

Ne aduersus SALINARIA priuilegia a CAROLO IV. indulta peccent

exemplo Camenz, cuius *stapula salinaria* interdicta & urbi & aurigis, ne *sal* uendant, per *pagos*

orth ihnen selbst einen nutz zu ziehen oder ja den *fuhrleuten* durch die *finger* sehen, hierdurch dann den ihrigen nicht allein die *nahrung* gesperret; sondern auch denjenigen, so am *zoll* interessiret, derselbe de facto *entzogen* würde, uns derohalben, damit solche ihnen zugefügte *thätlichkeit* hinfüro abgestellet, gebührendes *ober-amts* einsehen zu haben, ambts gehorsamlichen fleisses ersuchet und angelanget.

In damnum cum *priuilegii*; tum *uectigalium*.

Wann wir dann, krafft unsers den *ständen* dieses *marggraffthums* gegebenen reverses, sie, die stände, bey ihren wohlhergebrachten *privilegien* und *freyheiten*, *rechten* und *gerechtichkeiten* zu schützen und handzuhaben schuldig, derowegen auch nicht gemeinet, die stadt *Budissin* in ihren rechten wieder gebühr beschwehren zu lassen: als ist an Ew. Lbd. und euch unser *oberamts befehl*, dieselben und ihr in dero *gerichten* und *gebieten* die ernste anfügung thun, es auch vor sich selbsten dahin richten und anstellen wolten, damit hinführo dergleichen *abfuhr* und *saltzausmessen*, so alles der *stadt Budissin* privilegien und alten *besitz* zuwider laufft, gäntzlich unterlassen und sie also bey ihren alten rechten *unperturbiret* verbleiben mögen, mit dieser ausdrücklichen commination und verwarnung, da Ew. Lbd. und ihr, solchem allen zuwider, den ihrigen was *vorzunehmen gestatten*, oder auch vor sich selbsten dargegen handeln würden, dass auff solchen fall mit gebührenden *einsehen* verfahren, auch do das *saltz* dergestalt angetroffen werden mögte, endlichen *confisciret*

Quo fine hoc edictum.

In gratiam Budissae promulgatum.

Adiecta poena.

ret und eingezogen werden soll.

Wolten wir Ew. Lbd. und euch zu derofelben nachrichtung nicht verhalten. Und seind Ew. Lbd. und euch zu freundlichen diensten und günstigen willen geneigt. *Geben* unter unsern verordneten ampts secret auffm königl. schloss zu *Budissin* d. 24. Januarii an. MDCI.

Datum Budissae 1601.

ABRAHAM &c.

NVM. LXV.

BONIFACII VIII. litterae ad senatum populumque oppidi *Berolinensis* datae, interdictis ecclesiasticis ibi modum statuentes, ut nisi *excommunicatos* urbe expellant, etiam *urbs* ipsa *interdicta* sit *sacris* & *ecclesiarum* ingressu. MCCXCVII.

BONIFACIVS VIII. papa 1297.

BONEFACIVS episcopus *seruus seruorum dei*, ad perpetuam rei memoriam; honestis ac humilibus supplicum *uotis*, illis presertim, que diuini cultus augmentum & animarum salutem concernunt libenter annuimus illaque, quantum cum deo possimus, fauoribus prosequimur oportunis. Sana petitio pro parte *filiorum* dilectorum, *proconsulum* & *consulum* ac *uniuersitatis* opidi BERLIN & CÖLN *Brandenburgensis diocesis* nobis nuper exhibita continebat, quod sepe contingit dictum opidum ex eo *ecclesiastico* subici *interdicto*; quod a nonnullis iudicibus,

Ad *proconsules* & *consules* BEROLINENSES.

Berolinum & *Colonia*, *Brandeburgensis* dioecesis.

A sede apostolica & commissariis. bus, tam a *sede apostolica* vel eius *legatis* deputatis vel ipsorum *subdelegatis* siue *commissariis*, diuersis fungentibus auctoribus quam cum ordinariis ciuitatis & dicte *diocesis Brandenburgensis* & aliorum locorum,

Ob alena peccata interdicto ecclesiastico subiicitur. tam in personas *extraneas* ad dictum opidum declinantes, tam causa ibidem *placiti obseruandi* & alias *comedendi* & *bibendi* seu etiam *pernoctandi* aut *alia negotia* eorum expediendi, quam etiam *incolas* & *habitatores* ipsius opidi & alias inibi *lares* suos fouentes uel aliqua bona *immobilia* habentes ibidem excommunicationis seu *interdicti sentencie fulminate* existunt uel eisdem est *ecclesie* ingressus interdictus.

Effectu, etiam post *discessum peccatoris*, haud carente. *prouincialis, synodalis* constitutione. Et quandoque dicti *iudices* mandant in eorum processibus; ut *interdictum*, uigore *prouincialium* & *synodalium constitutionum*, prohibetur, ne in dicto opido, etiam post recessum talium *personarum excommunicatarum* aut quibus est, ut prefertur, huiusmodi *ecclesiarum ingressus* interdictus per dies & interdum per menses aliquot *diuina officia* celebrentur; absque tamen culpa *proconsulum, consulum* ac uniuersitatis predictorum.

Proconsules : berrathsmeister. Et propterea diuinus cultus ibidem diminuitur & diuersa animarum pericula subsecuntur ac populi deuocio a diuinis officiis retrahitur & lentescit in opido memorato.

Qui tamen restringitur. Quare pro parte *proconsulum, consulum* & *uniuersitatis* predictorum nobis fuit humiliter supplicatum: ut prouidere eis super hec de oportuno remedio, paterna diligencia, dignaremur. Nos igitur, qui *diuinum cultum augeri* & christiani populi deuocionem conseruari & *animarum periculis*

culis obuiare, intenſis deſideriis, affectamus: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prefatis *proconſulibus, conſulibus* ac uniuerſitati; ut poſtquam huiuſmodi perſone, quacunque cauſa, auctoritate ſunt *Excommunicate* & quibus eſt, ut prefertur, *ingreſſus eccleſię* interdictus; ſi que ad prefatum opidum acceſſerint & ibidem *comedendo* & *bibendo* ac etiam *pernoctando* moram traxerint, etiam ſi in eodem opido *lares* ſuos fouerint uel ibidem aliqua bona *immobilia* obtinuerint, dummodo *proconſules, conſules* & *uniuerſitas* predicti illos exinde *realiter expellant* de opido dicto uel ipſi inde ſponte *receſſerint*, in ipſorum *proconſulum, conſulum* ac uniuerſitatis preſentia, pro tempore in eodem opido & eius eccleſiis ſtatim poſt eius *expulſionem* ſeu *receſſum* huiuſmodi diuina officia, *excommunicatis* & *interdictis* excluſis, celebrari populoque utriusque ſexus eiusdem opidi *ſacramenta* eccleſiaſtica miniſtrari libere poſſint. Dum tamen *opidum* ipſum ſpecialiter huiuſmodi non fuerit *eccleſiaſtico interdicto* ſuppoſitum, nec id proconſulibus, conſulibus ac uniuerſitati prefatis ſeu alicui uel aliquibus eorumdem contingerit ſpecialiter interdici tenore preſencium, de ſpeciali gratia indulgemus. *Apoſtolicis* nec non *prouincialibus* & *ſinodalibus* conſtitutionibus huiusmodi & aliis in contrarium editis non obſtantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis

Si *excommunicatus* urbe *exierit*.

Dummodo non ipſa *urbs* aut eius *proceres* hac cenſura fuerint notati.

tentis dei & beatorum *Petri & Pauli*, aposto-
lorum eius, se nouerit incursurum. Datum *Paru-*
sii IV. Nonas Iunii, *pontificatus* nostri
anno quarto.

Datum 1297.

TEVTVNICVM GRATIE ROMA

Versio haec Germanica coae est adeoque operae pretium illam legere, an. MCCXCVII.

BONIFACII VIII. bulla 1297. scripta *Berolinensi* ciuitati;

BONEFACIVS eyn *bisschop* di dar
knecht der *knechte godes*. Enn ew
dechtnisse desser ding wi vorligen den
liken und otmüdigen gebeden der ynn
umme a z di merunge godedinstes un
licheit der *sylen* gerne met beschonwen
den beden wüe vele wi, von godes we
vermögen volge wi na met nodrrüsti
gunsten. Eine *gesundelike bede* von
der *liven kindern*, der *borgemeistere*,
manne unn der *meynheit* der stad *Berl*
Cöln des *Brandenborges gestichtes* uns
wile wart gedair di hilt dat dicke ge
der vorgenannten stad hierinne ned
lich tu *iöden* in geistlichen *gebode* dat
velen *richters* alsso wol dy dar sint ge
von deme *Römischen stule* oder von d
les legaten oder von oren under ge
richters ofte von beuolen *richters* di
gebruken mengerleyge gewalt vnn m
delicken richters der stad unn des vorg
ten *gestichtes* tu *Brandenborg* unn an
den unde die *openbare ordele* des bann
des *gebodes* sint darseluens alse in *buten*

Gesundelike bitte. *Proconsul* burgemeister *consul*, rathmann. Diocesis *gestiffies*.

De *excommunicatio*nis urbanae temperamento.

digen personen di sich sint neygende tu der vorgenanten *stad* dorch sake darselvens *de ten dinge tu holden*, unn in anderen personen dar tu *ethene* unn tu *drinkene* oder ok dar tu *benachtene* ofte andere gewerve dar tu vorhörene alse ok in oren borgers unn inwoners der stad die darin ör oigen *wohnunge vorheghen*, unn ok hebben etlicke unbewegelike *gute* un denselven wert di *kerkgangh verboden* unn *sunder* stunden di vorgenante richters gebide in ores gerichtes vortgenge oder *sunder* wilen wert *verbode* von crafte der *landlicke* unn och *sendlike* gesette dat in der vorgenanten stad nach *wechwikunge derselven verbanneten* personen oder in deme alse vor is geredet den diselve *kerkgank* is vorboden, nicht *godlike ambachte* gesyret werden in velen dagen sunder wilen in vele vrahen tu den doch ane schuld der vorgenanten borgermeistere, radmanne unn gemeynheit unn darumme *wert* darselvens *godesdinst gemynneret* unn darna folget vele *schade* der *sylen* unn dy *ynnicheit* des *volkes* wert so von *godesdinste getogen* unn sich tragen in di *vorbenümede* stad hirumme von wegen der vorgenanden *borgermeister, radmanne* unn *gemeynheit* uns wart ynnichliken *gebeden*; dat wi *werdich* worden sy tu *besorgene* met vederlike *flitunge* met eyner *nodiruftige arstedie*. Hirumme wi begeren met andechtighe begerunge dat di *godlike dinst* wert gemeret unn di ynnicheit der *cristen lüde* beholden wert unn wi bogern ok der sylen schade tu entgegenen. In der selven *beden* sint wi *geboget* den vorgenanten

fremd bu. de ten dedinge benachten, pernoctare. Landlicke, provincialis. Sendlike, synodalis. Wechwikung, weichung. Officia divina, godlike ambacht. Flitunge fleisse. Cristen lüde.

borgermeistern, *rathmanne* unn der *gemeynheit*, also darna alse diselven personen, von *welkerleyge* gewalt sy sind, *vorbannet* in deme alse vor is gerodet unn deme di *kerkgank* is verboden; ofte der personen tuder vorgenante stad *toghen* unn dartu *ethen* unn tu *drinkene* ofte darselvens tu *benachtene togrunge* dar tu holdene. Ok ofte di personen in derselven *stad* or *wonungen begeden* oder darselvens etlike *unbewegelike güde* hadden, alleyne wen di vorgenannten *borgermeistere*, *radmanne* unn *gemeynheit* dy von danne redeliken ut der vorgenanten stad *dryuen* oder *ofter* sy von deme willichliken togen in do kegenwordicheit der *borgermeister*, *rathmanne* und *meynheit* tu der tyd in derselven une in oren *kerken* tu *hautz* na der *utribunge* und sulke *wikunge* frielicken mogen sy godes dinst began aver die vorbanneden unn vorbodene scolen buten stan unn deme volcke beider kunnen derselven stat sal man geven di *kerkelike sacramenta*. Alsodane wis dat der *stad* nicht wert *upgelecht* desselven *geistliken gebodes* noch dat di *borgermeistere*, *radmanne* unn *gemeynheit* vorgenand oder ore ennich ofte ymandes besunderen geborede dat sy vorboden worden. *Inlede* des gegenwordigen *brives* von *sünderlike* gnade wi begnedigen sy. Dat di *Römischen* noch *landlike* unn *sendlike gesetungen*, oder ander di in *wedersetunge* sint gedichtet, scholen nicht hinderliken syn von eine iklliken. Hirumme gentzlike en geyn der *lüde* mach desse *schrifft* unser *vorligunge* tu *breken* noch met *dörliken* ...

Dryuen, treiben.

utdriebung wikung, weichung.

Kerklike.

Inlede.

Römisch, apostolicum.

dör-

[V]errunge darweder gan. Aver ofteymand [s]ich vorsethe desse ding tu vorsukene di sal [s]ich bekennen tu komene in die *unwerdicheit* [d]es *allemächtigen godes* und der *hilligen Petri* [&] *Pauli* syner *apostelen*. Gegün tu *Parüs* [i]n virden dage *Junii*. Unsers *bisschopdumes* [i]n den *virden* jare.

Derrungen.

Datum IV. episcopatus anno.

NVM. LXVI.

PRIVILEGIVM CARNIFICVM (laniorum der fleischer) indultum a senatu BEROLINENSI an. CIↃ CCCXI. Verbis, eo tempore, conceptis Latine.

AD perpetuam rei geste memoriam. Nos *consules* Henricus *Vden*, Iohannes *Wyperti*, *seniores* electi ceterique *consules* ciuitatis *Berlin*, Iohannes de *Stetyn*, Iohannes *Buch*, Vlricus Conradus de *Koten* Iolse sone, Iohannes *Rode*, Rudolphus *Stirtzeborch*, Tideke *Man*, Conradus de *Borch*, Allebertus *Kregenuut*. Recognoscimus uniuersis paginam inspecturis seu audituris; quod *unanimi consilio* & nostrorum burgensium *consensu*, pro communi *utilitate* contulimus & commisimus *macella* ciuitatis in *Berlin*, *carnificibus commorantibus* & *heredibus* eorundem *hereditarie* possidenda & tenenda, In quolibet termino *quarte* partis *anni* dare debent pro *censu* de macella *VII. Sol.* cum *denariis* quinque. Et singulis *quartalibus* anni sortiri & uariare debent. Quicunque *uendere* uoluerit *macellum* suum, ha-

BEROLINENSIVM consulum, *plurium*, *priuilegium* an. 1311.

Scriptum *carnificibus* fleischern, cum *burgensium* consensu, hereditarie

pro *censu quartali*, cum iure *uendendi macellum*.

habeat a *consulibus potestatem*; emptor da-
bit dimidiam *marcam* argenti pro collatione
macelli *uenditor* uero nichil. Quod si ali-
qua *enormitas uerberum* aut *uerborum* inter
macella de aliquo acciderit: hec deferenda
est ad presenciam *consulum*; ut qum illam
Rebellium *mulcta*, *enormitatem* ualeant uindicare. Quicunque
carnifex contra suos *socios* se maliciose op-
posuerit & *rebellis* extitit: extunc precipi-
mus tali, quod *macellum* suum uendere de-
beat infra mensem. Aduersus nostrum *gene-
rale statutum* nullus temerarie se opponat;
indignatio consulum. si *indignationem consulum* uoluerit euitare.
Ne hec supradicta per aliquos nostros suc-
cessores fuerint impedita, sigilla ciuitatis pre-
Datum 1311. sencia duximus apponenda. *Datum* anno
Domini MCCCXI. in die beati Marce ewan-
gelista & marteris.

Teutonica uersio PRIVILEGII CARNIFICVM (*der knochenh*[illegible]) BEROLINENSIVM an. MCCCXI.

Consules, *ratbmanne*. TV ewiger dechtnisse dess g[illegible]
ding. Wye *Radmanne* Henri[illegible]
unn Hanss *Wiprecht* gekoren olderlu[illegible]
die andern *radmanne* der *stad Berlin*[illegible]
Stetyn, Hanss *Buch*, Ulrich unn Conr[illegible]
Koten, Hanss *Jove*, Hanss *Rode*, R[illegible]
Strateborch, Tideke *Man*, Curt von [illegible]
Ansichtigers, anhörers. Albrecht *Kregenwut* bekennen den g[illegible]
nen *ansichtigers* unn *anhorers* dessen[illegible]
Vulword, consensus. dat wi met enygen *Rade* unn met [illegible]
unser *borger* vor eyne meine nuttichelt vor-
segen

gen unn bevolen heben, den inwonen
en *knokenhouwers* unn oren *erven* tü — *Knochenbauer*, lanio.
leisch tzarnen der ftad tu *Berlin erbliken* tu
hebbene unn tu besittene. In eine [illegible] — Macellum, *scharren*.
virdel jares fcolen fy geven tu tynfe von
er *tzarne vif penninge* un *fes fchillinge* unn — *Pfenninge*, folidus.
le virdel jares fcolen fy di *tzarnen* kanelon — *Schilling*, denarius.
unn wandelen unn wi dar wil mach fyn *tzar-*
e vorkopen di het des macht von den *rad-*
mannen di fy *koppet* di geft vor di entphan-
unge der *tzarne* eyne *halve march filvers* — *Marca*,
fy fy vorkopt geft nicht unn ofte enge
fchwerlicheit an *fchlage* oder *worden* bynnen
der *fcharnen* von ymande *gefchege*, dat fal
man bringen vor di kegenwordicheit der
radmanne, dat fy di *fchwerlicheit* mogen — Iniuriae *fchwerlichkeit*.
wreken und ok welk *knukenhouwer* fich vosli-
ken lecht weder fyne *cumpan* unn em we-
der *ftrivinich* is fo hoite wi deme *dathe* fyne
fcharne bynnen eyner *mantisd* fal vorkopen
unn weder unfe gemeyne gefette nymant
fal fich *dorliken leggen* ofte he wil myden
der *radmanne unwerdicheit*, dat nicht deffe — Indignatio, *unwürdigkeit*.
vorgenanten fake von ymande unfer na-
kommelingen, werde *gehindert*, des hebbe
wi unfer *ftad ingel* daran gebracht tü hen-
gene. Gegebn na Godes gebord *dufend* — Stattinfiegel, 1311.
dribundert unn *elb jare* an fünte Marcus
tage.

NVM. LXVII.

LITERA SVTORVM eorumque PRIVILEGIA indulta a confulibus *Berlinenfibus* an. CIↃCCLXXXIV.

Nos

CONSVLES BEROLINENSES, ex ordine *nobilium*, PRIVILEGIA indulgent SVTORIBVS an. 1284. *concordato* consilio.

NOs *Nicolaus de* LYTZEN, *Iohannes de* BLANKENVELDE, *Nycolaus de* BOTSOW, *Consules* BERLYNENSES omnibus in perpetuum. Quoniam *acta priorum* posteri retinent difficulter: utili cautela procuratum est & necesse, ut ea, que coram *nobis* aguntur in *scripta perpetua* redigantur. Ideoque per scripta *presencia* ad *multorum noticiam* peruenire uolentes; quod matura *deliberatione* & *consilio concordauimus* cum hijs, que pertinent ad *opus* SVTORVM & in graciam eorum ita uidelicet, quod id, quod dicitur *innunge* habeant ex *gracia ciuitatis* & quicunque prelibatum *opus* volens acquirere, non acquirat nisi prius* ex *gracia & consilio consulum*. Ita quod *consules* super *opus istud* sint in *plenitudine potestatis*. Ac nos *consules* volumus ad cunctorum etiam noticiam peruenire; qualiter ipsorum *opus stari* debeat casibus hiis *subdistintis*. Primo vero *protestantes*, quicunque predictorum *sutorum opus* acquisierint quod *III. sol. denarii* ad ciuitatem pertineant & ad *opus* & eorum *magistros* VI. sol. minus IIII. *denariis* cum II. *talentis* cere. Item statuimus; quod predicti *sutores* nullam habeant quod dicitur in uulgo *morgensprache*, nisi duobus de *consilio consulum* presentibus & *duobus de sutoribus*, qui *iurati* ad *opus* eorundem protestantes omnia, que asseruit* *possibilia*, *utilia* esse & *honesta*, ita quidem plectentur ista inter illos. Item quicunque *excesserit* de aliquo *falso opere* ita quod *inducem* * *fecit calcios* vel qualicunque causa inpossibili uideatur, que ad usus eorundem & ciuitatis uidebitur esse proficua, si

Innungen.

Opus, gewircke, ex *plenitudine potestatis*,

subdistinctis, unterscheiden.

Solidi.

Denarii.

Morgensprach, statuta, condant, consensu *consulum*.

per illam quis *excesserit*; secundum *arbi*-
rium ciuitatis & *consulum* est plectendus. **Mulcta, consulum.**
t id statutum est, quod predicti *magistri*
utorum tales prodant. Item si quis *aduena* **Magistri sutorum.**
liunde ueniens uel *incola* volens acquirere,
sorum *opus*; si predicti *magistri* aliqua ex
ausa *odii* uel aliis aliquibus eosdem uolen-
es, in acquirenda, impedire, si sint probi &
onesti eisdem consules porrigant *absque*
orundem *consensu* de consilio *ciuitatis*.
em predicti *sutores* scilicet ipsorum *magi*-
ri custodiant & illud iurati, cautela ad hec
dhibita ne cui pco * *bouinarum pellium*, **Bouinae pelles lederkop.**
uod dicitur, *lederkop* prohibeatur inter il-
s & *calceos faciendos*. Vt igitur hec *nostre*
ncessionis donatio rata & *impermutabilis* per- **Impermutabilis.**
ueret presentem paginam conscribere ius-
mus & nostri *sigilli* appensione eandem ro-
orari. Huius rei *testes* sunt dominus Ny- **Testes.**
ol *aduocatus* dictus de *hohnstorp* & domi-
us Rutinkus *milites* & quidam de *consuli*- **Milites.**
is ueteribus. Thomas *cultrarius* & Iacob
e *Litzen*. & *prefectus* de *Barud* & alii
uam plures de *sociis* eorundem. *Acta* sunt
ec anno Domini MCC & LXXXIIII. **an. 1284.**
II. Nonas Iunii.

EVTVNICVM. Versio *Germanica priuilegii* SVTORVM BEROLINENSIVM an. MCCLXXXIV.

WY Clawus von *Litzen*, Hans von **Inter consules sunt nobiles.**
Blanckenvelde unn Clawus von *Bot*-
w, Berlinsche *Rodtüde* allen lüden in
wicheit. Wente di dade der *vorbaren* dy
de

de nakomers swerlike beholden der wo-
nen is dorch nuthe *bewarunge* unn nodi
dat dy *ding* di vor uns *geschin* dat di werde
gebracht in *ewige schrifft* hirumme wil w
met desser *schrifft* komen tu kentnisse un
Rade met den dy dar *geboren* tu der *schu-*
ker werk unn ore *meister* also, als dat *de-*
geheiten wert eyn *Innunghe* di sy hebbe vo
der *stad gnaden* unn wi dat vorgenante *werk*
wil *wynnen* di fall dat nicht *wynen* wen tu
irsten von der *gnade* und *Rade* der *Radman-*
ne also dat di *Radmanne bouen* dat werk sin
gantz *vulmechtich*. Aver wil wi *Radmanne*
komen tu *bekentnisse* veler lüde als wüe o
werk stan sal in dessen *under gescheiden sa-*
ken. Tu deme *irsten*, als wi sint tu *betuge-*
ne; wi der vorgenanten *Schumaker werk*
gewynnet, dat die der stad *geboret III. schil-*
linge penninghe unn oren *werke* unn *meister*
ses *schillinge pennige* mynre *IIII. penninghe*
met twen *pund wasses*. Aver bestedege w
dat di vorgenante *schumeker* eugeyne *mor-*
gensprake scholen hebben darstur dan ke-
genwordig twe *Radmanne* ut deme *Rade*
unn twe von den *schumeker* di tu dem *wer-*
ke sint geschworen unn sint *berugende* alle
ding di sy bekennen dy mogelike *nuthe* unn
erlike sint tu wesene, also dat sy dy *untschi-*
cken under sick. Vortin ofte ymant *outret*
in etliken *valschen werke* also dat he *unrek-*
like schuhet gemaket oder in *welkerleyge un-*
mogelike sake besyen werden di tu *ore* und
der stad wert besyen fromeliken tu wesene
ofte ymand dy *outrede* na *wilkor* der *stad*
und der Radmanne unn is tu strafen e unn
dat

Tribus sutorum, *Schumacher gewercke.*
Wynnen, gewinnen.
Boven, oben.

Schilling, *pfennige.*

Pfund, talenta.
Wass, wachs.

Outret, übertrettung.
Falsi, *unrecklike schuhe.*
Wilckor, statutum.

dat gesat is dat di vorgenanten *meister* der *Schumekere* di *scholen* melden; vortin ofte ymand fremdes von *butenqueme* oder ein *ingvoner* di *wynnen* wolde oer *werk* unn di vorgenanten *meister* ichtwas dorch *hates* wille oder von etliken anderen di denselven an der *wynughe* wolden hinderen ofte dy *erlike* und berne weren, den mogen di *Radmanne* von deme *Rade* der *stad* dat werk gennen *sunder* derselven *vulbord*. *Vortin* dy vorgenanten *schumeker* alse ör *meistere* behuden scholen unn darby sal syn der *gesworen bewarunge* dat der *rundere leder kop* (nicht) wert vorboden dorch der di dar *schumaken*. Umme dat di *gift* unser *vorlygunge* stede unn *ungewandelt* bliwe, so hebbe wi geheiten dessen brif *schriwen* unn en tu *bevestene* met *anhengunghe* unsers *ingesegels*. Desser ding *tuch* sind Er Nycolaus ein *void geheiten* von *Helmstorp* unn Ern Rudinges *Riddere* unn edlike ut deme *olden Rade*. Als *Tyle messersmed* und Jacob von *Lytzen* unn ander vele ore *cumpan*. Geschin sint desse ding in den Jare *godes dusend twe hundert Iare* unn *vir unn achtentich* Iare in den virden dage *nonas Iunii*.

buten extranei.
bates, Hasses.
wynunge gewinnen
Vulbord consensus.
Rundere leder
ungewandelt, immutabiliter.
Ingesegel sigillum.
cumpan compagnon *socius*
1284.

NVM. LXIIX.

LITERA TEXTORVM. *Priuilegia* TEXTORVM BERLINENSIVM a consulibus indulta MCCXCV.

Nos CONSVLES ciuitatis BERLIN omnibus presentem paginam inspecturis, salutem & paratam ad queuis beneplacita uoluntatem. Notum esse uolumus tam pre-

CONSVLES Berlinenses an. 1295.

presentibus, quam futuris: quod no
communi consilio ciuitatis nostre, ad uti
& proficuum totius *officii* & *operis*, que
textorum appellatur, ordinauimus de
faciendis: quod omnes panni *unius*
existentes debent esse *densati*. Insu
decreuimus, quod nulli *panni colorati*
fieri de *filis*. Insuper statuimus, que
quis SERVVS, habens uxorem & puero
rit *pannum* ad *usum uestimentorum suo*
cere, dummodo non *uenundetur*. I
statuimus, quod omne genus *stamini*
semel *intinctum* est in *copa*, quod po
ad *caldarium* non debeat deportari, e
filamine stripatico. Insuper qui cum
instrumentis *fraternitatem* acquisiui
cum *pluribus* non debeat *operari*. P
statuimus quod nullis aliis extra *fra*
tem vel *monialibus* aut *aliunde* uenien
instrumenta concedat. Item quod nul
gensis pannos amici sui, *aliunde* uenie
nundare presumat. Propterea si lo
cuus fuit inuentus, ipsum *personalite*
ciamus ad uendendum. Hoc autem
paliter precipimus obseruari: ne quis
de *fraternitate* plures quam *octo pannos thea-*
trum presumat inportare. Item prohibe-
mus, ne aliquis erga *Iudeos fila* sibi
comparare. Item prohibemus, quod la-
lana in *cupa* fieri debeat que uocatur
wlle. Item prohibemus, quod nullos p
vel *frusta panni* faciat sine *licencia* m
rum. Quicunque in istis prohibitis &
reus uel *rebellis* inuentus fuerit: punie
sex solidis nummorum; quorum medie

ex

omissis nominibus

officio, gülde,

opus textorum gewercke

wollenweber

seruus knapen, geselle.

copa kufen

caldarium kessel

stripaticum. gestrafft.

fraternitas textorum.

licenciare, vergönnen.

theatrum forum.

bleckwolle.

magistri meister.

det *confraternitati* & alia ciuitati. Item aliquis de confraternitate habens *filium* desideraret uel peteret *fraternitatem*; habebit eam pro *medietate pecunie*, pro qua acquiri solet secundum *consulum instituta*. Item statuimus & instantissime prohibemus; quod nullus *pannos* faciat de aliqua *falsitate lane* uel *flocken*. Quicunque in huiusmodi *maleficio falsitatis* comprehensus fuerit & conuictus a uiris *ydoneis* & probatis seu suo *testimonio ueritatis*, carebit *confraternitate* operis *anno uno*, & tota *falsitas lane* & panni cum *flocken*, igni *ardentissimo*, concremetur. *Confraternitatem*, in isto anno, reacquirere bene poterit de consensu consulum & fauore. Vt uero hec acta & instituta a *nullis successoribus infringantur*, sed immutabiliter siue inuiolabiliter obseruentur, *paginam* presentem *sigillo* nostre *ciuitatis* ac *ciuium uniuersorum* duximus roborandam. *Datum* in ea est anno domini M. *ducentesimo nonagesimo quinto*, in die beatorum apostolorum Symonis & Iude.

confraternitas. *filii textorum* pro dimidia habent priuilegium. falsa lana *flocken*. ignis *ardentissimus*. Datum 1295.

TEVTVNICVM EIVS. Versio Germanica PRIVILEGII TEXTORVM BERLINENSIVM MCCXCV.

WY *Radmanne* der stad *Berlin* entbiden allen *ansichtigers* desses brives heil unn bereiden willen tu eyner illike *behegellicheit*. Wy willen wesen bekant alse wol den kegenwordigen alse den tukommenden *lüden* dat wy met *gemeynen rade* unser *stad*, tu *nudticheit* unn tu *fromme* der gantzen *gülde* unn *werck*, dat der *wullenwever werck* is geheiten. Wi hebbe geschicket umme dy *ge-*

CONSVLES *Radmannen* non *senatores*, Rathsherren. *nudticheit* nützlichkeit. *wollenwe-*

Rr 2 *want*

ver tuchscherer. *want* tu macken di dar sint *eyner varve*, di
scolen wesen *geruchget*. Vortner hebbe wi
gevervede, coloratus. dat vor geset, dat en geyne *gevervede ge*
scholen von *garne* werden gemacket. V
knape, servus. ner hebbe wi geset, ofte en *mithknape* h
ein *wib* unn *kinder* di macht tu unn sy
kleider gewant macken; alleine dat he
nicht *vorkoppet*. Vortner hebbe wi bes
get dat allerleige *garn* unn *werpte*, dat
is gesteecken in der *jupe*, dar na sal men
nicht weder tragen tu den *ketel* utgeno
stripete gestreiffte. dye *stripete werpte*. Vorterin wi dar
net di *bulescap* tu *twen touwen*, di sal n
werken met *vele knapen*, darumme hebb
bulenscap, bulenschafft societas. bestediget: dat keyner *buten* oder *bulesca*
deren lüden alse bekyne unn ander frem
inkomeden lygen ore *getouwe*. Auer wi
dat en keyn borger unn ume synes
gewant di fremde komet *vorsetten* tu vo
pene, darume ofte eine ledige stede ge
vororlove, verurlauben. den worde, dieselve stede *vororlove* wi
ven tu vorkopene. Sunder wi gebide
tu vorne tu holdene dat eymant von der
lescaft sich vorsetzte mer wen *achte* gew
tu dem *kophuse* tu dragene, auch vorbide wi,
dat nymant syn garn *tuge* weder den *ioden*.
bletwolle. Ock vorbide wi, dat en geyne *bletwulle* in
der *tupen* sal werden gemacket. Ock vorbide wi dat nimand sal macken gewand ofte
stucken gewandes sunder ore *meister orlos*
unn - - - dessen *vorbildunge* unn gesette
widerstromig, widersetzlich. schuldigh unn *wederstromich* wert ghevunden di geft *VI. schillinge peninge* di helft des
geldes vallet an di *stad* unn di ander helft der
gülden. Vorterin ofte ymand von den *wer-*

ke

ke hadde eyn *ſon*, di begerde unn bede dye *buleſchafft*, di ſal ſy hebben vor dat *halve geld* darume ſy verwinet, na deme geſette der *Radmanne*. Vorterin hebbe wi geſet unn gebiden *allerendeſtichliken*: dat nymant ſal gewant macken von *engher falſicheit* der *wullen* oder der *flocken*; welk orem derſelven bosheit der *valſcheit* wert *begrepen* unn wert vor *wunnen* von *wiſen vorſuchten lüden*, oder met *tugniſſe* der warheit; di *entberet* des *werkes ein iare* unn di gantze *valſcheit* der *wulle* unn des *gewandes* met den *vlocken* ſal men brenne in eine *allerbrenichligſten vüre*; dy mach in deme iare weder wynnen di *buleſchafft* von *vulbord* unn *gunſt* der Radmanne. Sunder dat die dade unn geſette von unſen nakomelingen en *geyn gebroken* werden, ſunder dat ſy werden geholden *unvorwandelt* unn *unvorſereget*; ſo hebbe wi deſſen kegenwordigen briff met den *ingeſigel unſer ſtad* unn der *gemeynen borgern* gebracht tu beveſtene. *Gegeven* in der ſtad *Berlin*, na godes gebord *duſend unn twe hundert Iare unn vif unn negentich* in deme dage der hilgen apoſtelen ſymonis unn iude.

allerendeſtigliken, inſtantiſſime.

wiſe, idonei,

verſuchte probati.

allerbrenigſten vüre, *ignis*.

unvorſereget inuiolabiliter

unverſehret.

Datum 1295.

NVM. LXIX.

Item LITERA TEXTORVM, de MVLCTANDIS SOCIIS immorigeris an. MCCLXXXIX.

QVoniam acta *priorum poſteri* retinent *difficulter*, utili cauſa procuratum eſt hocce compertum; ut ſuper quibuslibet actis *ſcripta* confirmentur *autentica*, qui-

INDVLGENTIA conſulum BERLINENSIVM 1289.

quibus, dum oportunum fuerit, ueritas comprobetur & dubietatis questio dissoluatur. Ex harum igitur inspectione literarum nos Iacobus de *Lytzen*, *Czabellus* de *Steynhuse*, Deneknius de *Belgeren*, Iohannes *Buch*, consules ciuitatis *Berlin*, cum uniuersitate loci eiusdem professionis uolumus esse notum: uiris *dilectis* per quos *pannus* solet opera delicet *textorum*, damus libertatem, p *randi uadimonio sex denariorum* ipsoru *cios*, qui ad ipsos citati legitime conte rint peruenire. Presertim prohibemus, ne aliquis ipsos *magistros* in aliquo presuma *lestari*. In huius rei testimonio ipsis *li* *unam* inde confectam *sigilli* nostri app ne duximus concedendam. *Datum* est annos domini millesimo CCLXXX in penthecostes festo per manum Ioh *Barbey* tunc notarii.

textoribus, de paniendis sociis der Innung.

littera, *sigillum* *Datum* manu *notarii* 1289.

Versio germanica an. MCCLXX

WEnte der *irsten dade* di nakomers like beholden, id is dan ir worne eyner nutten bewarunge unn openba is nod dat vonen *illiker dade löslike* bestediget werden, indeme nod wert d warheit bewiset wert unn der *twivel* *vraghe* gentzlich wert der loset. Hiru von angesichte desses *brives* wie Iacob der *Lytzen*, Tzabel von *Steynhusen*, Den von *Belgheren*, Hans *Buch Raidmanne* der *Berlin* unn met der meynheit der stad d ven horsames willen bekand wesen: da se *lyven* von den dat gewant wert gewi als di wullenwevers geve wi friheit ore c

Acta priorum *ersten thate*.

twivellung dubietas

nomina consulum *Berlinensium*.

textores eorum *lyven* dilecti.

pan tu pandene met eine pande von *ses pen-* *pande* *uadimonium.*
ninghen, di dar elyke sint vorbodet unn *vor-*
smaden tu komene; darume vorbide wi, dat *vorsmaden* *verschmähen.*
nymant di meysters in engen saken sich vor-
nemine tu mughene. In desser ding *tugnisse*
hebbe wi em dessen *brif laten maken* met an-
henguunghe unsers *ingesegel* unn hebbe ge-
bracht em tu *vorligene*. Gegeven na godes
gebord *dusend twe hundert unn negen unn*
achtentich iare in den pingesten. Gegeven *Schrieber*
von Iohannes Barbey hand tu der *tydschriver*. *notarius.*

1289.

NVM. LXX.

PISTORVM BERLINENSIVM priuilegia & statuta an. MCCLXXII.

WEnte di *gesunde menschbe* mach *Homo sine pane,*
nicht *wesen* ane brod, id queme
dan von *godes gnaden*, um dat heb-
be wi *Radmanne old* und *nye* tu *Berlin*, met
vulbord unser *gemeynheit*, gegeven und gen- *pistorum*
ne *werk* unn *gülde* den Bekers unsen *lyven* *opus*
medeborgers, dat sy dat *werk* wol *scolen* hol- *tribus*
den, alse in dessen *buk* steit geschreven; wy *werck, gülde,*
dat *werk wynnet* di gest der stad *teyn schillin-* *schilling*
ge penninghe unn *derloven* den des *werkes* *pfennig.*
wente an dy *cumpen* den sal he don ore rech- *cumpe socius.*
ticheit unn wesen alle *horsam* der stad vortin
scolen dy *beckers* tu *gesworen meisters* des *a iuratis*
iahres *kysen* twe, dy *naoren* eden scholen ge- *magistris.*
heiten unn gebiden den *cumpe*, dat sy *backen*
nutlich brod, vire oder *twe* vor einen *pennigh*, *pretium*
na unsen rade unn *gebeite* di *meisters* scolen *panis.*
di stad nicht *laten stan ane brod* bi der stad
broke, och scolen sy *horren* dy Radmanne dat
sy gan up den *scharnen* unter dat brod des

ſondages unn des *mittewokes* unn ſcolen dat
beſyn wes nicht des *geldes* wert is, als di mei-
ſter na oren *eden* ſcholen *derkennen* unn *ſeg-*
ſtatuendum *ghen:* ſo hebbe wi macht alſo *vele brodes* alſe
up di *ſcharne* is tu *gebidene* tu tragene in di
arme beide *hove* unn dat ander ſcolen di mei-
ſters *ſetten* na *werde*. Vortin wi dat *werk*
wynnet di ſal vor des *meiſters oven* baken dat
men *beſyet* ofte he ſyn werk kan unn welk
piſtorum filii contribules. beker na der *winnunge* des *werkes* elike *ſone*
gewynnet; den *eruen* ſy dat *halve werk* unn
gülde, na unſer *vulbord*. Ok worden di *cum-*
pen vorbodet unn enger dar nicht tu queme,
dorch *unhorſamicheit*, den mogen ſy *panden*
bruch *broeke* mulcta VI. *penningi.* vor *ſes pennighe*. Ok mogen ſy nemen tu
broke ann einen *pennig dri ſchill.* von deme
di dat *vorboret*. *Breke* ymand *vorder* unn
brete. *groter*; dat ſcholen di meiſters bringen vor
richten *nach gnade* dy Radmanne di ſcholen dat *richten* na *gna-*
de: daraf ſal di *ſtad* hebben *twe* deil di *cum-*
pen dat *dridde*. Ok wil wi dat dy gemeyne
cumpen horſam ſcholen weſen ore *geſworen*
meyſters wat ſy ein *gebiden* von do ſtad we-
geheyte iuſſus. gen unn unſe *geheyte*. Dorch kentniſſe wil-
le, hebbe wi en geven deſſen briff *beſegeld*
Datum cum ſigillo 1272. met unſer ſtad *ingeſegel*. Gegeven na gods
gebord *duſend unn twe hundert unn twe unn*
ſoventig iahre, des ſonnabendes na pingeſten.

NVM. LXXI.

LITERA PELLIFICVM (der kürſener) STATVTA an. MCCLXXX.

CONSVLES BERLINENSES an. 1280. NOs Thomas de *Strutebeghe*, Heyſo *inſti-*
tor, Theodericus *cultellifex*, Henricus
mercator, Ludolfus *Slawe*, Iohannes de *Pret-*
tyn

ſyn ceterique conſules ciuitatis *Berlin* apud *Coloniam*, omnibus hanc literam inſpecturis ſalutem. Cum *mobilitas temporis*, quietis neſcia, ſucceſſiue labatur & ea, que ſunt in tempore, facilius euaneſcant cum tempore: expedit, ut ea, que exiſtunt *ſempiterna* confirmacione digna, ſolidius in *ſcripturam* redigantur. Notum igitur ſit omnibus, hunc *tenorem* inſpecturis, quod nos ex communi *conſilio* ac *ſagaci deliberacione* ad *noſtre ciuitatis* promocionem ſtatuimus hos *articulos* infra ſcriptos. Primo: ne ullus *aduena* opus *pelliparium* ſtans in foro, uendere preſumat, niſi communi *magiſtrorum opere* preacquiſito. Secundo nec ullus emat *pelles pellifex* alienus. Tercio quod ullus ponat *dolium Roſine* quod *beth* eſt interpretatum. Quarto ſi aliquis *alienigena*, habens filios, quamquam paruulos uel adultos, acquirens *opus noſtre ciuitatis pelliparium*. Cum pater uitam finiendo, debitum humane nature perſoluerit; filii eiusdem, ſi arti *pelliparie* inſudare uoluerint, patris aſſequentes ueſtigia, uolentes *magiſtrorum* perfrui libertate, *opus noſtre ciuitatis* acquirere tenebuntur, pro hac ſumma uero *ciuitati* III. ſol. ac *magiſtris* operis III. ſol. & *unum talentum cere* ex integro perſoluentes. Quinto nichillominus adiungentes; ſi aliquis *pellifex* filios habuerit in noſtra ciuitate progenitos, ſi filii eiusdem *opus* acquirere uoluerint: in *XVIII. denarios* ciuitati & totidem magiſtris operis dimidio, *talento cere* appoſito, ſufferre proteſtamur. Si quis uero ex temeritate rebellantium prelibatum *ſtatutum* irritare uoluerit, quod abſit, totam *concionem ciuitatis*

Marginalia: apud *Coloniam*. — I. Ne *aduena* pelles uendat — II. ne *emat* — III. *beth* — IV. alienigenae pretio ſoluto *contribules*. *pelliparia*. — V. idem de *filiis* ciuium. — uiolatores *ſtatuti* — concio ciuitatis

tatis Berolinensis ac *magistrorum* opus *arti pelliparie*, deinceps eidem nequaquam statuimus suffragari. Ne igitur huiusmodi ordinatio a posteritatibus reputetur friuola & inanis; uerum magis matura *consulum deliberatione* conflata: ordinationem prescriptam non solum *modernorum*, sed & *seniorum* consulum testimonio, nec non nostre ciuitatis munimine *sigilli*, in necessarium duximus fiducialiter approbandam. *Datum* & *actum* BERLIN anno domini millesimo CCLXXX. undecimo Kalendas Aprilis.

consules *uetere*, *moderni*.

Datum Berlin 1280.

Versio Germanica an. MCCL
STATVTO PELLIONVM, der kü
ner in ciuitate BEROLINEN

Consules rathmanne a consulendo rathen.

Wy Domes von *Stuzebeg*, He
mer, Tile *Mesmcker*, Heyne
man, Lüdeke *Slawe*, Hans von *Pre*
dy andern *Radmanne* der stad *Berlin*
entbiden allen ansichtegers desses briv
Wend die bewegelicheit der tyd, di nich
Ruwe unn alenceler weich glidet unn
sint in der tyd lichtliken vorswinden
tyd; darumme is nütte, dat di ding,
sint *werdich*, *ewichlike* bestedunge dat di
like in eyner schrifft gebracht werden.
umb sy *witliken* allen ansyners den lud
brives, dat wi von gemeinen *rade* unn
wiser *bedenkunge* tu *vorderunge* unser sta
sted gut hebben dessen bynnen geschr
artikel. [Tu *irsten*] dat en geyn fremde
sener, di dar steit up den markt met sine
ner werke, sich vorneme dat tu vorkop
he

tempus obliuionis pater.

witlicken, wissentlich.

Verordnung promotio.

korsener, pellio.

ne hebbe dan dat von gemeynen vorgewunnen werke der meister unn der gülde. Dat ander, dat en geyn *fremt korsener* sall *velle koben*. Dat *dritte*, dat nymant sal setten ein *bethwat*, he hebbe dan gewunnen vor syn *vverk* unn *gülde*. Dat *virde*, ofte ennich fremder queme di *sone* vor hadde, sy weren kleine oder tu *gevvassen*, unn dan der *vvunne* der *korsener werk* unser stad, wen di vader *vorgeldet* di *plicht syner menschliken naturen*, tu *endene* syn *levent*: des selven sones willen sy komme tu der *korsener* werke, so scolen si nafolgen ores vaders vutstappen, willen sy sich gebruken di friheit des werkes unser stad, so sint sy plichtich dat tu wynnene alse vor so dane summe, der stad *dri schillinge penninge* unn den meisters ok *dri schillinge penninge* unn ein gantz *pund vvas*, tu den besten male. Ok sint wi ein tu rügende ofte ennich *korsener sone* hadde geboren in unser stad ofte des sone dat werk wolden wynnen, so betuge wi uns tu genügene von den an *achteyn penningen* der stad tu gevene, unn den meisters och so vele unn dar tu eyn half pund was. Sunder ofte imand von dorheit der wederstrevegen, wolde reytzen desse vorgenante gesette, unn di gantz schar des werkes tu *Berlin*. Darna so hebbe wi bestediget, dat deme en keyner wis dat *korsener* werk unn ore meister sal hulpelike syn. Hirume dat desse selve schikkunge nicht frevel unn vor *genesch* von unsen nakomers wert gehalden. Sunder met gantzer bedechtnisse der *Radmanne* tu samme gebracht, di vorgeschreven schikkunge hebbe wi dorch nod gebracht tru weliken tu bestedigen

bethboth

gewassen grosz.

Filii *pellionum* si opus acquirunt.

Soluant XVIII. denarios *ciuitati*.

Poena contumacium.

genesch, stolidus.

Senatus statuti auctor.

digen nicht alleyne in tugnisse der *nyen*
manne unn och der *olden* unn och
warunge unser stad *ingesigel.* Gegeve- *Datum Berolini 1280.*
geschin tu *Berlin* na Godes gebord
tvve hundert unn in deme *achtentich*
dy elften dag kalende Aprilis.

NVM. LXXII.

SARTORVM priuilegia concern- tia OPIFICII eorum *acqui- sitionem.*

Senatus Berolinensis, cum uniuersitate, sartoribus concedit priuilegia. An. 1288.

CVm mors impetus sui non seda- biem, donec omnia detrahat in nam; utili cautela procuratu necessarieque compertum: ut super q libet actis scripta conficiantur authe Quibus, dum oportunum fuerit, ueri tissime comprobetur & dubietatis q dissoluatur. Ex harum igitur inspectio terarum nos, Nicol. *de Litzen*, Iohann *Blankenuelde*, Conradus quondam pre in *Barud*, Conradus *de Belitz*, consul uitatis *Berlin*, cum uniuersitate loci eius uolumus in manifestam & publicam tiam deuenire; quod nostris dilectis *sartoribus* prope nos in nostra ciuitate morantibus, qui a nobis suam tenent tiam, damus libertatem astandi eo iure & perfruendi, quo sartores ciuitatis *Branden- borch* a primeuo eiusdem ciuitatis constru- ctione perfruerunt. Volumus etiam, ut- cunque ipsorum opus acquisierit: pro acquirendo dabit quatuor sol. denar & II. talenta cere. De quo percepit tas nostra duos soll. denariorum, & do *sancti Spiritus* dimidium talentum cere & do-

Quantum quisque dare debeat, si opus acquirere uoluerit.

mus

...tas *leprosorum* dimidium talentum. Reliqui duo solidi & unum talentum cere in usus sartorum diuertuntur. Presertim uolumus quod nullus deferat *tunicas crustatas* seu *caeccia* aut *coltas* uel *yopas* in foro rerum uenalium uenales preter in nundinas quod interpretatur forum annuale. Preterea uolumus; quicunque aliunde ueniens acquisierit opus sartorum, *pueri* sui non habent participium cum eodem. Sed pueri postea nati uidelicet *puella* dimidiam partem operis, *seruus* uero totum opus, sicud pater, possidebit. Volumus etiam, quod nullus *sarcire* debeat, nisi prius acquisierit *conciuium*, id quod dicitur *burscap*. Et *fraternitatem* sartorum uolumus etiam, sub modo districto obseruari. Si quis *furando* uel *falsificando* excesserit, eiciendus a *gulda*; ita quod amplius eidem nunquam detur facultas ipsum opus exercendi. Vtque hec *nostre donationis concessio* rata perseueret; presentes has nostri *sigilli* appensione firmatas, eisdem duximus concedendas. Datum per manus nostri notarii, Iohannis de *Barbeye*. Actum anno Domini millesimo ducentesimo & LXXXVIII. IIII. ydus Aprilis.

Quaenam uestimenta publice uendere liceat & quando? *puella*, filia *seruus* filius *Burschap* burgerrecht *Fraternitas*, *Gulda* (Innung). *Exclusio* a societate, *poena* est furum. Actum an. 1288.

Versio germanica eiusdem, quo latina facta est, aeui MCCLXXXVIII.

WEn di dod nicht let die *douennige* synes *stormes*, alse lange dat he alle dingh weder het in deme *valle* getogen; in *nutte bewarunge* is *derworven* unn *nodtorftiske* bewarunge is dat up islike dade *losluke* schrifte werden gemacket, inden des not wert,

dovenige das toben. *nutte* nützlich. *nodtorfticke* nothdürftig.

wert, in den di warheit allergewisst wert ge-
sucht unn di *vrage* der *twivelunge* ge...
wert. Hirume von angesichte des bre...
Clawus von *Lytzen*, Hans von *Blanck*...
Conradus itzwenne *schulte tu B*...
Cuno von *Belitz*, Radmanne der stad B...
Meinheit — met der *meinheit* derselven stede, will...
wiclicker unn in openbar bekenntnisse...
Schrodern — gegenen; dat wi den liven unsen *schrod*...
di by uns wonen, in unser stad *Berlin*, di
von uns ore *Rechtigheit* hebbe; den gevi...
friheit bi tu stande in deme rechte un...
bruckene. In deme di *schroder* der stad
Brandenborch sich hebbe *gebrucket* von der
ersten *buwunge* derselven stad. Ok wil wi
werk wynnen i. e. in Junung kommen. — ör *werk wynnet* ume di winnunge gev...
vir schillinge pennige unn *twe pund was* ...
von het di *stad twe schill. pennige* unn ...
was, wachs — *ge Geist* ein *half punt vvas* unn dat *speth*...
half pund vvas unn di ander twe schill...
dat punt was di werden gewandelt ...
schroder unn hortmer wil, wi dat nym...
Kogelen, Kolten, Yopen. Vestimentorum genera. — veile dragen gestuckede rocke oder *ko*...
kolten oder *yopen* in deme veylen mark...
der up di Jaremarkt. Hir ymme wil ...
nen der schroder werk, des kindere hebbe
nicht deil an deme werke ofte die kinder ...
Mayt, filia — getelet weren, alse eyne *mayt* di het dat hal-
Knecht, filius — ve werk aver dy *knecht* sal dat gantze werk
alse di vader besitten. Ok wil vvi dat engey-
ner sal schrotvverk uneg * he hebbe da...
Burschap, Burgerschafft. — di *Burschap* gevvunnen unn der schr...
Brüderschap, Innung, Gülde. — *brüderschap*. Ok vvil vvi in streng...
hebbn geholden ofte ymand in dy...
oder an falcheryge ouertrede deme sal...
utvverpen von der *gülde*; also dat d...
deme

deme vortin unvervvert gegeven di macht dat vverk tu uvene, darume dat di *lygunge* unser *gift stede blive,* hebbe vvi desse bestedi gede kegenvvordige brive met anhengunge unsers *Ingesegel* eingebracht tu vor legene. Gegeven von der hand Iohannes *Barboie,* unses *schrievers.* Geschin na Godes bord *dusent tvvehundert achte unn achtentich* Jare virde dag *ydus Aprilis.*

Lygung, *Gifft,* *Ingesegel,* *Schriever.* An. 1288.

NVM. LXXXIII.

IVDEORVM PRIVILEGIA temperata in *uendendis carnibus, Berolini* CIↃ CCC XLIII.

ARristoteles scribit primo politicorum: *sicud homo est optimum animalium fruens lege, sic est pessimus homo a lege & iusticiis separatus.* Vnde nos consules ciuitatis *antique Berlin, noui & ueteres,* cum apud *iudices* nostre ciuitatis, quibus, pro annuo censu, *pecora* mactare & *mactata* publice uendere concessimus, quasdam enormitates bono utili communium nostrorum conciuium derogantes ac legi *carnificum* nostro B** quodammodo repugnantes crebro & iusticiam fieri conspiciemus. Hiis, ut eorum debito accepti regiminis iure, tenemur obuiare cupientes & mederi uolentes. Vnanimi & constanti consilio, uniuersis *Iudeis* mactatoribus, hos articulos infra scriptos, inhibemus & a quolibet illorum volumus arcius euitari. *Primo* quod nequaquam *uenditoribus pecorum* quorumcunque, extra uel ante ualuas ciuitatis uel in plateis a foro elongatis, occurrere debebant, ipsa ad emendum; sed in *foro libero* & communi

Senatus BERLINENSIS an. 1343. priuilegia iudeis impertit,

in quibus prohibentur

I. *pecora emere praeter in publico foro.*

muni debebunt ea, emendo, comparare. Item precipimus quod *morbida, feda* ac *immunda* animalia aut quomodolibet aliter ratione *nimii senii* ac *nimie iuuentutis* ac *macilencie nimie estu* & nature inconueniencia ullatenus mactent atque uendent. Nichilominus uolentes seriose & precipimus hec nostra statuta superscripta a nostris *carnificibus* & quolibet eorum districte & inuiolabiliter obseruari. *Prohibemus* etiam presentibus: ne ipsi *Iudei* minores *porciones* carnium, quam *quartam partem* animalis occisi ab eisdem cuique uendant, nec ementibus ab ipsis quartam sic uenditam intra uel extra domos suas in partes ulteriores diuidere audeant aut presumant. Comminantes eisdem *seriose*; si harum nostrarum traditionum quispiam *Iudeorum* transgressor aut uiolator per nostros *carnifices* aut quempiam illorum, compertus fuerit et si, sub *duorum uirorum ydoneorum testimonio*, hoc ad nos deferetur & si dignum *pena* nobis uisum fuerit, procul dubio citra condignum uel forsan si *enormitas* excessus requirit quemuis *puniendo* iudicemus. Similiter facientes nostris *carnificibus*, si ausu temerario, nostris *mandatis* presumpserint contraire sic salubriter institutis. In cuius facti perpetuam *memoriam* presens instrumentum inde confici iussimus & *sigilli nostri* appensione precepimus firmiter communiri. *Datum* & *actum* anno Domini MCCCXLIII. feria II. post palmas. Ad robur *testimonii*, ut uniuersa utrobique ab antiquo solitum fuerit rite obseruantur.

II. Mactari iubentur *animalia ad victum idonea.*

estu, zu essen.

Etiam *christianos* haec *statuta* tangunt

III. modus *distribuendi* uendendo.

Non minus *quarta animalis parte.*

Duo *testes* idonei ad conuincendum.

Violatores.

Sigillum,

Datum & *actum* An. 1343.

F I N I S.



